6
17-e
95

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
6
5 G
46

Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

6-17-e-95

18-6-21

18
1
22

T. LVCRETII CARI DE RERVM NATVRA LIBRI SEX,

Mendis innumerabilibus liberati; & in priſtinum penè, veterum potiſſimè librorum ope ac fide, Ab OBERTO GIFANIO BVRANO Iuris ſtudioſo, reſtituti.

Quæ præterea ab eodem in hoc opere ſint præſtita, inuerſa pagina indicabit.



ANTVERPIÆ,
Ex officina Chriſtophori Plantini.
cIↄ. Iↄ. LXVI.
PRIVILEGIO.

QVAE IN HOC OPERE SINT PRAESTITA.

VITA Lucretij, & gentis Memmiæ deſcriptio.

NOTAE ad oram libri additę, quibus caſtigationis ratio, quoad eius fieri potuit, breuiſſimè indicatur.

ARGVMENTA diſputationum breuiſſima, ex veteribus codicibus excerpta; margini etiã more maiorum adſcripta.

EPITOME ſeù Compendium Epicuri de rerum natura, adiectis paginarum numeris, Lucretio adcommodatum.

CAPITA quædam philoſophiæ de natura Epicureæ ex M. Tullij collecta libris, item verbis Titi compoſita.

INDEX ſeu Conlectanea potiùs, quibus omnia ferè ad veram antiquitatis notitiem, & orationis elegantiam pertinentia ex hoc poëta eruuntur & explicantur; reſtitutis ſæpe etiam aliorum ſcriptorum libris & illuſtratis.

THVCYDIDIS verba è libro II. hiſtoriarum adiunximus, à poëta copioſè extremo libro VI. expreſſa.

VARIAE lectiones & caſtigationes quædam præclaræ.

OB. GIFANII
IN T. LVCRETIVM,
AD CLARISS: VIRVM, IOH: SAMBVCVM; GENERE ET DOCTRINA NOBILISS. CÆSAREÆ FAMILIÆ DOMESTICVM, PRÆFATIO.

...A NAZ... ROMA ...TTORIO EMANUELE

NON eram neſcius, clariſs. SAMBVCE, cùm Lucretio manũ ſeriò demum adhiberem; fore, vt hic noſter labor, & inſtitutũ in multorum reprehenſiones incurreret. Scio enim eſſe & in his quoſdam etiam ſummo in loco collocatos, quibus hæc diſcendi ratio, quam nos cõiuncta cum grauioribus doctrinis antiquitatis cognitione amplexi ſumus, omnino diſplicet; quique hæc ſtudia, quæ ab humanitate nomen habent, & cũ ſapientiæ grauitate conſpirant, non modò excolenda, ſed ne attingenda quidem exiſtiment. ſatis eſſe maioribus etiam diſciplinis idoneum eum, qui & grammaticis præceptionibus ac dialecticis leuiter ſit imbutus. Sunt alij quibus cùm prior illa turpis & inteſtabilis videatur eſſe perſuaſio, ipſi non multo ſentiant adſerantque meliora. cuperent illi ſcilicet, pueriles (ſic vocant) has diſciplinas tempore definiri, aut ijs certè modũ poni, remiſſiusque eſſe tractãdas. Verùm ea me adhuc permouere non potuerunt, vt vitę ſtu-

dijque rationem bonorum exemplo multorum inſtitutam deſererem. Nam eorum primùm ratio, qui à philoſophicis & politis illis artibus prorſus abſtineri volūt, ita eſt abſurda, vt mirer hoc tempore poſſe reperiri homines tam inſubidos; qui quidem in aliquo eſſe velint numero: qua tempeſtate manifeſtum eſt, omnibusque in promptu, quas vtilitates elegantiores illæ litteræ rebus humanis attulerint. Cuius rei etſi complures easque grauiſsimas auctoritates, & exempla commemorare poſſim; ſolo iuris ciuilis teſtimonio, idoneo, ni fallor, & locupleti nunc ero contētus. Et quis autem eſt, cui vel mica ſinceri adeſt iudicij, qui non videat, manibusque tantùm non tentet, quid his imbuti litteris iuris noſtri interpretes hac & patrum memoria effecerint. Obtinuerunt profectò, vt in ſcholis (quæ ſeminaria r.p. omnes eſſe ſciunt) ſtudioſorum aures perſonent non indigeſta illa recentiorum hominum, & iniquiſſima ſępe commēta, quod nullo exemplo hactenus vſurpatum erat; ſed diuina potius vereque digeſta veterum Prudentū reſponſa: adeo vt ſuam maioribus auctoritatem in ſcholis pænè vindicatam videamus. Quod, ſi in r.p. ac foro etiā conſequantur: quid illis qui eo ſolo prætextu, quod ex libris veterum ea quæ in foro exiſtunt & agitantur hodie, non poſſe omnia definiri; verùm ex illorum hominum collectaneis petenda iactitent: non tribunalia tantùm tenent; verùm in ſcholis etiā quibuſdam ſtipendia inhiant: quid his quæſo futurum cenſes? Magna res hæc eſt vir clariſs. & in qua omnes

neruos

neruos quicumque reip.bene volunt,contendere debeant. Quod vtinam aliquando ſuſciperẽt triumuiri illi,qui in hoc ordine familiãducunt, prę́ſtãtiſſ. IOACH. HOPPER. CVIACIVS, & B. BRISSONIVS, viri clariſſ. ac doctiſſ. quos ego viros ac præceptores meos honoris cauſſa hîc laudo. Illi enim vel ſoli, moribus iuri ſcripto adcõmodatis, veterumq; Conſultorum exẽplo & more explicatis; inrepticios eos poſſeſſione iniuſta deicere, veteresque ſicuti interdicto reſtituere poſſent.poſſent, inquam,illi efficere,vt nõ diſputationibus tantùm perſpiceretur, quò hęc elegantior doctrina, & antiquitatis,morisque maiorũ cognitio valeat; ſed vſu & reapſe in puluere ac ſole, in ipſis tribunalibus ſentiretur. Ceterùm alii illi qui certam finem hiſce artibus conſtitutam velint; habet quidem rationẽ ea ſẽtẽtia:alioqui enim fiet,vt ab ijs etiam, qui ius vix vmquam,aut leuiter certè guſtarint,& tamẽ quia illis exculti ſint artibus; magno errore, earum ope ex philoſophorũ, hiſtoricorum, aut Ciceronis tantùm libris,quaſi non ſua Iuri ciuili ſit ars,eaque difficillima,tractetur hęc ſcientia. verùm,quia difficile eſt modum rebus tam præclaris inuenire aut ponere:iudicio & ingenio cuiusque id relinquendum videtur. dũmodò hoc meminerimus,aliam eſſe iuris ſcientiam ijs artibus ornatam; aliam eſſe ſapientiæ reliquarumque artium cognitionem iuris ciuilis aliqua notitia tinctam.

In illo ego genere cùm me eſſe ſtudeam & ab ineunte ætate ita compararim: cupereimque,

vt in rem præſentē veniamus,ea paullatim, quæ in his leuioribus artibus (vt in quîs minus eſt periculi)didiceram ſubinde cum alijs cōmunicata:multis ſuadentibus, grauiſs. poëtam T. Lucretium præter ceteros mihi ſumpſi,in quo elaborarem,primumq́ue induſtriæ ſpecimen doctis viris exhiberem.

Ecce autē & hoc erunt qui maximè ſint reprehēſuri; meq; qui in poëta impio tantā poſuerim operā,imprimis accuſabūt. is eſt enim Lucretius (inquiēt)qui & animos eſſe mortales omnino docere nititur,atq; ita omnē ſalutis noſtrę ac beatæ vitæ ſpē tollit:& dei prouidentiā eſſe negat,in qua noſtræ & Chriſtianæ pietatis eſt prora ac puppis cōſtituta.qui deniq; abſurdiſſimā illā Democ.& Epic.de corpuſculis indiuiduis, rationē ſuis verſ. expreſſit.Quę accuſatio vt eſt grauiſſima,ita me ſanè magnopere primū cōmouit. Verùm re omni diligētius perſpecta,deprehendi eā etſi maximi momēti orationē, eò tamen valere nō debere,vt præſtantiſs.poëtæ opus ac labores intereāt vel cōntēnantur.nā eadē ratione M.Tullij ſcripta cōpluria condemnes oporteret; vt in quibus eadem,quę in hoc poëmate de prouidentia & animi natura,maximè verò de atomis illis ambigitur,ac ſæpe acerrimè propugnatur.immò neceſſe erit omnes ferè antiquos ſcriptores reiciamus;in quib9 impia multa,crudelia,turpia,& flagitioſa nō pauciora;falſa,ridicula,& inepta exſtēt in prōptu innumerabilia:& vt verbo dicam, pænè omnium ætatum ſcriptores,poëtæ, hiſtorici,oratores,ac philoſophi abiciendi ſint omnes; ſi eorum

ſi eorum ſcripta ad Chriſti, ac dei noſtri præcepta, noſtræque pietatis normam exigantur. Quamobrem Baſilij, Ioachimi, aliorumque prudentiũ virorum ſequamur conſilia & cautiones, qui in his veluti ſcopulis curſum oſtẽderunt tutum, eum, quẽ verè Chriſtianus tenere poſſit: vt quæ ſunt impia, quæ dei minuũt maieſtatem, noſtrãq; ſalutẽ oppugnãt; quę deniq; bonis morib. obſunt, aut. r. p. illa inquã deteſtemur ac refellamus, atq; etiã in miſeris illis hominibus deploremus, aut prætereamus. inepta rideamus licet, ac refellamus. cetera amplectamur: quæ ad pietatẽ in deum hortãtur, quæq; ad remp. rectè conſtituendam aut inſtaurandam, ad bonos mores conformandos, & ad linguam excolendã & expoliendam, illam animi interpretẽ, pertinebunt.

IAM in Tito noſtro quę Chriſtianæ aduerſantur religioni, maximi quidẽ illa ſunt põderis, ſed tam ſunt perſpicuè falſa, vt nemini ea fraudi eſſe poſſint Chriſtiano, qualia modò cõmemorauimus. Vnde & Arnobius acerrimus noſtræ fidei defenſor, à Titi lectione deterritus nõ fuit, eiuſq; auditor Firmian. Admirabilis autem & ridicula de minutis illis corpuſculis ſententia quid habet quæſo periculi, cùm nullo negotio refelli poſſit. immo vtilitatem hanc ea res adfert ſummã, quòd dũ in falſa ea incidimus de rerũ obſcuritate & natura decreta, accuratius etiam de vero ipſo cognoſcẽdo laborem⁹, eiusq; rationes meliùs percipiamus, perceptas memorię infigamus firmiùs. Certè videãt prudẽtes in r. p. viri, an nõ ſit vtilius adoleſcentes, quo veras de natura,

& dei operibus perceptiones cognoſcant; audire falſa etiam aliorum dogmatã, eaque à præceptoribus refelli: atque ita in grauiſs. ſimul ac ſuauiſs. verſari rebus; quàm volutari aſsiduè in ſpurciſſimis illis poëtis, quorum ex veteribus ſuperſunt non pauci; ex recentioribus, prô pudor, ſuccreuerunt plurimi. certè in hoc Poëta omnia grauitatis ſunt plena: nulla intemperantię nota, aut veſtigium, vti mox dicam. Neq; Lucretium noſtrum eo ſolo nomine reſpuendum quis putet, quia ſummã ac diuinam ingenij ſui vim, & orationis ſplẽdorem incredibilem ad impia illa & puerilia potiùs, quàm ad grauioris familiæ vera decreta exprimenda, contulerit. Id enim ſæculo illi adſcribendum certè eſt: quo tempore, vt ipſe iniquiſſimus huic ſectæ M. Tullius ſæpè teſtatur, Epicuri ratio omnibus erat notiſſima. omnes ferè pręſtantiſſimi viri eam diſciplinã profitebantur: quam & mox Horatius, Virgilius, Propertius nobiliſs. poëtæ ſunt amplexi.

Neque verò, quę in hoc ſcriptore ſunt, omnia vel impia ſunt vel inepta; quin præclara in eo cõtinentur multa, multa lectione & obſeruatione digniſſima. Primùm enim, docet eos eſſe dignos, quibus r.p. regunda credatur, qui ingenio, ſapiẽtia, ac modeſtia ceteros antecellunt. De ambitione antem coërcenda, de crudelitate, belliſque fugiendis ciuilibus, quæ peſtes tum rempublicam lacerabãt, quàm grauiter diſſerit? Philoſophiam verò ac ſapientiũ ſtudia incredibili orationis maieſtate extollit. Tum de animi tranquillitate, de contemnenda morte pulcerrimis canit verſibus.
Hinc

Hinc & ſuperſtitiones vulgi quàm multis locis; de inferis illa figmēta quàm pręclara ac propè diuina oratione reuincit! Eleganter etiam aſtrologorum vanitatem ridet, fraudesque detegit. Vt nihil iam dicam, quāta cum ſeueritate auaritiam pellendam eſſe doceat, quæque ex diuitiarum infinita cupiditate mala exiſtant. Rurſus de frugalitate victus, cultusq; moderatione, & ἀυταρκείᾳ ſanctiſſimè præcipit. Quod autem ad reliquas animi cupiditates, corporisque turpiſs. voluptates refrenandas attinet; de ijs profectò tam ſcribit copiosè & ſanctè, vt verum eſſe videatur id quod de Epicuro ſcribit Diogenes, falsò accuſari eum à quibuſdam, quòd voluptati nimiū tribueret; meramque eorum eſſe calumniā, qui ea, quæ vir ille de animi tranquillitate intellexiſſet, ad corporis voluptates detorquerent. qua de re etiam initio libri ſecundi poëta noſter elegantiſs. canit verſibus: & clariſs. imperator Caſſius Epicureæ philoſophiæ ſtudioſus, ad Cicer. Ij, inquit, qui à nobis φιλήδονοι vocantur, ſunt φιλόκαλοι, καὶ φιλοδίκαιοι; omneſq; virtutes & colūt & retinēt. οὐ γὰρ ἔστιν ἡδέως ἄνευ τοῦ καλῶς καὶ δικαίως ζῆν: vt ipſius Epicuri verbis ibidem commemorat Caſſius. Cicero ipſe huic hæreſi maximè inimicus multis tamen locis bonos viros Epicureos, nulloſque ex philoſophis minùs malitioſos eſſe ait.

Iam verò de rebus occultis & à natura abditis, in qua parte philoſophię maximè deditì erāt Epicurei; etſi multimodis ab Academia & Stoa, perperamque, ſuæ gentis vitio diſſentiat: non

pauca tamen adfert ac docet rectè,veriſque alio-
rum ſententijs conueniẽter.Aliter autem ſentiẽ-
tes doctè ac modeſtè refellit:vt de rerum princi-
pijs,Anaxagoram, Heraclitum , Empedoclem,
alios:Ariſtoxenum,Democritum & antiquiores
de animi natura:Stoicos verò de mundo,cui illi
vitam & abſurda neſcio quæ tribuebant . de ſer-
monis origine ipſum philoſophorum deum. in
cuius amicos etiam copioſiſs.ac firmiter certat
de ſenſuũ certitudine. multa ſanè pręclarè de iis
diſputat plura, quæ ſummã adferãt legentibus
voluptatẽ.cuiuſmodi ſunt ea quæ de ſpeculis ca
nit,de remorũ in aquis obliquitate,aliiſq; gene-
ris eiuſdẽ.Grauiter etiã ac ſolidè eorũ qui mon-
ſtra illa ac portẽta,Chimęras, Scyllas,Cẽtauros,
aliáq; cõſimilia introducũt, opiniones coarguit.
De ſomniis itẽ quędã non iniucunda memoratu
habet.Doctiſs.verò diſputat de liberorũ procrea
tione;eius impedimẽtis tã naturalibus,quàm ar-
te quęſitis:de ſcortorũ conſuetudine;quę tã egre
giè,& planè,vereque deſcripſit poëta, vt ad eum
doctiſ.medicus,Q.Serenus,eadem agens de re,
lectorem deleget.De rebus autẽ ſublimibus etſi
non nulla adferat falſa,aut potiùs ridicula;decre
tis tamen ſuæ doctrinæ conſentanea. quàm mul
ta rurſum verè,de tonitru , de fulminis natura,
vi,ac mobilitate,de maris magnitudine, de ven-
tis,rebuſque id genus aliis profatur?Mira porrò
ſuauitate mũdi, ac terræ, cælique,& omnium a-
nimãtium ortũ canit.tum de ſermonis,imperio-
rum,legumque & omnium artium origine mul
taque alia verſibus lepidiſs.libro quincto prodi
dit.

dit. Denique de Aetnae ignibus quàm copiosè! de auernis, de morborũ cauſſis, de nobiliſs. illa ac teterrima Athenienſium peſtilentia quàm egregio & admirabili carmine omnia, quaſi in tabella depicta, minoribus nobis expoſuit!

Venio nunc ad tertium ſapientiæ membrum, quod de veri eſt iudicio, ac de ſermone. Etſi autem dialecticã ſeu potius dialecticorũ laqueos contempſerit fugeritque Epicurus; tanta arte tamen & argumẽtorum firmitate ſuum hoc opus contexuit Titus, ipſe vt Cicero (quem vt idoneũ teſtem minimeq; ſuſpectum ſæpius laudo) dicat magna arte confectũ eſſe. De genere dicẽdi autẽ & elegantiore Cari noſtri doctrina, illud Criſpi de Karthagine dictum meritiſſimò pronuntiare poſſim, ſilere de ijs meliùs eſſe ſcilicet, quàm pauca dicere. ea eſt namque ſermonis puritas, ſcripti perſpicuitas, & apta rerum connexio; tam incredibilis orationis copia & vbertas; tanta denique verborum maieſtas ac ſplendor: vt multorũ virorũ præſtantiũ iudicio nemo exſtiterit poſteà, qui hac in re paria cum eo fecerit; &, fremãt omnes licet, dicã quod ſentio, ne Virgil. quidẽ ipſe, licet ſe totum ad eius exemplar conformarit. id quod eo maiorem etiam promeretur laudem; quòd res, de qua agitur, ſit mira ac tetrica, adeoque orationis nitorem vix admittat: & quòd eam princeps Latinè exprimere poëta ſit coactus. Quàm multa verò præclara ad antiquitatis notitiam, moreſque maiorum ac veterum ſcripta inluſtranda in hoc opere contineantur; nimis eſſet longum, hic ſingillatim explicare.

Eaque re de toto ferè hoc tertio genere ac membro, Collectanea fecimus; vt ex his orationis puritas & proprietas ſumma, eaque quæ ad antiquitatem pertinent, minutatim ac perſpicuè ſtudioſis innoteſcerent.

Ad has autẽ vtilitates, quę ex hoc politiſſimo ſcriptore capiũtur grauiſſimæ, accedunt item alię non minores. Hîc enim videre licet, quanta elegãtia & arte, Gręca Epicuri, aliorũq; philoſoph. ac poëtarum decreta & ſentẽtias poëta Lat. verbis expreſſa reddiderit: adeo vt vel hic liber exẽplo nobis eſſe poſſit ad optimũ interpretãdi genus cõparandum. Deinde ad Cicer. Plutarc. Diogenis, Virgil. aliorum ſcripta commodiùs percipienda, nimium quantum vtibile eſt hoc opus & oportunum. At poëtæ quem veriùs imitandum ſibi proponãt, quàm quem ipſe poëtarum princeps Maro penitus rimatus, diligentiſſimè expreſſit. vt haud ſciam mirarı̂ne ſuperioris noſtræque ætatis ſtultitiam, an miſeriam deplorare debeam; cùm pleroſque repente exiſtere videam poëtas, qui Lucretium vix vmquam legerint; Maronis lumina, quia ab alijs & à maioribus pleraque ſunt ſumpta, minimè intelligant. Poſſem præterea virorum hac ætate doctrina & auctoritate præſtantium de hoc ſcriptore proferre vnica ſæpe elogia. verùm cur id mihi nunc faciundum ſit, nõ video; qui & vitæ, vt ait Titus, præmia in hoc opere indicauerim plurima: aliorũ verò accuſationes tanti nõ ſint, vt iam facilè quem poſſint deducere. Veterum tamen teſtimonia infrà de more quædam adiunximus.

His igitur fretus rationibus, & amicorũ com plurium auctoritate & conſilio adductus; poëtam hunc non illuſtrare tantũ, verùm ad te mittere, vir clariſs. non ſum veritus: cui ſciam tam acri prędito iudicio, tamq; magnis artibus expolito, nõ poſſe Titum noſtrũ non eſſe gratiſſimũ; grauitate & eruditione præſtantem. Eius verò tui de hoc poëta iudicij certiſs. nobis argumentum nõ ita nuper dediſti, cùm ex admirabili illa tua bibliotheca, illo præſtantiſſimo omnium elegantiarum ac doctrinarum theſauro, quem impenſo pretio, infinitis laboribus, ſummoque iudicio in r.p. Chriſtianæ vtilitatẽ cõparaſti; ex qua bibliotheca, veluti ex equo Troiano meri principes, ſic optimi quique ſcriptorum veterũ cotidie prodeunt: cùm ergo exemplum Lucretij ad nos dediſti. nõ illud quidẽ calamo exaratũ, ſed ita vetuſtum & idoneum, vt vicẽ optimi manuſcripti fuerit. ſiquidem in eo vidi omnium pænè mendorum origines: quæ magnam partem à Michaële Marullo (cuius immutationes in eo adſcriptæ erant omnes) primùm parta, mox admiſerunt Florentini: alijque exceptis Pariſienſibus & Vicetinis, ad vnum omnes librarij ſunt conſecuti. Itaque in locis diffficilioribus, quandoque nodus vindice dignus occurreret, hunc ſicuti θεὸν ἀπὸ μηχανῆς, vel Cynoſuram aliquam reſpicere ſoleo, eiusque ope veram ſcripturam ſæpe videor adſecutus. vt hoc nomine tibi etiã debeatur Titus. Verùm enimuerò, Sambuce, multis partibus grauiores aliæ ſunt cauſſæ, quæ me vt hos labores tibi adſcriberem, impulerunt.

Nam-

Namque eum te eſſe cognouimus, qui & rectè facta iuxtà intelligere & iudicare; atque tueri poſſis ac velis. Te ſciunt eſſe omnes illum, qui indefeſſo ſtudio honeſtas ac liberales artes ipſe plurimùm iuues: ſtudioſos etiam beatos & quã maximè ornatos eſſe cupias. Quod cum alijs in multis, tum in Plantino noſtro vno omnium diligentiſſimo typographo abundè ſatis declaraſti; in diesq́ue magis ac magis confirmas. cuius vt omniũ bonarum artium officinã malo quodam fato miſerè nuper diuexatam ac vaſtatam, bonis adiutantibus viris reſtituas; eadéque opera r.p. commoda adferas te digna: non deſinis cum eo ex incõparabili theſauro depromptos aureos libros communicare. Quæ tua egregia in hominẽ præclarè de bono publico meritum, mihique peramicum voluntas vel ſola adducere me debuerat, vt primitias haſce tibi cõſecrarem. immo omnes doctos viros eodem impellere debeat. neque enim ignorant illi quantas vtilitates vitæ rebusq́ue humanis adferat artium liberalium & grauium diſciplinarum inſtauratio. Hæc autem qui citiùs & accuratiùs fieri poſſit, quàm ſi à mẽdis, quibus turpiter inquinati ſunt, editi iã libri, vindicentur; & plures alij veterum libri adhoc ſepulti, protinus ac ſedulò efferantur. Qua re cũ te vtraque plurimum valere cum ob ſingularem tuam eruditionẽ, tum propter inexhauſtum illum tuum, ſeu publicum iam potiùs theſaurum, perſpicuum ſit: deum oro, tuum vt præclarum inſtitutum ad exitum felicem perducat; te verò, vt in eo manere digneris: præſertim quia eum ſis

nactus virum,quē dubium eſt,túne doctiùs reſtitutos,ac meliores mittere ſcriptores,an ille accuratiùs & maiore cum fide formis ſuis expreſſos reddere publicè poſſit. Verùm de tua in eū, omnesque boni publici ſtudioſos voluntate nihil addubitans;vnum hoc preterea à te priuatim oro,vir humaniſs.vt quando me multis etiam iam adfecto à te beneficijs in tuorum numerum admiſiſti; hanc meam in Titum operam, quam gratiſſimo tibi animo debitam offero licet perexiguā,ſolita tua beneuolētia tractare ac tuendā ſuſcipere velis: meq; in ijs habere ſemper quos tui eſſe noris ſtudioſiſs. ſic enim fiet, vt ab grauiſs.ac laudatiſs. viro laudatus,alacrior efficiar ad maiora olim,deo iuuante, in iure ciuili, vbi cum ętate iudicium accreuerit maius, tractanda;tibique ac r.p.ſtudioſè exhibenda. Vale.anno ſalutis reſtitutæ cIↃ.IↃ. LXV.

IDEM CANDIDO ET ERVDITO LECTORI.

EXISTIMO *iam eſſe perſpicuum, candide & erudite Lector, noſq; rebus viciſſe neceſſarijs; ex hoc ſcriptore vtilitates manare non minimas, voluptates honeſtiſſimas. vt meriti de r.p. videantur præclarè, qui vt commodiùs ille & maiore cum fructu legatur, effecerunt. Primus autem M. Tullius hoc familiaris & amici ſui opus non ſatis ob immaturam mortem expolitum caſtigauit, teſte Euſebio. Poſtea quin & alij apud veteres fuerint, dubitari non debet. Longo deinde interuallo auorum memoria Michaël Marullus mirè huius eloquentia poëtæ captus, nauiter eius operi reſtituendo, penè à barbarie extincto, operam dare cœpit: multaq; emendauit feliciter. Verùm cùm nimis ingenio ſuo indulgeret, plurima quæ corrigere voluit, deprauauit. parum enim manuſcriptos codices ſequebatur: quæq; ſuo (inquit P. Victorius) iudicio probaſſet, ea recta iudicans; multis locis deceptus eſt. Ex hac deinde Marulli opera, mendæ innumerabiles Lucretij libros omnes peruaſerũt. quod ex clariſſimi* SAMBVCI *libro quem ipſius Marulli manu adnotatum, magno pretio vir ille præſtantiſſ. parauit, me comperiſſe ſuprà ſum teſtatus: & Victorius, cuius verba ex Caſtigat. in epiſt. Cicer. lib. xi. modò attuli, liquidò confirmat. Mox Iohãnes Baptiſta Pius idem tentauit, non multo ſanè feliciùs: additis etiam commentarijs copioſis. Tandem Dionyſius Lambinus libros manu deſcriptos complures feliciſſimè na-*

ctus;adiutus etiã doctiſſ.virorũ,in ijs præcipuè Adriani Turnebi,& Ioh.etiã Aurati opera, ipſe incredibili diligentia & eruditione præditus, à pluribus ijſq; turpiſſimis mẽdis Lucretium liberauit.Sed quia tam fœdè eſſet contaminatus,vt adhuc præſtãtiſſimus poëta nomine tantùm fuerit notus; illi recuſantibus medicinam adhibere eruditis viris,vt ſi deſperatus eſſet ac depoſitus: efficere ille quamuis doctus & diligens (quod pace viri doctiſſ.dictum velim) non potuit; vt purum ac merum haberemus Titum.Nos igitur etſi id quoque præſtare non potuimus,ſpero tamen id nos conſecutos, vt multis iam partibus melior & emendatior in hominum manibus eſſe poſſit optimus Romani ſermonis auctor. &,ſi vita Dei munere et conceſſu ſuppeditauerit,ſpem habeo fore,vt aliquando à nobis integer, aut certè integritati proximus edatur.

Porrò vt omnis diligentiæ noſtræ ſibi conſtet, tibiq; etiã perſpicua ſit ratio,amice Lector,eam paullo deinde copioſiùs explicare conſtitui.Et primum quidẽ id, quorum liberalitate ac ſtudio hunc poëtam expolire cœperim.licet de hoc antea quoque non nulla. Eorum autem in numero non infimum locum ſibi vindicat Ioh. Goropius Becanus,medicus ac philoſophus eximius, mihiq; amiciſſimus. huius enim humanitate nactus ſum non paucas emendationes,variaſq; in poëtã noſtrum lectiones,quas vir doctiſſ.Antonius Goldingamus,homo Anglus,ex libris calamo exaratis in patria ſua, vt opinor, ſtudiosè ac ſedulò collegerat,illiq; amiciſſimè donarat. Quamobrem duobus illis viris doctiſſimis cùm alij omnes,tum ego imprimis plurimũ debere me fateor. Dionyſio autem Lãbino & Adriano Turnebo duobus Franciæ ornamentis quantum debeatur præmij, quippe qui

de hoc grauiſsimo ſcriptore optimè ſint meriti, oratione mea equidē nequeā adſequi. Neq; ſanè viri illi præſtātiſſimi à me id vt faciā expectāt aut volūt. ſatis inclaruit eorū induſtria & eruditio incredibilis. Hoc tantū vereq́; teſtatū relinquere poſſum ac debeo, illorū maximè laboribus & ſolertia adiutū eſſe in his cuiusquemodi Emēdationibus ac Notis comparādis. Ingratiſsimus verò ſim, niſi doctiſs. Corn. Valerio de me optimè merito, ſua referrē accepta: qui ea quæ præſtāti eruditione vir P. Nannius olim ad exēplar Traiectinū manu deſcriptū contulerat, quæq́; ipſe obſeruarat, diligēter nobiſcū facilimè cōmunicauit. Reliqua pauca illa quidē et exigua, nō tamen vt opinor, nulla, noſtræ ſunt induſtriæ. quā tametſi vēditare nō didicerim; hoc verecūdè tamen mihi licet dicere, ſcripturas me veterū librorū pluſquā octo, et omniū ferè editorū ſeu prælo deſcriptorū perpēdiſſe, omniūque perquiſiſſe emēdationes: veteres etiā grāmaticos diligēter euolui, & ſiquādo me explicare ſatis cōmodè neſcirem, viros eruditos cōſulere non erubui. cetera lectoris iudicio permittimus. Ceterū caſtigationis rationē eāq́; breuiſsmā, cur oræ libri adſcripſerim, et alia nō nulla quæ ad poëtā ornandū & illuſtrandū viderētur idonea, adiecerim, ita accipe. Sciebā quidē huius ſcriptoris ſententiā cū ob alia quædā, tum quod Epicuri rationē à ſcholis & vſu communi abhorrentē perſequatur; nō cuiuis ſtatim obuiā fore & prōptam: ac propterea ſiquid in verbis mutandum iudicaſſem, futuros qui vt locū totū explicaſſem, requirerēt: Sed quia veterē tantūmodò ſcripturā ex fide referre, vellē coniecturas rariſsmè; eſſentq́; viri doctiſs. qui me vt quam ingreſſus eram viam inſiſterem porrò, hortarētur: non putabam fore qui magnopere aut pertinaciter hoc inſtitutum noſtrum improbarent: præſertim vbi viderint

derint ita me mea temperaſſe, vt quod copioſis ſcholijs multi, nos paucis Notis videamur cõſecuti. quodq́; adeò niſi me vel doctiſſ. Goldingamus qui iam paratos in Titum noſtrum habere dicitur cõmentarios; vel quis alius anteuertat; ipſe edere annotationes in hunc poëtam conſtituerim, quibus difficiliora loca latiùs explicentur. Earum verò loco nunc Epitomen de rerũ natura ipſius Epicuri adieci, & ex M. Cicer. collegi pleraque omnia Epicureorum decreta eodem ſpectantia. è quibus prater quod ſententiam poëtæ faciliùs adſequetur, hoc etiam referet commodi lector, quòd & eruditionem poëtæ, & ſummum poëmatis artificium, orationis vbertatem, ſplẽdorem, & elegantiam planè cognoſcet. idq́; vt facilius nulloq́; negotio videret; paginarum numeros epitomæ et Capitibus illis ex Cicer. cõgeſtis diligẽter adſcripſimus. Potuiſſem ex Plutar. Cleomede. Diog. Ariſtot. eiuſq́; interpretibus plura id genus addere. ſed in aliud tẽpus ea certo conſilio reiecimus. Ea autẽ quæ ad orationis nitorẽ & eruditionem ac antiquitatis cognitionem pertinent, quia adoleſcentes fortaſſe non ita facilè per ſe ipſi intellecturi videbantur, quæq́; eius generis eſſent obſeruatu digniora: hac re aduerſaria quædã adiũximus, in quibus ea quantum temporis ratio nobis permiſit; velut indice omnia diligẽter oſtendimus; vtq; bonas artes omnimodis iuuarem, nõ pauca apud alios quoq; ſcriptores, data, ſæpè etiã arrepta occaſione, emendauimus et illuſtrare conati ſumus: maximè verò in Aur. Prudẽtio, cui cùm viderem Carum valde familiarẽ fuiſſe, facere nõ potui quin Chriſtiani poëtæ labes nõnullas veluti ſpongiã quadã effingerem: nactus præſertim mẽbranas quaſdã veteres cum aliorum, tum Corn. Gualteri viri perhumani & eruditi: quamuis enim multi eruditi homines in eo graui poëta

diligenter elaborarint: fieri tamen vix poteſt, vt vno tempore tam miſerè deprauati ſcriptores in integrum reſtitui poſſint. In alijs ſiquid reſtituerim, id omne libris vet. tam meis quàm qui apud Plantinum noſtrum ſunt depoſiti, attributum velim.

Scribendi porrò rationem, quam orthographiam vocant, eam tenui, quam à doctis viris hodie probari, et cũ antiquitate cõſentire viderem. Et verò vt ſubtiliùs quædam attingamus, Nihil & Nihilum ſemper ſcripſimus, librorum veterum auctoritate permoti. quamquã haud ſcio an non ſæpe etiam Nil & Nilum ſcripſerint veteres. quod & verius puto. enimuero qui contra libros vet. multis locis Nihil & Nihilum in Nil & Nilum, ratione, vt ipſi putant, verſuum ac numerorum, commutant: næ illi in veterum ſcriptis verſantur, nec attẽdunt ſynæreſin veteres in metiendo duntaxat multis locis obſeruaſſe, in ſcribendo rariſſimè. Hinc multæ in Plauto, Terent. alijſque antiquis mutationes malæ. et cùm in Horatio libro.1. Sermonum.5:

Nilo *ſeu* Nihilo deterius ius eſſe. *olim, ſeu vt perperam in v.c. meo erat, Nullo, eſſet: fecerũt;* Deterius nihilo: *cùm tamẽ & hic opus ſit ſynizezis, quòd altera in, nihilo, ſillaba producatur: τὲ hilũ enim prior eſt longa. idem de, mihi, iudicium eſſe cupio. Hac etiam de re in Conlectaneis ſeu Indice aliqua dixiſſe memini: Syncope. Prohibeat. Vehemens. Non placet item eorum ratio qui litteram s, eam, quæ exteri ſolet, in ſcriptura non exprimunt: nam & veteribus libris omnibus, & grãmaticis aduerſatur. nec ad rem facit quod è Ciceronis Oratore adferunt: vbi de pronuntiatione ac dimenſione potiùs, quàm de ſcriptura eſt ſermo. His adeò adductus, s, exprimendum curaui. idemq́; in comi-*

cis

cis ceteriſq́; poëtis faciundum puto. De Græcis verbis, ijſq́; omnibus quæ Græca ſunt origine, ſed Romana prorſus iam facta, rectè exarandis; longè alia mihi, quàm quæ vulgo, eſt ſentẽtia. Puto ea quæ in vet. codicibus vno conſenſu, licet Græca, Romano more ſunt exſcripta; itidẽ à nobis ſcribi debere: vt ſua cuiq; relinquatur & vindicetur conſuetudo. ſic illud Perſij ſcribendum opinor, ex vet. libris: Quis expediuit pſittaco ſuum chære? id in hoc poëta diligẽter ſeruaui. idemq́; apud Plaut. Cic. alios omnes nihil vetat, cur non fiat. Quæ autem Romana iam ſunt vocabula, licet Græciæ originem debeant ſuam, non ideò tamen ſcripturam ſequi debent. Verbi cauſa; ocius, hiẽs, ſtilus, ſilua, tus, Tuſcia, inclitus, duplus, clipe⁹, ligurrio, lacrima, ſcæna, Pręneſte, Vlyxes, Agrigẽtum, Progne, Alcumena, mina, cygnus, poësis, diocesis, epiſtula, numiſma, tribul⁹, Brundiſiũ, alia plurima. Cõſuerunt enim Latini quædã ab alijs ſumpta nomina ita cõformare & cõſignare, vt originẽ ipſi agnoſci nolint: ſuaq́; prorſus eſſe vt exiſtimẽtur, ſtudẽt. Silua, nũc ſcribũt omnes, et hiẽs, i, Latino: quæ tamẽ à Græcis profecta omnes grãmatici veteres teſtãtur. Eadẽ ergo ratione, lacrima, clipeus, inclitus &c. ſcribenda exiſtimo, cõſentientibus etiã libris vetuſtis omnibus: & interdum inclutus, lacruma, & prout in manu deſcriptis membranis exſtabit. Nam inter I & V litteras mira antiquis fuit variantia, mutuaq́; in alterius locum migratio. Hinc inuenio artibus, pro mẽbris, clupeus, carnufex, cõtimax, duplio à διπλὸς teſte Feſto; diſſupare, dip. & dupõdius, exilica cauſſa pro exulica apud Pompeiũ; inclutus, lacrima et lacruma, vti in Tito nos antiquitati ſeruientes, neſcio quã rectè, ſemper ſcripſimus; lubet, libet, prolub. prolibium, manupr. et

manipretium, mancupium, monumentum, obſtipuit, perfacul apud Sextum Pompeium, pro perfacil; perfacile: pernucies apud Donatum libello De barbariſmo. pliſima apud eundem pro plurima i. pro u. & s. pro r, vt daſi pro dari &cet. niſi & illic pluſima quis malit, vt apud Varronem eſt: quadripedes, rediuia & reduu. ſeu reliuium ac reluu. in eodem Sexto, d. pro l. Scripulum & Scrup. ſimpulum quaſi ſumpulum apud Varronem libro quarto. Sibina & Sibuna apud Feſtum. Subulo quaſi ſibilo, tibicen apud eundem. Stupa, Stipa. Thinnus apud Horatium. Quid multa? Si ob originem mutare ſemper licebit ſcripturam, omnis lingua Latina turbabitur. Quare melius videtur conſuetudine hac Romanorum obſeruata (quod hactenus non factum miror, indéque è Latino ſermone penè Græcus exſtitit) vetera etiam monimenta & grammaticos imitari ac ſequi. In his verò ſumpſi contemptus &ceter. conſuetudinem omnium veterum & grammatici doctiſſ. Priſciani ſum ſecutus; non ignarus quid Victorinus, quid item ratio poſtulet; verùm vſum communem hic ſequendum putaui tam vetuſtum: præſertim cùm ſciam Victorinum ſæpe nimis accuratum eſſe, & præter æquum curioſum; ratio autem non rarò concedat vſui vt hac de re indicat ipſe Marcus Cicero in oratore. Scripſi etiam tamquam, numquam, quemque &cet. veteres omnes libros & originis rationem ſecutus.

Accuſandi autē caſum tertij ordinis in multitudinis numero ſæpe in is ſcripſi, religioſè in hoc ſeruata vet. codicum ſcriptura. nam & veteres, Priſcianus, noctium Atticarum ſcriptor, multiq; alij idem vt fieret, diligenter mo-

ter monuerunt. Priſcianus etiam acriter librarios reprehendit. quid nunc faceret, vbi contra libros omnes antiquos, et pleriq; omnes ſcribillant? hunc profectò errorem etſi Afri, vt opinor, auctoritate nitatur, amplius ferendum non puto. Denique interpunctionis rationem ſeruaui eam, quæ & libris veteribus (nam his iam ferè vtimur teſtibus vt maximè idoneis, cùm falſi plerumque fuerint editi iam libri, & ementiti) confirmatur, & à doctis iudicatur optima. Vnum eſt in quo peccaſſe me ſcio, et fateor; quòd cùm antiquiores e litteram verbi eſt, proximam litteræ m, & interdum vocali alicui, exterere etiam in ſcriptura conſuerint; hoc modò: fatendum-ſt, putandum-ſt. &cet. & certa-ſt, neceſſe-ſt. &cet. ego tamen e ſemper expreſſerim. ſed hoc facilè emendare poterit lector eruditus: nam vbique ita cum m concurrat, id faciundum: vbi cum vocali aliqua, rariſſimè.

Habes conſilij factíque noſtri rationem omnem; quo nihil aliud me ſecutum, ſemel te monitum velim lector, quàm vt ſtudioſis ac reip. prodeſſem: minimè verò vt vel gloriam captarem, aut cuiuſquam exiſtimationem vel tantillum læderem. Nam quod in Notis quas verſibus appoſui breuiſſimis, conciſius ſæpè: malè, non tam rectè, peſſimè, præclarè, εὐστοχότατα, *egregiè & cet. ſcripſerim: quódque in Conlectaneis à viris doctiſſimis interdum diſſentiens nullam eorum mentionem confecerim: illud certè breuitatis ſtudio, hoc bonorum exemplo me obſeruaſſe ſcias. Siquidem in Notis vbi verbis pauciſſimis ſententiam meam conteſtari vellem, magis oportuna habere non potui. rem profectò ſpectaui, non homines. Ad alterum quod*

attinet,etſi doctiſsimis viris probetur;& ego etiam breuitatis cauſſa (cui præcipuè in hoc poëta ſtudui, licet in his prologomenis ingratis ſim copioſior)id ſim ſecutus: nihilominus ſemel oratos nunc volo doctos quoſque viros,mirificè me cupere, proq; omnibus his laboribus hoc flagitare,vt quod ſemper licuit, diſſentire me pace ipſorum bonaq; cum venia patiantur. Quod ſi,vti ſpero, obtineam, & hic labor ſcholis bonoq; communi vtilis iudicetur:præter ceteros Deo noſtro gratiæ agendæ erunt.cuius permiſſu ſi ætas ac iudicium adoleuerit,pluria & grauiora olim præſtare conabimur: & breui C. Cæſarem,atque Agellium(ſic enim noctium Atticarum auctorem appellandum docuimus)ab innumeris mendis reſtitutos.Vale.

VITA T. LVCRETII
PER OB. GIFANIVM.

ET SI AB ALIIS quibuſdam viris ſanè doctiſs. de vita Lucretij ſit perſcriptũ: ea tamẽ re mihi ſilendum prorſus nõ putaui, qui cupio omni ratione ſtudioſis aduleſcẽtibus patefacere, qualis & quantus ſit ac fuerit poëta. quod certè hac vitæ deſcriptione perſpici poterit. ex qua, præter alia quædã nõ contẽnenda, videbũt omnes qua ætate; quã erudito, inquã, ſæculo vixerit; quàm egregiè ſit inſtitutus; quibus vſus ſit amicis: quãto deniq; ſua etiã ætate in pretio fuerit. Quę omnia ſtatim lectoribus iudicio prę ditis etiã exiguo, indicãt & teſtantur poëtę cuiuſuis doctrinã & elegantiã. Verbi gratia, Titus noſter eo vixit tẽpore, quo magis nunquã poſt homines natos floruerũt artes & doctrinæ liberales. Præcepta earũ percepit in duobus muſarũ domicilijs, Roma & Athenis. Viros in r.p. clariſsimos & doctiſs. habuit amicos. Maximus ea tempeſtate, quo vt dixi tẽpore ad ſummũ venerãt Romani, vt ait Horatius, in his artibus, poëta eſt habitus. Quid quęſo hinc aliud colliget æquus lector & iudex, quàm id quod probatũ nos aduleſcentulis cupimus, præſtantiſſimũ & elegantiſſimũ hunc eſſe poëtam. Alia etiam eſt ratio cur hæc ſuſceperim: quòd illi alij vel falſo, vel perturbatè, neq; Ro. more ea tractarint. quod equidem non lædendi doctiſs. viros, ſed mei excuſandi cauſſa dictum eſſe velim.

T. LVCRETIVS CARVS Romanus, vt ipſe idoneus eſt teſtis; natus eſt L. Licinio Craſſo & Q. Mucio Scęuula cos. anno V. C. IↃ LVIII. eo inquã anno quo nobiliſſima lex Licinia & Mucia de ciuibus regundis eſt lata, quo tempore ſpecimen illud innocentiæ Rutilius Ic. præſtantiſſimus à publicanis in exilium actus eſt, annis poſt natum M. Ciceronem xij. De parentibus autem totaq; eius familia nihil vſquam exſtat, etſi Lucretiorum nomen in Romanis monimentis percelebre ſit ac vetuſtum. Nam in hac gente inuenio Tricipitinos, Cinnas, Viſpillones, & Ofellas. De Caris nihil, quod equidem ſciam, reperitur. cognomen tamen eſt Romanum: cuius & Ouidius multique alij meminerunt. Scio hac tempeſtate in r.p. fuiſſe Q. Lucretium: verùm an frater fuerit, aut quo inter ſe propinquitatis gradu, ignoro. Ceterùm hoc peruolgatũ, & vt ita dicam tralaticium eſt, vt præſtantiorum ortus

poëtarum ferè ignoretur,& in hoc credo eos diuinitatem adfectaſſe. Adoleſcentulus autem quin à parentibus, ſeu propinquis,conſiderata eius ad bonas artes nata pæne diuina indole,Athenas more patrio ſit miſſus,Athenas non ita pridem à P.Sulla crudeliter vaſtatas,non dubito.poſtu lat hoc Romanorum conſuetudo,ac doctrinę ratio: nã ad Hortos ille ſtatim ſe contuliſſe videtur:vt & Virgilius aliquot annis poſteà,qui ita de ſe ipſe canit:

Etſi me vario iactatum laudis amore,
Irritaq́, expertum fallacis præmia vulgi
Cecropius ſuaues exſpirans Hortulus auras
Florentis viridi ſophiæ complectitur vmbra, &c.

Sic enim verſus illi ſcribi debent & intelligi.

Eodem aſpirauit doctiſs. Propertius.

Illic(inquit)vel ſtudijs animum emendare Platonis
Incipiam, aut hortis docte Epicure tuis.

Preerãt Hortis eo tempore Zeno acriculus ille ſenex, & Phædrus homo,vt Cicero ait,humaniſſimus, itaq; his videtur vſus præceptoribus Titus:quos etiam Atticus pau lo licet hoc poëta grandior,audiuit.Memmius item, Velleius,Pętus,Caſſius,multique alij præſtantes in r.p.R. viri eadem ætate his operam dediſſe videntur.quibus omnibus aut magnã certè partẽ familiaris fuit & carus Lucretius,ob admirabiles animi dotes;maximè verò ob aureum illud orationis flumen:& quod omniũ poëtarum ſuæ ætatis eſſet grauiſſimus,& iudicio Cornel.Nepotis ac M.Ciceronis,præſtantiſſimus.Florebant eo tẽpore poëtæ præſtantes non pauci:M.Varro,M.& Q. Cicerones,P.Varro Atacinus,M.Furius Bibaculus, C.Caluus,Cinna,Catull. L.Calidus,alijq́; non nulli. Verùm haud facilè reperias, qui ad tantã orationis maieſtatẽ lepôre incredibili contactam adſurrexerit.Maximus ſine dubio futurus, ſi ad ætatẽ maturiorem cum mentis integritate peruenire potuiſſet,nunc & vigente ætate perijt;& iuuenili,in mentis errorẽ incidit.Nã vt ex Euſebio colligi poteſt, iuueni præbitũ fuit philtrũ,ab vxore Lucilia,vt quidã exiſtimãt,nullo auctore.Hinc mẽte loco ſuiſq́; ſedibus permota,parũ abfuit quin omnes illi diuini in hoc poëta igniculi fuerint extincti.Sed cùm morbus ille animi inducias haberet; non paſſus eſt poëta eos funditus interire. quin obſeruatis inter-

teruallis, philoſophiã in qua adoleſcens magnam ſemper operam poſuerat, pharmaci loco adhibuit: eáq; vt Latino etiam ore ſonaret, efficere inſtituit, initio ſumpto à rerũ natura. in qua tractatione maximè elaborabãt omnes Epicuri familiares. Tandẽ confecto ferè eo opere, inualeſcente iã paullatim ægritudine, credo etiã ob Memmij ſui, de quo mox, ac totius reip. calamitatem ac perturbationem: cùm videret adeſſe tẽpus, quo veterũ quoque ſapiẽtium, ſuæq; familiæ cõſenſu vitæ nuntiũ remittere liceret; εὔλογον eã ἐξαγωγὴν non prætermiſit. nãq; manu ſibi adlata, è vita tamquã è theatro exijt. quod etiã Atticus haud multò poſt, ſed ἀποκαρτερήσει fecit. & ipſe Lucret. faciundũ ſuaſitat, quo loco inanis gloriæ cupidos & ambitioſos exagitat, qui etiam in ſummis miſerijs viuere amẽt. ait enim:

Extorres ijdem patria longeq; fugati
Conſpectu ex hominum, fœdati crimine turpi
Omnibus ærumnis adfecti denique viuunt:
Et quocunque tamen miſeri venere, parentant.

Deceſſit igitur anno, vt opinor, vrbis DCCI. Cn. Pompeio Magno III. cos. quo tempore maximè in r.p. erant turbæ, Clodius à Milone occiſus, Memmius multiq; alij de ambitione damnati, Roma in exilium profecti. Cæſar Galliam lacerabat annos natus XXXXIV. Euſebius vno ante anno mortuum ſcribit, ſi modo ratio conſtet. Donatus aut quiſquis eſt vitæ Virgil. auctor, tribus ante annis Cn. Pompeio Magno II. M. Licinio Craſſo. II. cos. Ego quia farragini illi multa falſa adſuta eſſe, & Euſeb. mendoſum eſſe ſciã, id ſum ſecutus, quod vero magis viſum fuit conſentaneum. Certè perperam in Euſebio mortuus dicitur Catullus anno V. C. DCXCVI. Lentulo & Nepote cos. cùm Catullus ſecundi conſulatus Pompei mentionem ipſe faciat, quem conſtat Cneium geſſiſſe anno poſt Lentulum & Metellum ſecundo. Catulli verſus ſunt iſti ad poëtam C. Heluium Cinnam:

Conſule Pompeio primùm, duo, Cinna, ſedebant
Mœchilli: facto conſule nunc iterum; Manſerunt duo. &c.

Mœchillos, vt opinor, intelligit Mamurram & Cæſarem, quos alio loco idem gemellos vocat. ſic ergo locus legendus mihi videtur & explicandus, τὸ ſedebant, ſenatorium eſt. Mœchilli dixit, vt alibi ſcortillum,

ſolatiolum

ſolatiolum, integellus, multa alia ὑποκοριστικά. Alibi quoque Britannias Cæſarem inuaſiſſe indicat, quod hoc eodẽ anno Pompeio & Craſſo cos. demum Cęſarẽ feciſſe, ipſe teſtatur lib. IV. de bello Gallico. His adductus rationibus Euſebij rationem non ſum ſecutus. Paucis ante mortem annis vidit Lucretius Catilinæ & Clodij furioſas administrationes; quibus r.p. R. ita fuit affecta, vt non multo pòſt tota conciderit. De eo tempore ita ipſe conqueritur:

Hunc (Martem) *tu diua* (Venus) *tuo recubantem corpore ſancto*
Circumfuſa ſuper; ſuauis ex ore loquelas
Funde, petens placidam Romanis incluta pacem.
Nam neque nos agere hoc patriaĩ tempore iniquo
Poſſumus æquo animo; nec Memmi clara propago
Talibus in rebus communi deeſſe ſaluti.

Ambitionem etiam ſuæ ætatis grauiſſimis verſibus libro tertio & quincto reprehendit. Quàm ſanctis denique fuerit moribus poëta, teſtis eſt locupletiſſimus opus grauiſſimum, multiſque præclaris ad bonos mores conformandos adhortationibus illuminatum. De quo iam ſupereſt vt agamus. nam tametſi commentarios ſcribẽtibus ea tractatio, vt Græci & Latini interpretes antiqui aiũt, ſua ſit ac neceſſaria: quia tamen inſtituto noſtro ac voluntati: qui hũc egregium poëtã omnibus modis illuſtratum, ac ſtudioſis probatũ cupimus, imprimis eſt idonea: ſpero hãc induſtriam noſtram viris doctis non improbatum iri. Qua in re primùm quidem & potiſſimũ de numero librorum, & quantum ipſe poëta ſcripſerit, explicandũ eſt. Video enim iampridem à reſtitutis bonis artibus, multos in ea eſſe opinione, vt putent Titum noſtrum plures libros quàm qui ſunt in manibus, ſcripſiſſe. nempe ex Varrone, inquiũt, perſpicuum eſt libros XXI. reliquiſſe Lucretium; operiſque principium non illud eſſe, quod vulgo putãt; verùm longè aliud ex Varrone repetitum. Quàm vellem vera eſſet hæc opinio: nam ea ſpem faceret fore, vt ſimilia poëtæ noſtri aureaque ſcripta habere àliquando liceret. Verùm error eſt inueteratus & grauiſſimus. quem priùs, amice lector, quàm refellam; meam hac in re ſententiam conſtituere cupio: qui aſſero, non alia pluráue poëtam ſcriptis prodidiſſe, quæ quidem ad operis huius con-

DE OPERE

textum pertineant; quàm ea quæ circumferuntur. Et primum quidem ex grammaticis veteribus omnibus nemo eſt qui ex libro VII. VIII. &c. vllum proferat verſum. cùm ex ſexto, quincto, prioribus alijs adducant ſæpenumerò. nam quod quidam apud Priſcianum, poëtæ huius librum ſeptimum laudari volunt, eos, vt leuiſſimè dicam, fugit ratio. nihil vſquam tale exſtat. Deinde ſeipſe vindicare poteſt Lucretius. nam de primo quidem libro ita canit, lib. 6. pag. 530.

Nunc omnes repetam, quàm raro corpore ſint res,
Commemorare: quod in primo quoque carmine claret.

De vltimo verò præclaris verſibus perſpicuè ita profatur:

Tu mihi ſupremæ preſcripta ad candida calcis
Currenti ſpatium premonſtra callida muſa,
Calliope, requies hominum diuûmq; voluptas:
Te duce vt inſigni capiam cum laude coronam.

De principio autem vt certiſſimus ſit lector, apponam Priſciani grammatici diligentis ac peruetuſti verba. ille enim vbi primi ordinis caſum patrium in multitudinis numero, arum & conciſè ûm habere dixiſſet; hæc verbi gratia tandem addit: amphorûm pro amphorarum, Aeneadûm pro Aeneadarum. Lucretius in primo verſu: Aeneadûm genetrix, hominum diuumq; voluptas. Accedit ipſa operis rerumque tractatio ita inter ſe connexa & apta, vt ſi verſus aliquot eximas, non elegantiam tantùm, ſed ſententiam ipſam deprauaturus ſis. Docet primo, de rerũ principijs; de meteoris ac rebus ſublimibus, extremo opere. an omnes qui naturæ cognitionem memoriæ prodiderũt, hanc rationem non ſunt ſecuti? ipſe inquam Epicurus eam perſecutus eſt: vti apparet ex eius de rerum obſcuritate cõpendio, quod hic adiciendum curauimus. ex quo præter cetera id etiam cognoſcere licet, in hoc opere nihil deſiderari eorum quæ ad rerum naturalium explicationẽ pertinent. Vincit hoc de initio quod diximus, ipſa etiam inuocatio; quam in primo opere omnes collocandã cẽſent.

His ita firmiter adfirmatis, videamus nunc de alia opinione. Varronem illi laudant auctorem, cuius hæc adferunt verba è libro de lingua Latina IV: Loca ſecundum antiquam diuiſionem prima duo, cælum & terra &c. à qua

bipar

bipartita diuiſione Lucretius ſuorum vnius & viginti li-
brorum initium fecit hoc: Aetheris & terræ genitabile
quærere tempus. Breui vt præcidam, librum Varronis
mendo contaminatum hîc eſſe contendo. nam ſi vera
ſunt ea quæ attuli: neque hoc noſtro reperiatur in ve-
terum monimentis alius qui quidem ſcripſerit Lucretius,
cui non ſtatim de mendo ſuſpectus erit locus ille Marci?
maximè qui meminerit Carum, ea cùm ſcriberet Terent.
Cęſare, ni fallor, dictatore, aut paullo ante, vix in hominũ
fuiſſe manibus; quippe qui quarto ante Cæſaris dictaturã
anno deceſſerit; poſtq; auctoris demùm exceſſum à Cicer.
opus ipſum à M. Tull. Lucretij perfamiliari expoliri cœpe
rit. & vt fuerit, nõ eã tamẽ conſecutus auctoritatẽ videatur
qui à Varr. adduceretur. licet Varronẽ in quibuſlibet etiã
recẽtioribus laudãdis facilẽ eſſe ſciam, & Lucr. magnę exi-
ſtimationis ac nominis ea tẽpeſtate poëtã fuiſſe conſtet.
Quid ergo? pro Lucretio, Lucilium olim ſcriptum fuiſſe
exiſtimo; adductus cũ ijs omnibus, quas protuli, rationi-
bꝰ, tũ quòd alijs quoq; in locis ſimilia mẽda inueſtigarim.
Sæpe Lucilius, Lucretius & Lucullus, vt Cœlius ac Ceci-
lius alius in alterius locũ vitiosè ſubiecti ſunt. adferã verbi
gratia quę deprehẽdi aliquot. Salluſt. lib. 5. hiſtor. At Luci-
lius audito Mariũ regem proconſulẽ per Lycaoniã cũ tri-
bus legionibus in Ciliciã tẽdere, adducit Priſc. lib. XVIII.
lego: At Lucullus audito Marciũ Regẽ procos. &c. agit de
Lucull. bellũ aduerſus Mithrydatẽ adminiſtrãte. Macrob.
lib. 3. Saturnal. cap. 15. M. Varro in li. de agricultura refert
M. Cat. qui poſt Vticæ perijt, cùm heres teſtamẽto Luci-
lij eſſet relictus. lego teſtamento Luculli, &c. fallitur ibi
Macrob. tamen. nam Cato non heres, ſed tutor erat reli-
ctus Luculli filio, vt auunculus, teſte Plutar. Apud eundẽ
ſymmictographum lib. 6. ca. 3. Lucretius in 5. Maior erat
natu, non omnia poſſumus omnes. Apud Nonium Mar-
cell. Puelli & Peſtilitas, pro Lucretio editur perperam,
Lucilius, & in verbo Callet Siſenna hiſt. lib. IV. Lucilium
Mẽmiũ, cùm ſit leg. Luciũ Mẽmium. in verbo Vtres leg.
Liuius Andronicus; vulg. Lucilius Andronicus. In Sex.
Pompeio quoque Tama lege Lucilius, vulg. Lucretius. A-
pud Probũ etiã in Catholicis nominum, Vappones Lucret.
male eſt editũ pro Lucilio. vt & in Seruio ad li. 12. Aeneid.
Immò in ipſo Varr. lib. 6 vbi peruolgatũ eſt, apud Lucret.

Atque aliquos ibi ab rebus clepſere foro: certiſſimè ſcribi debet, Lucilium. Plura facilè quilibet inueniet. quorũ omnium origo mendorum ex his notis Luc.& L. manaſſe videtur. Riſit autem curioſos credo aſtrologos Lucilius, qui cæli terræque natalem anxiè nimis anquirerent: aut ſimile quid licet in re perobſcura comminiſci. Verùm enimuerò vt plures libros non admittendos docui: ita faciliè crediderim verſus aliquot fortaſſe deſiderari: nã cùm in omnibus ferè antiquis ſcriptoribus, tũ in hoc poëta præcipuè quidã nimia certè libertate adiecerũt, ademerũt, mutarũt plurima, ſicuti multis id locis nos patefecimus. Adducit etiam Seruius hoc ex Lucretio fragmẽtum: ſuperi ſpoliatus luminis aër: quod etſi Lucr. eſſe videatur, à libris noſtris tamẽ abeſt, neque dum etiã ſcio, vbi reponi debeat. Sed hîc fide & iudicio opus eſt accurato, ne poëtæ tribuamus non ſua: qua in re, vt dixi, multimodis hic peccatum fuit.

OPERIS verò indicem vulgarem, *De rerum natura*, retinui: prꝑter enim quod in vet. c. ille reperiatur, etiã Fl. Soſipater libro grammat. 2. Lucretius, inquit, de rebus naturalibus libro III. & poëta eum ipſe confirmat lib. 5.

Denique natura hæc rerum, ratioq́; reperta eſt
Nuper, & hanc primus cumprimis ipſe repertus
Nunc ego ſum, in patrias qui poſſim vertere voces.

Verè hoc de ſe prędicat poëta: nam princeps ille de rerũ natura Latinè ſcripſit. Quẽ poſtea cõſecuti ſunt alij multi: C. Amafinius, Catius, M. Cic. Varro, Egnatius, cuius lib. 1. de rerũ natura ab Aur. Macrob. adducitur. idẽ ſe quoq; prę ſtiturũ ſperabat P. Virg. ait enim ad iuuenẽ doctiſ. Meſſalam Bruti familiarẽ: cũ Athenis agẽs Cirin ſuã cõſcriberet:

Etſi me vario iactatum &c.
Si me iam ſumma ſapientia pangeret arte &c.
Non ego te talem venerarer munere tali
Non equidem &c. & mox:
Tali te vellem iuuenum doctiſſime ritu. &c.
Naturæ rerum magnis intexere chartis.

Alibi etiam id ſuauiſſimis pollicetur verſibus:

Me verò primùm dulces ante omnia muſæ
Quarum ſacra fero ingenti percuſſus amore &c.

Empedocles autem multis ſæculis ante idem argumentum Græcè tractauerat: quẽ Lucretius magnopere eſt admi-

miratus,eumq́ue hoc elogio ornauit vnico:

Nihil tamen hoc habuiſſe viro præclarius in ſe,
Nec ſanctum magis,& mirum,carumq́ue videtur.
Carmina quinetiam diuini pectoris eius
Vociferantur,& exponunt præclara reperta;
Vt vix humana videatur ſtirpe creatus.

HVNC igitur ſtudioſè poëta noſter imitatus eſt.nam quæ Empedocli tribuit Ariſtoteles, ὅτι καὶ ὁμηρικὸς καὶ δεινὸς περὶ τὴν φράσιν γέγονε, μεταφορικός τε ὤν, καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς περὶ ποιητικὴν ἐπιτάγμασι χρώμενος; quę haud ſcio an in vllo alio poëta Latino inuenias: ea in Lucretio omnia mirè elucent. Nam orationis ſplendore, & vt ita dicam,grandiloquentia ceteros anteit:tum tralationibus innumerabilibus,iiſq́ue præclaris totum opus quibuſdam veluti inſignibus diſtinxit. Multæ eũ vocat artis M.Tull. optimus exiſtimator. Atq; vtinã tãtum nobis fuiſſet otij, vt non ea tãtùm quę ab Homero,ſed ab alijs,maximè Ennio ſuo: (nam hunc è Latinis ſcriptoribus mirè coluit, & exprimere ſtuduit)& rurſum quæ à Tito Virgilius ſumpſiſſent,indicare.Sic enim clariſſimum fieret,quod ſæpe ſoleo dicere,Auum eſſe Q. Ennium: patrem T. Lucretium; P.Virgil. Maronẽ filium:hi enim ex Epicis poëticis Lat. triumuiri ſunt præſtantiſſimi. Verùm ea omnia alteræ editioni adiungentur.In hoc etiam Empedoclem ſuum imitatus eſt,quòd vt ille ſuis delicijs Pauſaniæ τὰ περὶ φύσεως προσεφώνησεν:item & Lucretius Mẽmio ſuo.de quo quia promiſimus,iam tempus eſt,vt explicemus. ſi hoc priùs addidero,non probari nobis recentiorum iudicia,qui Lucret. Lucanũ, ſimiles rerũ grauiũ ſcriptores in poëtarum numero non habent:nam & veterum in hac re ſententiam iis poſſum opponere,ac de Lucretio noſtro quidem Ciceronis ac Nepotis,auctorum minimè vulgarium;qui eum non poëtam duntaxat,ſed præſtantiſſimum etiam poëtam laudant:&hoc addere,ſi ea eſt huius artis condicio & ingenium, vt niſi qui fabulas, amores, & id genus alia nugatoria tractet,aut vera rebus obſcuris falſiſq́ue inuoluat;in poëtarum ordine conſiſtere non poſſit: eam artem inſuper habendam potiùs & abiciendam ſuaſerim, qua præter ſpurca,nugatoria,& figmẽta ſuauibus leporibus adſperſa,nihil ferè adoleſcentibus præbeatur.

DE

DE GENTE MEMMIA
EIVSDEM PROLEGOMENA.

De hac gente, quia pauca in veterum ſcriptis eaq; hic illic ſparſa ſuperſint, nemoq́ue hoc erudito ſæculo ſcripſerit, quod equidem ſciam, difficile eſt & arduum multa eaq́ue certa comparare & conſtituere. Vtile tamen eſt videre gentium ac familiarum ortus & interitus, quarum rerũ cognitio hiſtorias legẽtibus omnino eſt neceſſaria. Itaq́ue cùm Ciceronẽ, Liuium, Salluſtium, Virgilium, & maximè poëtam noſtrum legentibus futura ſit vtilis & iucunda hæc deſcriptio: difficultate & obſcuritate non deterriti, gentem hanc Memmiorum exponere conabimur. Et vt ab vltima origine eam repetamus, ſcribit Virgilius antiquiſſimam eſſe, & à Troianis oriundam: inquit enim doctiſs. poëta:

Mox Italus Mneſtheus, genus à quo nomine Memmi.

Verùm in r. p. primùm belli Hiſtrici tempore, quod à Claudio Pulcro cos. anno V. C. DLXXIII. confectum fuit, eius mentionem inuenio. Liuius enim libro XXXXI. C. Claudio Pulcro, Ti. Sempronio Græco coſ. anno poſt trium clariſs. ducum Philopœmenis, Scipionis, & Hannibalis mortem, ſeptimo; ſex annis ante grauiſſimum ac nobiliſs. illud cum Perſeo Macedoniæ rege bellum: eo igitur tempore, ſcribit Liuius C. Memmium prætorem creatum eſſe, eiq́ue eueniſſe prouinciam Sardiniam. Vnde intelligas, alios etiam magiſtratus eum, puta quæſturam & ædilitatem, geſsiſſe: quòd ſanctè gradus illi tum ſeruarentur, & biennio antè legem annalem tuliſſet L. Villius teſte Liuio lib. XXXX. Fuit autem plebeia gens Memmia. id ex eo perſpicuum erit, quod tribuni plebei, vti mox adnotabimus, ſubinde fuerint Memmij, quem magiſtratum legibus, opinor, ſacratis patricios capere nefas erat. Cic. pro domo ſua. Nobiliſſima tamen ea fuit, maximèq́ue doctrinarum ſtudijs floruit: & haud ſcio, an non à Cæſare Octauiano lege Sænia inter patricios adſcripta ſit. Porrò C. ille Memmius, de quo iam meminimus, quarto deinde anno, quòd eſt cos. C. Popillio Lænate, & P. Aelio Ligure, ea tempeſtate, cùm iam parabatur bellum Perſicum, iterum

Prætor factus Siciliã, vt Liuius ait li. 42. ſortitus eſt. Admonendus eſt lector apud Liuium lib. 41. vbi C. Memmiũ primùm rogatum Prætorem commemorat; mendosè ſcriptum eſſe, C. Mummium, quod alibi etiam accidiſſe indicabimus. Huius duo, ni fallor, erant filij C. & L. Memmij; quorum facundia multorum ſcriptis celebrata eſt. Tum etiam, inquit Cicero in Bruto, C. L. Memmij fuerunt oratores mediocres, accuſatores acres atque acerbi. itaque in iudicium capitis multos vocauerunt; pro reis non ſæpe dixerunt. Salluſtius autem de C. Memmio: Sed quoniã, ait, ea tempeſtate Romæ Memmij facundia clara, pollensq́ue fuit, decere exiſtimaui vnam ex tam multis orationẽ eius perſcribere. ac potiſſimùm eam dicam, quàm in concione poſt reditum Beſtiæ huiuſcemodi verbis diſſeruit. De Lucio etiam Siſenna commeminit lib. IV. his verbis: L. Memmium ſocerum C. Scribonij tribuni pl. quem Marcellini conſiliarium fuiſſe callebant, & tunc Curionis oratorem. Hi autem bello Iugurthino, & Sullanis temporibus maximè fuerunt in honore ac pretio. Caius multis auctus honoribus, cùm ad conſulatum petendum acceſſiſſet; facileq́ue eum, quia & vitæ, vt Oroſius ait, integritate, ſanctitate morum, & eloquentiæ laude eſſet clariſſimus, videretur conſecuturus: à Saturno trib. pl. (qui illu ſuis actionibus maximè aduerſarium metueret) in ipſis comitijs, in campo Martio fuſte comminutus, nefariè trucidatus eſt, C. Mario VI. L. Valerio Flacco cos. anno ante memorabile illud Romanorum cum Cimbris ac Teutonis prœliũ. Cic. in Catil. 4. Liuius epit. 69. Appianus lib. I ἐμφυλ. In libello de viris illuſtribus Ro. ca. de Appuleio Saturnino, vbi idem ſcelus commemoratur, perperam editur Mummius. Accuſauit Caius L. Calpurnium Beſtiam, Cicerone teſte, credo, repetundarũ: namque Beſtia in Numidiã conſul cum exercitu miſſus; & ab Iugurtha pecunia corruptus fuit, & auariſſimè ſocios expilauit, quod egregiè narrat Criſpus. Tulit hic tribunus pl. legem de Iugurtha Romã euocando Naſica & Beſtia cos. Ad cauſſam, inquit, Salluſt. dicendam. Neque verò dubito, quin idem, vt erat moribus ſanctiſſimis, legem tulerit Memmiam eam qua cautum fuit, ne qui reip. cauſſa abeſſent, rei fierent: tum, vt calumniatoribus & corruptis pecunia accuſatoribus, con-

uictis

uictis, K littera, vt calumniæ nota in frontem imprimeretur. Cic. pro Sex. Roſcio. Valerius lib. 3. Papinianus Ic. in l. quæſitum Dig. de teſtibus. vbi non rectè meo iudicio ſcriptum, Rammios Brundiſij inuenio. eſt & Remnius grãmaticus. Remnij nuſquam. De Lucio Caij fratre, nihil præterea comperi. Fuit ſubinde & alius ex eadem gẽte M. Memmius, quem puto ſuperiorum fuiſſe fratrem aut certè patruëlem. Eum habuit quæſtorem Cn. Pompeius in bello contra Sertorium in Hiſpania geſto. nam & affinitate illi, ducta in vxorem Pompeïi ſorore, iunctus erat. qui in quadã contra Sertorium pugna in agro Saguntino tãdem fortiſſimè occubuit. Cic. pro Balbo. Plutarch. Sertorio. Oroſius lib. 5. cap. 23.

Venimus iam ad C. illum Memmium, cuius potiſſimùm nomine omnis hæc à nobis ſuſcepta eſt commentatio, vt cui ſuos de rerum natura libros conſcripſerit poëta noſter, vti temporum ratio, hæcque tota Memmiæ gentis deductio euincunt. Hic igitur ſuperioris Lucii, vt Cicero teſtatur, Filius magnam adoleſcens operam in bonis artibus poſuit, adeo vt doctiſſimus euaſerit; viroſque etiam eruditos ſingulari amore ſit complexus ac iuuerit: Athenas profectus iiſdem cum Lucretio præceptoribus vſus videtur. Romam deinde reuerſus, cùm aliquantùm temporis ſe r. p. probaſſet, à maioribus & eloquentia ac doctrina; viriſque eruditis & Pompeïi familiaritate adiutus, ad hõnores prouectus eſt. Prætor autem creatus Bithyniam obtinuit, in qua profectione comitem habuit poëtam Catullum; fortaſſe & noſtrum ſuumque Titum, & Curtium Niciam grammaticum nobilem, quem familiariter apud ſe ſemper habuit, inquit, Suetonius. Reuerſus ex prouincia, quia non rectè eam adminiſtrarat, vt indicat etiam Catullus; aut certè prouincialibus quibuſdam iniuriam intulerat: accuſatus fuit à C. Cæſare. id colligo ex Agellio, qui è Cæſaris oratione pro Bithynis in Memmium hæc adfert verba: Vel pro hoſpitio regis Nicomedis, vel pro horum neceſſitate hoc munus, Memmi, refugere nõn potui. Sed hîc etiam peruolgatum eſt, Mummi. Tum verò acerbè Cæſarem accepit Memmius, & in eum orauit acerrimè, vt ex Suetonio in Cæſ. percepi. Credibile eſt ei Memmium obieciſſe de proſtituta olim apud Nicomedem Bithyniæ

regem pudicitia.Cuius exitum iudicij licet nullũ inue-
nerim;certè tamẽ credo abſolutum fuiſſe Memmium.In-
teriectis enim paucis admodum annis tribunus plebi Ga-
binium accuſauit repetundarum L.Domitio & Ap.Clau-
dio cos.& eodẽ anno C.Rabirium Poſtumũ,quem defen-
dit Cic.cuius exſtat oratio. Conſulatũ etiã tũ petijt noſter
Memmius cum Domitio,Meſſalla,Scauro, alijs: omnes
ſumma contentione & libidine adeò vt nemo in proximũ
annũ conſul creari potuerit;& interregna,vt ait Cic. in eo
anno fuerint cõpluria. Redierat iam in gratiã cum Cæſa-
re Mẽmius, in eoq; vt idẽ Cic.magnã ſpem poſuerat,& ab
eo licet in Gallia abſente,in ea re non nihil,inquit Sueto-
nius,erat adiutus. verùm fruſtra Nã cùm quatuor illi can
didati multiq; alij ob turpiſſimas pactiones & dona accu
ſati eſſent;altero tandẽ anno Cn.Põpeio cos.anno IↃCCI.
Mẽmius lege Põpeia de ambitu cum Hypſeo & alijs qui-
buſdam,etiã Cicerone defenſore condẽnatus,in Græciam
exulatũ abijt,quã rem attingit Cic.li.2.ep.3.ad Quinctũ,
& copiosè narrat Appianus lib.2.ἐμφυλ.Athenis aliquan-
diu fuit,vbi ad ſtudia philoſophica,in quibus à puero ſem
per deditus fuerat,ſe retulit.Cic.lib.5.ep.11.ad Att.Epicu
ri autem rationem eum ſecutum eſſe & noſter poëta, &
Cic.planè confirmat.eaq; re videtur neſcio quid in Epi-
curi honorẽ ædificare voluiſſe,vt in Academiæ Cicero.li.
13.ep.Cic.ad Mẽmium.Poſtea abiecta ædificatione, Mi-
tylenas;mox Patras(quod eſt oppidũ Achaiæ propè à Co-
rintho)conceſſit.Hic ciuis tandẽ factus Lyſonis ciuis Pa
trenſis honeſtiſſimi viri ac Cic.amici filium adoptauit: ſi-
biq; hæredẽ ſcripſit:neq; ita multo poſt ibidẽ, vt opinor,
deceſſit.Hæc è Cic.colligo.cuius verba ad Ser.Sulpicium
Achaiæ procos.ſeptem annis poſt condẽnatum Memmiũ
annis,vt alijs etiã ſint in prõptu,adſcripſi:Cum Lyſone Pa
trenſi,inquit Cic:eſt mihi quidẽ hoſpitiũ vetus,&c.Sed eo
vehementiùs à te contendimus,vt Lyſonẽ in fidẽ,neceſſitu
dinemq; tuã recipias.cuius dubia fortuna,timidiùs tecum
agebamus; verentes nequid accideret eiuſmodi, vt ne tu
quidẽ mederi poſſes.Explorata verò eius incolumitate, o-
mnia à te ſtudia ſumma cura peto,quę ne ſingula enume-
rẽ,totã tibi domũ cõmendo:in his adoleſcentẽ filiũ eius,
quẽ C.Mẽmius Gemellus cliens meus,cùm in calamitate

exilij ſui, Patrenſis ciuis factus eſſet, Patrenſium legibus adoptauit: vt eius ipſius hereditatis ius, cauſſamq; tueare. Ex his M. Tullij verbis tã de morte Memmij, quàm de loco domicilij multisq; alijs rebus certi quid facillimè intelligi poteſt. Ne quis tamẽ addubitet; apponam alterum Cic. locũ, quo ſuperiora pleraq; omnia mirificè confirmãtur. In lib. ergo de claris oratoribus ad Brutum, quẽ eodẽ illo anno, nẽpe Cæſare & Lepido cos. cõſcripſit, & in quo oratores iã mortuos colligit, de C. hoc Memmio ita ait: C. Memmius L.F. perfectus litteris ſed Græcis, faſtidioſus ſanè Latinarũ, argutus orator, verbisq; dulcis, ſed fugiẽs nõ modò dicẽdi, verùm etiam cogitãdi laborẽ; tãtùm ſibi de facultate detraxit, quantum imminuit induſtriæ. Optimatium verò eum fuiſſe ſtudioſum ab ineunte ætate, teſtatur idem Cic. in Rabiriana. Vnum hoc in eo reprehenſione dignum (nam de ambitu iniuria damnatum dicit Cic.) ex Catullo, Cic. & Tranquillo inuenio, quòd in res Venereas fuerit pronior, ſed hoc ea ætate qua vixit, crimini vix datum fuit. tã inquinata erãt omnia. Scripta eius commemorantur ab Agellio, Chariſio, & Priſciano. Poëmata in noctibus Att. dicuntur duriora. Ex oratione quadã hęc adducit Priſcian. lib. 8. Quàm ſtultè cõficta, quàm ſũt apertè emẽtita. Apud Soſipatrũ malè etiã vti puto, Mũmius exſtat. Verùm de Memmijs ſatis, quando iam perſpicuũ eſt, quis ille & quantus vir fuerit, cui ſuũ opus inſcripſit Lucret. qua maximè re, hæc à nobis inſtituta fuerat oratio. Longum eſſet de Mẽmijs Quirinis & Regulis ſuperiorũ, vt puto, poſteris, qui ad conſulatũ etiã r.p. iã oppreſſa peruenerunt, dicere. de quibus Suetonius, Tacitus, faſti cõſul. Capitol. nummi & inſcriptiones antiquæ. De Cerialibus etiã Memmiorum ſacris, ac Floralibus, quorũ apud Ang. Politianũ & P. Victorium, & in monimẽtis antiquis non nulla eſt mẽtio, quia res obſcura eſt, & inſtituto noſtro parum vtilis, prętermittimus: hoc vnũ addidiſſe contẽti, me in hac gẽte illuſtrãda & euoluẽda valde adiutũ eſſe à clariſs. ac doctiſsimo Ic. Guidone Laurino: qui vt eſt in omni antiquitate peritiſſimus, omnesq; ſtudioſos, cũ fratre clariſs. M. Laurino incredibili ſtudio proſequitur, ac fouet: omnia ferè quæ de hoc genere in Aduerſaria ſua retulerat, nobiſcum humaniſſimè communicauit.

VETERVM QVORVNDAM DE T. LVCRETIO TESTIMONIA.

M. Cicero ad Q. Ciceronem fratrem.

LVCRETII poëmata, vt ſcribis, non ita ſunt multis luminibus ingenij, multæ tamen artis. Ad eum locum Cic. ita doctiſ. Victorius: Quòd ſi cui mirum videtur iudicatum eſſe quãdoque Lucretium elegantiſsimum & ornatiſsimum poëtam, non ſatis multis ingenij luminibus ſua poëmata ſcripſiſſe; is iudicium Quincti reprehendat. nam ſuſpicari poſſumus, cùm quo modo poteſt, eum tueatur, & ornet M. Cicero; nõ valdè (etſi videatur illud confirmare) fratris iudicio de hac re ſtetiſſe: noluiſſe tamen iracundo homini aduerſari: qui fortaſſe, quòd ipſe quoque verſus ſcribebat, inuidia motus verum non videbat: potuit tamen ſic iudicare, quòd Lucretius poëma ſuum non contexuit, vt ingeniũ eius eluceſcat, ſed rationem ab Epicuro traditam ſumma induſtria & artificio explicauit.

Cornelius Nepos in vita Attici.

IDEM L. Iulium Calidum, quem poſt Lucretij Catullique mortem, multò elegantiſsimum poëtam noſtrã tuliſſe ætatem verè videor poſſe contendere; in proſcriptorum numerum relatum expediuit.

M. Vitruuius de architect. lib. 9. cap. 3.

ITAQVE qui litterarum iucunditatibus inſtructas habent mentes, non poſſunt nõ in ſuis pectoribus dedicatum habere, ſicuti deorum, ſic & Ennij poëtæ ſimulacrum. Attij autem carminibus qui ſtudiosè delectantur, non modò virtu-

virtutes,ſed etiam figuram eius videtur ſecum habere præſentem. Item plures poſt noſtrã memoriam naſcentes, cum Lucretio videbuntur, velut corãm de rerum natura diſputare: de arte verò rhetorica cum Cicerone &c.

Virgil.lib.2.Georg.

Felix qui potuit rerum cognoſcere cauſſas:
Atque metus omnes, & inexorabile fatum
Subiecit pedibus,ſtrepitumq́ Acherontis auari.

Hos verſus ego vel de Lucretio vel de Epicuro feciſſe poëtam exiſtimo.vide hic pag.3.

P.Ouidius lib.2. Triſt.

Explicat vt cauſſas rapidi Lucretius ignis,
Cauſſarumq́ triplex vaticinatur opus.

Et alibi.

Carmina ſublimis tunc ſunt peritura LucretI,
Exitio terras cùm dabit vna dies,

Quinctilianus lib.10.

Nam Macer & Lucretius legendi quidem, ſed non vt phraſin,id eſt corpus eloquentiæ faciant:elegantes in ſua quiſque materia;ſed alter humilis,alter difficilis. Hoc Quinctiliani iudiciũ magnam partem vno conſenſu damnatur à veteribus & recentioribus.

Statius lib.2.Sil.

Cedet muſa rudis ferocis EnnI,
Et docti furor arduus LucretI,
Et qui per freta duxit Argonautas.

Q. Serenus lib. de Medicina,

Irrita coniugij ſterilis ſi munera languent,
Nec ſubolis ſpes eſt multos iam vana per annos;
Femineo fiat vitio res,nécne ſilebo:
Hoc poterit magni quartus monſtrare LucretI.

DE T. LVCRETIO OPERA OB. GIFANII RESTITVTO, IO. GOROPII BECANI MEDICI AC PHILOSOPHI EPIGRAMMA.

SI QVID poſt cineres reliqui tibi Care putaſſes;
Vix euangelijs par tua bulga foret:
Quòd poſt ſqualores fœdos tua pignera priſcum
Vindice Giſanio ſint modò nacta decus.
Qui tandem patrio cultu redimita nitere
Iuſſit ab externo libera ſeruitio:
Quo cogebantur non te, linguamq́; vetuſtam;
Sed quam iuſſiſſet mango ſonare nouam.
Plus igitur debes iuueni de gente Sycambra,
Ob tibi ius proprium, vindiciasq́; datas;
Quàm Graio, cuius mens nodis fœda podagræ:
Prô dolor eloquio quàm malè digna tuo.
Non Epicurus is eſt, te qui deduxit inani
Spe ſophiæ, cuius nulla elementa tenet:
Sed tibi qui vernum dat germanumq́; decorem,
Nunc ferat, vt meruit, nomen ab auxilio.

IN EVNDEM HADR. IVNIVS MEDICVS.

SVFFECTAM *memorant Graia pro Virgine ceruam;*
Delia, dum facilem ſe tibi Atrida parat.
Suppoſitum nobis partum Marulle dediſti,
Non agnoſcentem vindicis ora ſui.
Nimirum exemplo peccas impune pudendo:
Sicq́; inceſtatur poſteritatis honos.
Dum tua germanis Lucretî lexibus aptas
Somnia, lata reum te mihi culpa facit.
Quin, niſi relligio manes læſiſſe vetaret;
Dignus habereris lingere cercolipas.

Hinc docto fraus nata viro eſt, cenſoria cuius
Non potuit rectam virga tenere viam.
At facinus calidum, & præceps vtriusq;, Gifani,
Dum reparas; quæ te laurea digna manet?
Orphea agis, vitam auctori reddendo: Prometheus
Iam fueris, fingis dum meliore luto.
Macte animo, & veterum plagis inſiſte mederi:
Sidera non feries nobiliore via.

IN T. LVCRETIVM AB OB. GIFANIO ΔΕΥΤΕΡΩΝ ΑΜΕΙΝΟΝΩΝ RESTITVTVM, GVILELMI CANTERI CARMEN.

TANDEM *igitur vera eſt Peligni dictio vatis*
De te Lucreti, qua modulatus erat.
Exitio terras donec lux redderet vna,
Carmina non vnquam deperitura tua.
Et iam cana tuos admorderat hora labores;
Qui rerum cauſſas explicuere graues:
Atque in reiecto tentarat aranea docti
Furuum LucretI nomine texere opus:
Cùm ſua ſub lucem Lambinus cœpta vocando
Conatu magno, nec leuiore fide,
Clarum te nitidumq; dedit, qualem vna perenni
Mens hominis poſſet laſſa labore dare.
Sed non vna valet tantas abſoluere moles
Machina; nec tantæ rei ſatis vnus erat.
Ergo, ceu Theſeus, Gifanius altera dona
Diuitis in vatem contulit ingenij:
Et ſtudio, curaq; pari congeſta ſecunda
(Appello Nemeſim) nunc meliora dedit.
Sic igitur priſcum poſt longum nacte nitorem
Lucreti, viues orbis ad exitium.

CAPITA RERVM QVAS LVCRETIVS TRACTAT, EX VETERIBVS LIBRIS COLLECTA, ET HIC VELVT INDICE ADNOTATA.

LIBRI I. CAPITA.

PROOEMIVM pag. 1. numero 6.
Τὸ μακάριον καὶ ἄφθαρτον.&c. 2,32
Laus inuentoris. 3,6
De anima. 4,24
Nihil de nihilo gigni. 5,30
Nihil ad nihilum interire. 7,31
Corpora quæ non videantur. 9,21
De vento. 9,23
De odore, calore, frigore, & voce. 10,18.
Veſtes veſcere & areſcere. 10,25
De anulo in digito, & ceteris. 10,31
De Inani. 11,17
De piſcibus in aqua. 12,26
Corpora & Inane eſſe naturam rerum. 14,11
Tertiam naturam nullam eſſe rerum. 14,22
De rerum euentis. 14,25
De tempore. 15,19
De ſolido, & rerum principia eſſe ſolida. 16,15
Si nullum finem natura paraſſet. 18,15
De molli natura, vt aqua. 18,29
De Minimo. 19,24
Contra Heraclitum. 21,3
Contra Empedoclem. 23,18
Contra Anaxagoram. 27,5
De fine corporum ſolidorum, & Infinitum eſſe. 30,31
Εἰς τὸ μέσον φορὰ 34,2

LIBRI II.

Procemium 36,5
De motu principiorum. 38,4
Quæ in Solis radijs apparent. 40,3
De celeritate motus. 40,20
In Stoicos & Academicos. 41,14
Nihil ſurſum ferri corpuſculorum, ſed preſſa à radicibus exſurgere corpora. 41,31.

Dede-

De declinatione motus. 42,31
Fatum non eſſe. 44,2
De figuris atòmorum. 46,20
De abſinthio. 48,23
De ſerræ ſtridore. 49,1
De adamante,ferro,ſilice,aëre. 50,6
De ſudore ſalſo. 50,24
De aqua marina. 50,30
Figuras eſſe multas & finitas. 51,4
Corpora eſſe infinita. 52,16
Res omnes conſtare ex principijs mixtis. 54,12
In terra ſemina eſſe. 54,20
De matre magna. 54,29
Τὸ μακάριον κὴ ἄφθαρτον.&c. 56,12
Non neceſſariò,alba ex albis principijs fieri. 58,32
Colores principijs non eſſe. 59,25
De colore columbarum. 61,7
De cauda pauonis. 61,12
De inſenſibili ſenſibile gigni. 63,7
Prima corpora expertia ſenſus eſſe. 63.& ſeq.pag.
Paradoxon dicturus, mundos eſſe innumerabiles vtitur protherapeuſi. 68,4
Omne infinitum eſſe in omnes partes. 68,29
LIBRI III.
Procœmium. 73,6
Homines mortem maximè timere. 74,14
De animi & animæ natura ſenſuque. 76,6
Animum & animam coniuncta eſſe. 77,17
Animum eſſe σῶμα λεπτομερὲς 78,26
De mobilitate animi. 78,31
Tertiam animam eſſe mentem. 80,16
Quartam ſine nomine eſſe animam. 80,26
Coniunctio animi & animarum. 81,11
De varietate animi. 82,9
De ſenſu corporis & animi. 84,7
Contra Democritum,de animo & anima: corpus non ſentire per ſe ſine animi motu. 84,27
Animum natiuum & mortalem eſſe. 86,10
Animam & corpus ſimul naſci & creſcere, & ſimul interire. 87,6

Natali animam non eſſe priuatam. 95,16
Anthypophora 95,27
Quæ poſſint eſſe æterna. 98,16
Anthypophora. 100,1
Proſopop ia natura ad philobios & μυσοθανάτους 102,25.
Quæ ad inferos ducant, ea vitæ vitia eſſe. 104,8

LIBRI IIII.

Proœmium. 108,6
De ſimulacris, ſeu imaginibus 109,9
Simulacra quàm ſint minuta. 111,20
Quemadmodum gignantur ſimulacra. 112,23
De celeri ſimulacrorum motu. 113,24
De viſu. 115,14
Vltra ſpeculum cur videatur imago 116,21
Cur dextra quæ ſunt in ſpeculis videantur læua; & contrà. 117,12
Ex tenebris, quæ ſunt in luce, videri. 118,25
De quibuſdam viſus captionibus. 119.
De turribus. 119,9
De vmbra hominum, & aliorum mobilium 119,20
Senſus eſſe certos ac veros, eorumque fallacias naſci ab animi opinatu. 120,3
De naui, ſtellis, montibus, & aliis quibuſdam 120,11
De remorum obliquitate in aquis. 121,29
In Academicos, qui aiunt nihil ſciri poſſe. 122,30
Hactenus de viſu, nunc de alijs ſenſibus. 124
De Auditu. 124,21
Corpoream eſſe vocem. 124,23
De vocis imaginibus, & echo. 126,1
Qua viſus tranet, vocem non tranare. 126,28
De ſapore. 127,16
Quare alia alijs contraria ſint. 128,2
De odore. 128,10
De anim i motu, nihilque ſine motu imaginum cogitari poſſe. 130,27
Quare quod libuerit, ſtatim cogitemus. 132,20
Prius oculos, linguam, aures, reliqua membra eſſe nata, quàm eorum vſum. 133,29
De cauſſa famis & ſitis. 134,32

De

De motu membrorum,hoc eſt,de ambulando. 135,19
De ſomno quemadmodum fiat. 136,17
Cur anima partim foras eici,partim in altum ſubici, partim per membra diſpergi poſſit. 137,7
De ſomnijs. 138,8
De rebus Venereis,& ſeminis profuſione ſpõtanea. 140,8
Præclara admonitio de amore. 141,8
De ſimilitudine parentum 145,26
De ratione ſterilitatis& fecũditatis ac cõceptionis.146,22
De modis vtendi rebus Veneris. 147,16

LIBRI V.

Plus hominibus profuiſſe qui ſapientiam inuenerit,quàm Cererem,Liberum,Herculem. 148,15.
Argumenta libri. 150,18
Protherapeuſis de mundi interitu. 151,19
Senſu diuino non eſſe prædita, mare, terram, cælum &cet. 152,16
Cælum non eſſe ſedem ac domicilium deorum. 153,4
Mundum non eſſe à dijs hominum cauſſa creatũ. 153,14
Alia argumenta,quibus docet non eſſe creatum mundum hominum cauſſa à dijs. 154,21
Diuiſio,et zonæ terræ. 154,26
Partes mundi interire,ergo & mundum. 155.29
Cuius pars natiua ſit,totum natiuum eſſe. 156,2
De terra. 156,13
De aqua. 156,23
De aëre ſiue anima. 157,3
De igni & ſole. 157,11
De lampade & lucerna. 157,24
De ædificijs quemadmodum intereant. 158,4
Alia argumenta de origine & interitu mundi. 158,22
Quæ res tandem poſſint eſſe æternæ. 159,17
Origo mundi & omnium rerum ex atomis. 161,18
Terræ ortus. 162,19
De Solis & Lunæ ortu. 163,9.
De mari,aëre,& æthere. 164,4
De motu ſiderum. 164,15
Quomodò terra in medio quieſcat. 165,8
De Solis magnitudine. 166,6

De calore Solis. 100,67
De Solis curſu & flexu. 167,22
Democriti de Sole. 167,29
De Lunę curſu. 168,5
De diei & noctis cauſſis. 168,26
De Ida. 169,7
De die longo & nocte breui. 169,24
De Lunæ vario lumine. 170,16
Argumentum ab anni temporibus. 171,17
De Solis & Lunæ defectione. 171,31
Elegans anacephalæoſis. 172,19
Redit ad mundi initium, & Quæ prima ſint nata. 172,27
De herbis. 172,30
De animantibus. 173,6
De monſtris. 174,20
De Centauris. 175,29
De Scylla. 176,11
De Chymæra. 176,20
De primis hominibus. 177,12
De origine ſermonis. 180,20
In Platonem. 181,1
Ignis vnde in terras delatus ſit. 182,19
De regum, magiſtratuum, legumque origine. 183,4
Vnde nata ſit religio. 184,25
Quemadmodum electrum, aurum, argentum, ferrum, & plumbum, ſint reperta. 187,10
De bellorum origine, modo, & progreſſu. 189,3
Textilis veſtis poſt ferrum reperta. 190,25
Origo ſationis, & inſitionis. 191,4
De origine muſicæ. 191,22
Primos homines rebus exiguis contentos vixiſſe. 192,1
De cupiditatis humanæ & opum origine. 193,25
De bello & rebus geſtis. 193,13
De origine poëmatum, nauium, picturarum, & aliarum omnium artium. 193,23

LIBRI VI.

Procœmium de Athenarum & Epicuri laudibus. 194,11
Argumenta libri. 196,30
De tonitru. 197,12
De fulgure. 199,12

Nubibus ſemina ignita ineſſe. 200,24
De fulminis natura,eiuſque ſubtilitate. 201,7
De vi & violentia fulminis. 201,27
Fulmina de craſſioribus nubibus gigni. 202,2
Quemadmodum fulmen exiſtat. 203,3
De mobilitate fulminis. 204,15
Cur Auctumno & Vere magis fulmina & tonitrua fiant. 205,17.
In eos qui Ioui tribuunt cauſſam fulminis; & in Aruſpices. 206,7
De preſtere. 207,19
Strobili. 208,7
De nubibus. 208,15
De imbribus ac pluuijs. 209,27
De arcu. 210,24
De niue, grandine,ventis,&c. 210,27
De terræ motu,variæ cauſæ. 211,3
Quare mare maius non fiat. 213,12
De Aetna. 214,12
De Nilo. 216,21
De auernis,ac peſtilentibus,grauibuſque in locis quibuſdam,odoribus. 217,15
Cur aqua in puteis æſtate ſit frigida. 220,21
De fonte ad Ammonis. 220,29
In aqua tedám ardere. 221,30
De fonte dulci in mari. 222,7
De lapide magnete. 222,23
Protherapeuſis 223,2
Multas res eſſe raro corpore. 223,21
De varijs rerum foraminibus,& vijs ac meatibus. 225,2
Ratio cur magnes ferrum trahat. 225,19
De origine morborum & peſtilentiæ. 228,13
Deſcriptio peſtilentiæ Athenienſium,tempore belli Peloponeſij. 229,29

FINIS.

48=1-B

AD LECTOREM

ADMONITIO.

POTVISSEM, amice Lector,Capita facere multo plura,& fortaſſe etiam meliora. Verùm antiquitati hoc præſtandũ putaui: vt quæ in vet. eſſent libris, cõſeruarem.etſi forſan admodum vetuſta non ſint. Admonendus etiam eſt Lector, Notas quibus breuitatis cauſſa in margine & in Conlectaneis vſi ſumus, ita accipiendas eſſe:q.v. quidam veteres libri. q.v.c. quidam vetus codex. q.c. quidam codex. q.l. quidam libri. o.l. omnes libri. f. fortaſſe. q. quidam. Marul. Marullus. Lamb. Lambinus. vulg. vulgati libri. leg. lege, lego, legendum. Hoc vnum præterea à te peto candide Lector, vt quæ omiſſa & peccata erunt,ea ſtatim ex appẽdice,in qua ea erũt collecta,reſtituas.is enim eſt ſcriptor Lucretius, in quo paruulum mendum vel elegantiam vel ſentẽtiam vitiat.Vale.

T. LVCRETII CARI DE RERVM NATVRA, LIBER PRIMVS.

ÆNEADVM [1]genetrix, hominũ, diuûm'que voluptas, Procœmium. 1 Ita v.q. in al. genitrix.
Alma Venus, cæli ſubter labentia ſigna,
Quæ mare nauigerum, quæ terras frugiferentis
Concelebras; per te quoniam genus omne animãtum
Concipitur, viſit'que exortum lumina ſolis;
Te, dea, te fugiunt venti, te nubila cæli,
Aduentum'que tuum; tibi ſuauis dædala tellus
Summittit flores; tibi rident æquora ponti,
[2]Placatum'que nitet diffuſo lumine cælum. 2 Pacatumque.
Nam ſimul ac ſpecies patefacta eſt verna diei;
Et reſerata viget [3]genitalis aura fauoni; 3 Ita v. ſcripti manu & formis. Marull. genitabilis.
Aëriæ primùm volucres te, diua, tuum'que
Significant [4]initium percuſſæ corda tua vi: 4 Ita v. l. vulg. initum perculſæ. ind.
Inde feræ pecudes perſultant pabula læta;
Et rapidos tranant amnis: ita capta lepore, 5 Verſum Inlecebriſq; induxi. quia & a v. l. abeſt, & neceſſ. non eſt.
Te ſequitur cupidè, quò [6]quamque inducere pergis. 6 q. v. cumque.
Denique per maria, ac montis, fluuios'que rapacis,
Frundiferas'que domos auium, campos'que virentis, 7 Sic v. l. q.
Omnibus incutiens blandum per pectora amorem,
Efficis, vt cupidè generatim ſecla propagent.
Quæ quoniam rerum naturam ſola gubernas;
Nec ſine te quidquam dias in luminis oras
Exoritur; neque fit lætum, nec amabile quidquam:
Te ſociam ſtudeo ſcribendis verſibus eſſe,

Quos ego de rerum natura pangere conor
Memmiadæ noſtro; quem tu, dea, tempore in omni
Omnibus ornatum voluiſti excellere rebus.
Quo magis æternum da dictis diua leporem:
1 Ita v. l.
Effice, vt interea fera [1] mœnera militiai
Per maria, ac terras omnis ſopita quieſcant.
Nam tu ſola potes tranquilla pace iuuare
Mortalis: quoniam belli fera mœnera Mauors
Armipotens regit: in gremium qui ſæpe tuum ſe
2 Ita v. l. q. & vetuſtiſſ. vulg. q. reficit. vulg. reijcit. & in q. deuictus.
3 Suſpirans.
[2] Reficit æterno deuinctus volnere amoris:
Atque ita [3] ſuſpiciens tereti ceruice repoſta,
Paſcit amore auidos inhians in te, dea, viſus;
E'que tuo pendet reſupini ſpiritus ore.
Hunc tu, diua, tuo recubantem corpore ſancto
Circumfuſa ſuper, ſuauis ex ore loquelas
Funde, petens placidam Romanis incluta pacem.
4 Ita inf. Nos agere hoc autem.
Nam neque nos agere [4] hoc patriai tempore iniquo
Poſſumus æquo animo; nec MemmI clara propago
Talibus in rebus, communi deeſſe ſaluti.
5 Ita o. l. malè, Lb. Memmiada. rectius pro vocandi caſu.
Quod ſupereſt, vacuas auris mihi [5] Memmius, & te
Semotum à curis adhibe veram ad rationem,
6 Vulg. regione. malè.
Ne mea dona tibi ſtudio diſpoſta fideli,
Intellecta priùs quàm ſint, contempta relinquas.
Nam tibi de ſumma cœli [6] ratione, deûm'que
Diſſerere incipiam; & rerum primordia pandam;
Vnde omnis natura creet res, auctet, alat'que:
Quo'ue eadem rurſum natura perempta reſoluat:
Quæ nos materiem, & genitalia corpora rebus
Reddunda in ratione vocare, & ſemina rerum
Τὸ μακάριον, καὶ ἄφθαρτον.
Adpellare ſuëmus; & hæc eadem vſurpare
Corpora prima, quòd ex illis ſunt omnia primis.
7 Hi ſex verſus à v. q. abſunt. iterantur. inf. lib. 2.
[7] Omnis enim per ſe diuûm natura neceſſe eſt

Immor-

Immortali æuo ſumma cum pace fruatur,
Semota à noſtris rebus, ſeiunctá'que longè.
Nam priuata dolore omni, priuata periclis,
Ipſa ſuis pollens opibus, nihil indiga noſtri,
Nec bene promeritis capitur, nec tangitur ira.
Humana ante oculos fœdè cum vita iaceret — Laus inuentoris.
In terris oppreſſa graui ſub relligione:
Quæ caput à cæli regionibus oſtendebat,
Horribili ſuper adſpectu mortalibus inſtans:
Primùm Graius homo mortalis [1] *tollere contrà* — 1 Nonius legit, tendere.
Eſt oculos auſus, primus'que obſiſtere contrà:
Quem nec fama deûm, nec fulmina, nec minitanti
Murmure compreſſit cælum; ſed eo magis acrem
Virtutem inritât animi, confringere vt arta
Naturæ primus portarum clauſtra [2] *cupiret.* — 2 Ita o.l. Priſc. lib. 10. & Nonius.
Ergo viuida vis animi peruicit, & extra
Proceſſit longè flammantia mœnia mundi:
Atque omne immenſum peragrauit mēte, animo'que:
Vnde refert nobis victor quid poſſit oriri,
Quid nequeat; finita poteſtas denique cuique
Quanam ſit ratione; vt'que altè terminus hereat. [3] — 3 Ita v. l. & inf. 374 & 380. Virg. lib. 4. Aen. Et ſi fata Iouis poſcunt, hic terminus heret.
Quare relligio pedibus ſubiecta viciſſim
Obteritur [4]*; nos exæquat victoria cælo.* — 4 exteritur.
Illud in his rebus vereor, ne forte rearis
Impia te rationis inire elementa, viam'que
Endogredi [5] *ſceleris;* [6] *quòd contrà ſæpius olim* — 5 Ita ex v.l. ſemper ſcripſi. 6 Ita o.v. Marull. & vulg. quin.
Relligio peperit ſceleroſa, atque impia facta:
Aulide quo pacto Triuiaï virginis aram,
Iphianaſſaï [7] *turparunt ſanguine fœdè* — 7 Ita Priſc. lib. 7. pro Iphianaſſæ. fuit ea Agamēnonis filia. Homer. Iliad. 8. alij Iphigeniā vocant.
Ductores Danaûm delecti, prima virorum:
Cui ſimul infula virgineos circumdata comptus
Ex vtraque pari malarum parte profuſa eſt; [8] — 8 Sic leg. ex v.l. nō quæ. talis ſyntaxis ferè eſt inf. lib. 3. initio.

Et maſtum ſimul ante aras adſtare parentem
1 Celebrare. *Senſit, & hunc propter ferrum* [1]*cælare miniſtros;*
Adſpectú que ſuo lacrumas effundere ciues;
Muta metu, terram genibus ſummiſſa petebat.
Nec miſeræ prodeſſe in tali tempore quibat,
2 Ex Eurip. πρώτη σε κάλεσα πατέρα, ϗ σύ παῖδ᾽ ἐμέ. [2]*Quòd patrio princeps donarat nomine regem:*
Nam ſublata virûm manibus, tremebũdá q. ad aras
Deducta eſt, non vt ſollemni more ſacrorum
Perfecto, poſſet claro comitari hymenæo;
Sed caſta inceſtè nubendi tempore in ipſo
Hoſtia concideret mactatu mæſta parentis:
Exitus vt claſſi felix, fauſtus que daretur.
Tantum relligio potuit ſuadere malorum.
3 Nihil deeſt. ita abruptè & inf. 30, 1. & 42, 21. [3]*Tutemet à nobis iam quouis tempore vatum*
4 v. l. q. deſiſtere. q. diſciſcere. *Terriloquis victus dictis* [4]*deſciſcere quæres.*
5 Ita ex v. l. ſcripſi. accuſandi caſus pro recto. in q. vt in vulg. iã. in q. vulg. poſſunt. *Quippe etenim quàm multa tibi* [5]*me fingere poſſum*
Somnia, quæ vitæ rationes vertere poſſint;
Fortunas que tuas omnes turbare timore?
Et meritò, nam ſi certam finem eſſe viderent
Ærumnarum homines; aliqua ratione valerent
Relligionibus, atque minis obſiſtere vatum:
6 Ita interpungendum putaui. *Nunc ratio nulla eſt* [6]*reſtandi, nulla facultas,*
De anima. *Æternas quoniam pœnas in morte timendum.*
[?]*Ignoratur enim, quæ ſit natura animaï:*
Nata ſit; an contrà, naſcentibus inſinuetur:
Et ſimul intereat nobiſcum morte dirempta;
An tenebras Orci viſat, vaſtas que lacunas:
An pecudes alias diuinitus inſinuet ſe;
Ennius vt noſter cecinit, qui primus amœno
7 Ita vet. lib. *Detulit ex Helicone perenni* [7]*frunde coronam;*
8 Sic ex v. q. ſcripſi. vulg. hominũ. vide ind. omnib. omniũ, & poſitiuus. *Per gentis Italas* [8]*omnium quæ clara clueret.*
Etſi præterea tamen eſſe Acheruſia templa

Ennius

Ennius æternis exponit verſibus edens;
Quò [1] neque permanēt animæ, neque corpora noſtra;
[2] Sed quædam ſimulacra modis pallentia miris.
Vnde ſibi exortam ſemper florentis Homeri
Commemorat ſpeciem, lacrumas [3] & fundere ſalſas
Cœpiſſe, & rerum naturam [4] expandere dictis.
Quapropter bene cùm ſuperis de rebus habenda
Nobis eſt ratio; ſolis, lunæ'que meatus
Qua fiant ratione; & qua vi quæ'que [5] gerantur
In terris: tum cumprimis ratione ſagaci,
Vnde anima, atque animi conſtet natura, videndum:
Et quæ res nobis vigilantibus obuia, mentes
Terrificent, morbo adfectis, ſomno'que ſepultis:
Cernere uti videamur eos, audire'que coràm,
Morte obita quorum tellus amplectitur oſſa.
Nec me [6] animus fallit Graiorum obſcura reperta
Difficile inluſtrare Latinis verſibus eſſe:
Multa nouis verbis præſertim cum ſit agendum,
[7] Propter egeſtatem linguæ, & rerum nouitatem.
Sed tua me virtus tamen, & [8] ſperata voluptas
Suauis amicitiæ, quemuis [9] efferre laborem
Suadet; & inducit noctes vigilare ſerenas,
Quærentem dictis quibus, & quo carmine demum
Clara tuæ poſſim præpandere lumina menti;
Res quibus occultas penitus, conuiſere poſſis.
Hunc igitur terrorem animi, tenebras'que neceſſe eſt
Non radij ſolis, neque lucida tela diei
Diſcutiant, ſed naturæ ſpecies, ratio'que;
Principium hinc cuius nobis exordia ſumet,
Nullam rem è nihilo gigni diuinitus vmquam.
Quippe ita formido mortalis continet omnis,
Quòd multa in terris fieri, cælo'que tuentur;

1 Putant nonnulli hos duos verſus eſſe Ennij. falſò. certè Macrobius in ea non fuit opinione. lib.6.cap.1.
2 Hic a l. q. abeſt. male. Macrob.
3 Ita v. q. in al. effundere.
4 Exponere q. l.
5 Lamb. genantur inf.10,1. & ind.

6 Ita habēt v.l. manu formisq; deſcripti. nec mutari debet. vide indic.

7 Hoc etiam conqueritur Manilius & Cic.

8 Ita lego ex v. eſt autem imitatus Epicurum qui ad Pythoclē ſuū ita ait: ἡμῖν δὲ ἡδέως τὲ σοῦ τὴν δέησιν ἀπεδεξάμεθα, καὶ ἐλπίσιν ἡδείαις συνεσχέθημεν. γράψαντος οὖν &c. in vulg. q. ſpectata voluntas. qua in re ſæpe variatū eſt, inf. 45,8.
9 Sic v.c. vulg. perferre.

Nihil de nihilo gigni.

Quorum operum cauſſas nulla ratione videre
Poſſunt; ac fieri diuino numine rentur.
Quas ob res, vbi viderimus, nihil poſſe creari
De nihilo: tum, quod ſequimur, iam rectiùs inde
1 vi, *Perſpiciemus;*[1] *& vnde queat res quæque creari;*
Et quo quæque modo fiant opera ſine diuûm.
Nam ſi de nihilo fierent; ex omnibus rebus
Omne genus naſci poſſet: nihil ſemine egeret.
E mare primùm homines; è terra poſſet oriri
Squamigerum genus, & volucres; erumpere cælo
Armenta, atque aliæ pecudes: genus omne ferarum
Incerto partu culta, ac deſerta teneret.
Nec fructus ijdem arboribus conſtare ſolerent,
Sed mutarentur: ferre omnes omnia poſſent.
Quippe vbi non eſſent genitalia corpora cuique,
Qui poſſet mater rebus conſiſtere certa?
At nunc ſeminibus quia certis quæque creantur:
Inde enaſcitur, atque oras in luminis exit,
Materies vbi ineſt cuiuſque & corpora prima.
Atque hac re nequeunt ex omnibus omnia gigni,
Quòd certis in rebus ineſt ſecreta facultas.
Præterea, cur vere roſam, frumenta calore,
Vites auctumno fundi[2] *ſudante videmus;*
Si non, certa ſuo quia tempore ſemina rerum
Cum confluxerunt, pateſit quodcumque creatur,
Dum tempeſtates adſunt; & viuida tellus
Tutò res teneras effert in luminis oras?
Quòd ſi de nihilo fierent; ſubitò exorerentur
Incerto ſpatio, atque alienis partibus anni:
Quippe vbi nulla forent primordia, quæ genitali
Concilio poſſent arceri tempore iniquo.
Nec porrò augendis rebus, ſpatio foret vſus

2 Ita v.c. & vulg. Sudor, ſeu humor, ac vapor congruit vitibus, vino, & auctumno. in al. ſuadente. malè,

Semi-

Seminis ad coitum, è nihilo ſi creſcere poſſent.
Nam fierent iuuenes ſubitò ex infantibus paruis:
E terráque exorta repente arbuſta ſalirent.
Quorum nihil fieri manifeſtum eſt: omnia quando
Paullatim creſcunt, vt par eſt, ſemine certo:
Creſcendóque genus ſeruant, vt noſcere poſſis
Quæque ſua de materia grandeſcere, alíque.
Huc accedit, uti ſine certis imbribus anni
Lætificos nequeat fetus ſummittere tellus:
Nec porrò ſecreta cibo natura animantum
Propagare genus [1]*poſſit, vitámque tueri.* 1 poſſet
Vt potius multis communia corpora rebus
Multa putes eſſe, vt verbis elementa videmus,
Quàm ſine principijs vllam rem exſiſtere poſſe.
Denique cur homines tantos natura parare
Non potuit, [2]*pedibus qui pontum per vada poſſent* 2 Tales dicuntur fuiſſe gigantes. vid: Themiſt. in 3. Phyſ. & Plin.
Tranſire, & magnos manibus diuellere montes,
Multáque viuendo vitalia vincere ſæcla:
Si non materies quia rebus reddita certa eſt
Gignundis, è qua conſtat quid poſſit oriri?
Nihil igitur fieri de nihilo poſſe fatendum eſt:
Semine quando opus eſt rebus, quo quæque creata
Aëris in teneras poſſint proferrier auras.
Poſtremò, quoniam incultis præſtare videmus
Culta loca, & manibus meliores [3]*reddier fetus;* 3 Ita coniectura, ex locis alijs ſimil. in lib. tamen, reddere barbarè.
Eſſe videlicet in terris primordia rerum:
Quæ nos fecundas vertentes vomere glebas,
Terraïque ſolum ſubigentes, cimus ad ortus.
Quòd ſi nulla forent; noſtro ſine quæque labore
Sponte ſua multo fieri meliora videres.
Huc accedit, uti quæque in ſua corpora rurſum Nihil ad nihilũ interire.
Diſſoluat natura, neque ad nihilum interimat res.

Nam ſi quid mortale è cunctis partibus eſſet;
Ex oculis res quæque repentè erepta periret;
Nulla vi foret vſus [1]ei, quæ partibus eius
Diſcidium parere,[2] & nexus exſoluere poſſet.
Quod nunc, æterno quia conſtat ſemine quæque;
Donec vis [3]obijt, quæ res diuerberet ictu,
Aut intus penetret per inania, diſſoluatque;
Nullius exitium patitur natura videri.
Præterea, quæcumque vetuſtate amouet ætas,
Si penitus perimit, conſumens materiem omnem;
Vnde animale genus [4]generatim in lumina vitæ
Reducit Venus? aut reductum dædala tellus
Vnde alit, atque auget, generatim pabula præbens?
Vnde mare, [5]ingenui fontes, externáque longè
Flumina ſuppeditant? [6]vnde æther ſidera paſcit?
Omnia enim debet, mortali corpore quæ ſunt,
Infinita ætas conſumſe anteacta, diesque.
Quòd ſi in eo ſpatio, atque anteacta ætate fuere,
E quibus hæc rerum conſiſtit ſumma refecta;
Immortali ſunt natura prædita certè.
Haud igitur poſſunt ad nihilum quæque reuerti.
Denique res omnis eadem vis, cauſſáque volgò
Conficeret, niſi materies æterna teneret
[7]Inter ſe nexus, minus aut magis [8]endopedita.
Tactus enim, leti ſatis eſſet cauſſa profectò:
Quippe vbi nulla forent æterno corpore; [9]eorum
Contextum vis deberet diſſoluere quæque.
At nunc, inter ſe quia nexus principiorum
Diſſimiles conſtant; æternáque materies eſt:
Incolumi remanent res corpore; dum ſatis acris
Vis obeat pro textura cuiuſque reperta.
Haud igitur redit ad nihilum res vlla; ſed omnes
Diſci-

1 Ita v. l. ſ. naturæ, in al. enim.
2 Ita v. l. vulg. At, vt infrà, At nunc q. quid.
3 Ita vet. lib. vulg. obeat.
4 q. v. generatum.
5 Al. ingeniti.
6 Hinc apud Virgil. I. emedatè, polus dum ſidera paſcit. non, palus. æther vt pater (inf. pag. ſequenti) corpora cæleſtia, & omnes omnino res, humore ſuo paſcit & tuetur. infr. pag. 35. 21. & 68.
7 Sic v. l. & ſupr. I. & mox, inter ſe &c.
8 Ita v. l. in al. indupeditè, ta, to.
9 Quorum.

Diſcidio redeunt in corpora materiaï.
Poſtremò pereunt imbres, vbi eos pater æther
In gremium matris terraï præcipitauit:
At nitidæ ſurgunt fruges, ramí que vireſcunt
Arboribus; creſcunt ipſæ, fetú que grauantur.
Hinc alitur porrò noſtrum genus, atque ferarum:
Hinc lætas vrbes pueris florere videmus;
[1]Frundiferaś que nouis auibus canere vndique ſiluas.
Hinc [2]feſſæ pecudes pingues per pabula læta
Corpora deponunt; & candens lacteus humor
Vberibus manat diſtentis. hinc noua proles
[3]Artibus infirmis teneras laſciua per herbas
Ludit, lacte mero mentis [4]percuſſa nouellas.
Haud igitur penitus pereunt quæcumque videntur;
Quando alid ex alio reficit natura; nec vllam
Rem gigni patitur, niſi morte [5]adiuta aliena.
[6]Nunc ageſis, quoniam docui nihil poſſe creari
De nihilo, neque item genita ad nihilum reuocari:
Ne qua forte tamen cœptes diffidere dictis;
Quod nequeunt oculis rerum primordia cerni;
Accipe præterea, quæ corpora tute neceſſe eſt
Confiteare eſſe in rebus, nec poſſe videri.
Principio venti vis verberat incita [7]portus,
Ingentiś que ruit nauis, & nubila differt:
Interdum rapido percurrens turbine campos
Arboribus magnis [8]ſternit, montiś que ſupremos
Siluifragis vexat flabris: ita perfurit acri
Cum fremitu, ſæuit' que minaci murmure pontus.
Sunt igitur venti nimirum corpora cæca;
Quæ mare, quæ terras, quæ denique nubila cæli
Verrunt, ac ſubito vexantia turbine raptant.
Nec ratione fluunt alia, ſtragem' que propagant;

1 Ita vet. lib.

2 q. c. fetæ.

3 Sic & v. l. & Scaurus. vulg. artubus.

4 Ita ratione motus ſcripſi. vide indicē. vulg. perculſà.

5 Ita v. l. q. rectè. Lā. adiutam. etiam rectè. ſed nihil muto.

6 In v. c. q. age, res quoniam d. nō poſſe cr. D. n. neque res genitas ad nihil reuocari. & q. vet. quando.

Corpora quę nō videātur.

De Vento.

7 Aut ita leg. aut aliud latet. nam v. o. habent portus. Marull. pōtum. atque ita vulg. C. interdum pro d. & cl. pro d. & contrà, ſcriptum repperi. Feſt. Spicit. Offudas. cū leg. ſit, Offucias.

8 ſæuit, Marul.

Quàm cum mollis aquæ fertur natura repente
Flumine abundanti, quod largis imbribus auget
Montibus ex altis magnus decurſus aquaï,
Fragmina coniciens ſiluarum, arbuſtáque tota:
Nec validi poſſunt pontes venientis aquaï
Vim ſubitam tolerare. ita magno turbidus imbri
Molibus incurrit validis cum viribus amnis:
Dat ſonitu magno ſtragem, voluitque ſub vndis
1 Quidquam
Grandia ſaxa, ruit quà [1]quidquid fluctibus obſtat.
Sic igitur debent venti quoque flamina ferri;
Quæ, veluti validum flumen, cùm procubuere;
Quamlibet in partem trudunt res antè, ruuntque
Impetibus crebris: interdum vertice torto
2 Ita v.l: q.v. rapidoque. Lamb. rotātia, contra l. v.
Corripiunt, rapidíque [2]rotanti turbine portant.
Quare etiam atque etiam ſunt venti corpora cæca:
3 Ita ferè l. v. in v. q. motibus. & ita vulg.
Quandoquidem factis, ac [3]moribus, æmula magnis
Amnibus inueniuntur, aperto corpore qui ſunt.
4 Quin
[4]Tum porrò varios rerum ſentimus odores;
De odore, calore, frigore, & voce.
Nec tamen ad nares, venientes cernimus vmquàm:
Nec calidos æſtus tuimur; nec frigora quimus
Vſurpare oculis; nec voces cernere ſuemus:
Quæ tamen omnia corporea conſtare neceſſe eſt
Natura; quoniam ſenſus impellere poſſunt.
5 Noni. fluctiuago. malè.
Tangere enim & tangi, niſi corpus, nulla poteſt res.
Veſtes vueſci, & areſci.
Denique [5]fluctifrago ſuſpenſæ in litore veſtes
6 q. candenti. ita etiam Nonius.
Vueſcunt: eædem [6]diſpanſæ in ſole ſereſcunt.
At neque quo pacto perſciderit humor aquaï,
7 Sic v.c.nō, æſtus.
Viſum eſt; nec rurſum, quo pacto fugerit [7]æſtu.
In paruas igitur partes diſpergitur humor;
8 multùm, Marull.
Quas oculi nulla poſſunt ratione videre.
De anulo in digito, & ceteris.
Quinetiam [8]multis ſolis redeuntibus annis
Anulus in digito ſubtertenuatur habendo;

Stilli-

Stillicidi caſus lapidem cauat: vncus aratri
Ferreus occultè decreſcit vomer in aruis:
Strataque iam volgi pedibus detrita viarum
Saxea conſpicimus: tum portas propter ahena
Signa manus[1] *dextras oſtendunt attenuari* — 1 Extras.
Sæpe ſalutantum tactu, præterque meantum.
Hæc igitur minui, cum[2] *ſunt detrita, videmus:* — 2 Sic cõiectura ductus ſcripſi. in lib. ferè, ſint.
Sed quæ corpora decedant in tempore quoque,
Inuida[3] *præcluſit ſpeciem natura videndi.* — 3 q. v. & vulg. præcludit.
Poſtremò, quæcumque dies, naturaque rebus
Paullatim tribuit, moderatim creſcere cogens;
Nulla poteſt oculorum acies contenta tueri.
Nec porrò quæcumque æuo macieque ſeneſcunt:
Nec, mare quæ impendent veſco ſale ſaxa pereſa,
Quid[4] *quoque amittant in tempore, cernere*[5] *poſſis.* — 4 Quæque. 5 Poſſet.
Corporibus cæcis igitur natura[6] *gerit res.* — 6 rectè, gerit. non, genit. v. c. & inf. pag. 72.
Nec tamen vndique corporea ſtipata tenentur
Omnia natura; namque eſt in rebus inane:
Quod tibi cognoſſe in multis erit vtile rebus; — De inani.
Nec ſinet errantem dubitare, & quærere ſemper
De ſumma rerum, & noſtris diffidere dictis.
Quapropter locus eſt intactus, inane, vacansque.
Quod ſi non eſſet, nulla ratione moueri
Res poſſent. namque officium[7] *quod corporum exſtat,* — 7 Sic v. l. vt & inf. vulg. corporis. videtur enim littera, M. loquitur de atomis.
Officere, atque obſtare, id in omni tempore adeſſet
Omnibus. haud igitur quidquam procedere poſſet,
Principium quoniam cedendi nulla daret res.
At nunc per maria, ac terras, ſublimaque cæli,
Multa modis multis varia ratione moueri
Cernimus ante oculos; quæ, ſi non eſſet inane,
Non tam ſollicito motu priuata carerent,
Quàm genita omnino nulla ratione fuiſſent:
Vndique

Vndique materies quoniam ſtipata quieſſet.
Præterea quamuis ſolidæ res eſſe putentur;
Hinc tamen eſſe [1] *licet raro cum corpore cernas:*
In ſaxis ac ſpeluncis permanat aquarum
Liquidus humor,& vberibus flent omnia guttis:
[2] *Diſſupat in corpus ſeſe cibus omne animantum:*
Creſcunt arbuſta, & fœtus in tempore fundunt,
Quòd cibus in [3] *tota vſque vel ab radicibus imis*
Per truncos,ac per ramos diffunditur omnis:
Inter ſæpta meant voces, & clauſa domorum
Tranſuolitant: rigidum permanat frigus ad oſſa:
[4] *Quod,niſi inania ſint,quà poſſent corpora quæque*
Tranſire,haud vlla fieri ratione videres.
Denique cur alias alys præſtare videmus
Pondere res rebus,nihilo maiore figura?
Nam ſi tantumdem eſt in lanæ glomere,quantum
[5] *Corporum in plumbo eſt; tantumdẽ pendere par eſt:*
Corporũ officium eſt quoniã premere omnia deorſum:
Contrà autem natura manet ſine pondere, inanis.
Ergo quod magnum eſt æque,leuius'que videtur,
Nimirum plus eſſe ſibi declarat inanis.
At contrà grauius,plus in ſe [6] *corporum eſſe*
[7] *Dedicat, & multo* [8] *vacui minus intus habere.*
Eſt igitur nimirum,id quod ratione ſagaci
Quærimus, [9] *admiſtum rebus quod inane vocamus.*
Illud in his rebus ne te deducere vero
Poſſit,quod quidam fingunt, præcurrere cogor.
Cedere ſquamigeris latices nitentibus aiunt;
Et liquidas aperire vias: quia pòſt loca piſces
Linquant,quò poſſint cedentes confluere vndæ:
Sic alias quoque res inter ſe poſſe moueri,
Et mutare locum,quamuis ſint omnia plena.

1 Sic in v. & Lamb. rectè.
2 Ita ex q. l. ſcripſi.
3 Totos: v. q. totas.
4 Ita interpunxi: vulg. Quòd niſi.
5 Sic v. c. vt & ſup. & quid impreſſ.
6 Sic v. & quid. impreſſ. vulg. ineſſe. & q. corporis. malè, loquitur de atomis.
7 Ita v. & q. vulg. vt & inf. 14. vide ind. vulg. indicat. Lãb. deliquat. mendoſè.
8 Vacuum.
9 Sic loquitur pag. 13. & ſexcentis alijs locis. recta eſt ergo noſtra interpũctio.
10 Occupatio qua ſoluit argumenta negãtiũ inane. vide Cic. 2. Acad. quæſt.

De piſcibus in aqua.

Scili-

Scilicet id falſa totum ratione receptum eſt:
Nam quò ſquamigeri poterunt procedere tandem,
Ni ſpatium dederint latices? concedere porrò
[1] Quò poterunt undæ, cum piſces ire nequibunt?
Aut igitur motu priuandum eſt corpora quæque:
Aut eſſe admiſtum dicendum eſt rebus inane;
[2] Vnde initium primum capiat res quæque mouendi.
Poſtremò duo de [3] concurſu corpora lata
Si cita diſſiliant; nempe aër omne neceſſe eſt
Inter corpora quod [4] fiat, poſſidat inane:
Is porrò, quamuis circum [5] celerantibus auris
Confluat; haud poterit tamen vno tempore totum
[6] Complere ſpatium: nam primum quemq; neceſſe eſt
Occupet ille locum, deinde omnia poſſideantur.
Quòd ſi forte aliquis, cum corpora diſſiluere,
Tum putat id fieri, quia ſe condenſeat aër,
Errat. nam vacuum [7] tunc fit, quod non fuit antè;
Et repletur item, vacuum quod conſtitit antè.
Nec tali ratione poteſt denſerier aër;
Nec ſi iam poſſet, ſine inani poſſet, opinor,
Se ipſe in ſe trahere, & partis conducere in vnum.
Quapropter quamuis cauſſando multa moreris,
Eſſe in rebus inane tamen fateare neceſſe eſt.
Multáque prætereà tibi poſſum commemorando
Argumenta, fidem dictis [8] contradere noſtris:
Verùm animo ſatis hæc veſtigia parua ſagaci
Sunt, per quæ poſſis cognoſcere cetera tute.
Namque canes vt montiuagæ perſæpe ferai
Naribus inueniunt intectas frunde quietes
Cum ſemel [9] inſtiterunt veſtigia certa viaï:
Sic [10] alid ex alio per te tute ipſe videre
Talibus in rebus poteris, cæcaſque latebras

Inſinua-

1 Qui

2 Ita v.q.al. v. Primum vnde initiũ. q.v. initum, & ita vulg. malè. vide ind.

3 q. v. concurſo.

4 q. v. fuãt. q. fiat. malè.

5 denſantibus v.q.

6 Ita cõiectura ductus ſcripſi. vulg. compleri. vide ind.

7 tum

8 Hoc in v. l. inueni. vide ind. Lamb. contradere.

9 Sic vet. al. inſtiterint. malè.

10 Vide ind. d. vulg. alid.

Inſinuare omnis,& verum protrahere inde.
Quòd niſi pigraris,paullum'ue [1]*receſſeris ab re;*
Hoc tibi de plano poſſum promittere Memmi,
Vſque adeò largos [2]*hauſtus de fontibus magnis*
Lingua meo ſuauis diti de pectore fundet;
Vt verear, ne tarda prius per membra ſenectus
Serpat,& in nobis vitaï clauſtra reſoluat,
Quàm tibi de quauis vna re verſibus omnis
Argumentorum ſit copia miſſa per auris.
Sed nunc iam repetam cœptum pertexere dictis:
Omnis vt eſt igitur per ſe natura, duabus
[3]*Conſiſtit rebus. nam corpora ſunt,& inane,*
Hæc in quo ſita ſunt, & quà diuerſa mouentur.
Corpus enim per ſe communis dedicat eſſe
Senſus: [4]*quo niſi prima fides fundata valebit,*
Haud erit, occultis de rebus quò referentes
Confirmare [5]*animi quidquam ratione queamus.*
Tùm porrò locus,ac ſpatium,quod inane vocamus,
Si nullum foret; haud [6]*vſquam ſita corpora poſſent*
Eſſe,neque omnino [7]*quaquam diuerſa meare:*
Id quod iam ſuperà tibi paullo oſtendimus antè.
Præterea nihil eſt,quod [8]*poſſis dicere ab* [illegible]*ni*
Corpore ſeiunctum,ſecretum'que eſſe ab inani,
Quod quaſi tertia ſit [9]*numero natura reperta.*
Nam quodcumq; erit,eſſe [10]*aliquid debebit id ipſum*
Augmine vel grandi,vel paruo denique,dum ſit:
Cui ſi tactus erit quamuis leuis,exiguuſ'que;
[10]*Corporum augebit numerũ,ſummam'que ſequetur:*
Sin intactile erit,nulla de parte quod vllam
Rem prohibere queat per ſe tranſire meantem;
Scilicet hoc id erit,vacuum quod inane vocamus.
Præterea per ſe quodcumque erit, aut faciet quid,

Aut

1 Sic vet.& poſtulat ſententia. in al.ſi.q.v.abſceſſeris.

2 Ita malim cũ vet. & impreſſ.omnib. intelligit fontes Epicuri. nã quid eſſet,hauſtis fontibus Lamb. tamen ex v. q.legit hauſtis d.f. amnis. Ac ſic Lucil.quantum haurire animus muſarũ è fontibus geſtit. & inf.pag.107,9.

3 Ita ex vet.ſcripſi. vulg. conſtitit in rebus.

Corpus & inane eſſe naturam rerũ.

4 Cui,vel qui id eſt,quo.

5 Sic rectè.Lamb. ex v. l. vulg. animos.

6 Quaquam.

7 q.v. quoquam. & ita Marull.

Tertiã naturam nullam eſſe rerum.

8 Dicere poſsit.v.q.

9 Ita v. l. in vulg. rerum.

10 Aliud.

11 Hæc veriſſ. ſcriptura, vt & ſup.ſæpe. Marull. corporeũ,al.corporis,&c.

Aut alijs fungi debebit agentibus ipſum;
Aut erit, vt poſſint in eo res eſſe, [1]geri'que.
At facere & fungi ſine corpore nulla poteſt res:
Nec præbere locum porrò, niſi inane, vacanſ'que.
Ergo præter inane, & corpora, tertia per ſe
Nulla poteſt rerum in numero natura relinqui,
Nec quæ ſub ſenſus cadat vllo tempore noſtros;
Nec, ratione animi quam quiſquam poſſit apiſci.
Nam quæcumque cluent, aut his coniuncta duabus
Rebus ea inuenies; aut horum euenta videbis.
Coniunctum eſt id, quod numquàm ſine perniciali
Diſcidio potis eſt ſeiungi, ſe'que gregari:
Pondus vti [2]ſaxis, calor [3]ignibus, liquor aquaï,
Tactus corporibus cunctis, intactus inani.
Seruitium contrà, libertas; diuitiæ'que,
Paupertas; bellum, concordia; cetera, quorum
Aduentu manet incolumis natura, abitu'que;
Hæc ſoliti ſumus, vt par eſt, euenta vocare.
Tempus item per ſe non eſt; ſed rebus ab ipſis
Conſequitur ſenſus, tranſactum quid ſit in æuo;
Tum quæ res inſtet; quid porrò deinde ſequatur:
Nec per ſe quemquam tempus ſentire fatendum eſt,
Semotum ab rerum motu, placidá'que quiete.
Denique Tyndaridem raptam, bello'que ſubactas
Troiugenas gentis [5]cum dicunt eſſe, videndum eſt,
Ne [6]forte hæc per ſe cogant nos [7]eſſe fateri,
Quandò & ſæcla hominum, quorum hæc euēta fuere,
Inreuocabilis abſtulerit iam præterita ætas.
Namque aliud rebus, [8]aliud regionibus ipſis
Euentum dici poterit, quodcumque erit actum.
Denique materies ſi rerum nulla fuiſſet;
Nec locus, ac ſpatium, res in quo quæque geruntur;

Nun-

1 Ita oēs lib. vt & inf. res in quo quæq; gerūtur. & mox. Perſpicere vt poſsis res geſtas. geri, id eſt moueri. Hanc rem ita confirmat Laërtius: vbi ait Epicurum docuiſſe, τὸ δὲ κενὸν ἔτε ποιῆσαι, ἔτε παθεῖν δύνασθαι, ἀλλὰ κίνησιν μόνον δι' ἑαυτοῦ τοῖς σώμασι παρέχεσθαι. Hæc propter Lamb. in auctoritatem adnotauimus. vide & inf. 35. Omnis. & 72. 21.

2 ſaxi.
3 ignis.

4 Id e. colligit, percipit.

5 vt. v. q. l.
6 contra.
7 forte.

8 Ita Lamb. in lib. vulg. & q. v. terræ

Numquam Tyndaridis formæ conflatus amore
Ignis Alexandri Phrygio ſub pectore gliſcens
Clara accendiſſet ſæui certamina belli:
Nec clàm durateus [1]Troianis Pergama partu
Inflammaſſet equus nocturno Graiugenarum.
Perſpicere vt poſſis res geſtas funditus omnis,
Non ita vti corpus per ſe conſtare, neque eſſe;
Nec ratione cluere eadem, qua conſtat inane:
Sed magis vt meritò poſſis euenta vocare
[2]Corporum, atque loci, res in quo quæque [3]gerantur.
Corpora ſunt porrò partim primordia rerum;
Partim concilio quæ conſtant principiorum.
Sed quæ ſunt rerum primordia, nulla poteſt vis
[4]Stringere; nam ſolido vincunt ea corpore demum,
Etſi difficile eſſe videtur [5]credere quidquam
In rebus ſolido reperiri corpore poſſe:
Tranſit enim fulmen cæli per ſæpta domorum;
Clamor vt, ac voces: ferrum candeſcit in igne;
Diſſiliunt'que [6]fero, feruenti ſaxa vapore:
Quin labefactatus rigor auri ſoluitur æſtu:
Tum glacies [7]æris flamma deuicta liqueſcit:
Permanat calor argentum, penetrale'que frigus,
Quando vtrumque, manu retinentes pocula ritè,
Senſimus infuſo lympharum rore ſupernè.
Vſqueadeò in rebus ſolidi nihil eſſe videtur.
Sed quia vera tamen ratio, natura'que rerum
Cogit, ades, paucis dum verſibus expediamus,
Solidũ eſſe. *Eſſe ea, quæ ſolido, atque æterno corpore conſtent,*
Semina quæ rerum, primordia'que eſſe docemus;
Vnde omnis rerum nunc conſtet ſumma creata.
Principio quoniam duplex natura duarum
Diſſimiles rerum longè conſtare reperta eſt,

Corpo-

1 Ita o. l. Lamb. Troiai. etiam rectè, ſed contra v. l.
2 Sic ſupr. ſæpiſſ. & ita v. l. noſtri. in al. corporis. peſsimè.
3 q. l. hic regantur. Lamb. genantur. malè.
4 Ita malim ex q. v. & o. vulg. id eſt, auellere, deminuere. vt inf. 20. 7. in q. v. ſtinguere, euincunt, damnum. ita & infr. variatũ fuit 22, 3. & apud Nonium. glubere, deſtringere, vulg. diſting.
5 Ita ferè l. v. & vulg. in al. fors ita. q. forſitan.
6 Ita v. l. pleriq;. in q. fero feruentia, vt in vulg.
7 Sic rectè v. l. Marull. & vulg. acri.

[1]Corporum, atque loci, res in quo quæque geruntur:
Eſſe utramque ſibi per ſe, puram'que neceſſe eſt.
Nam quacumque vacat ſpatiũ, quod inane vocamus,
Corpus eà non eſt: quà porrò cumque tenet ſe
Corpus, eà vacuum nequaquam conſtat inane.
Sunt igitur ſolida, ac ſine inani corpora prima.
Præterea quoniam genitis in rebus inane eſt,
Materiam circùm ſolidam conſtare neceſſe eſt:
Nec res vlla poteſt vera ratione probari
Corpore inane ſuo celare, atque intus habere,
Si non, quod cohibet, ſolidum conſtare relinquas.
Id porrò nihil eſſe poteſt, niſi materiaï
Concilium, quod inane queat [2]rerum cohibere.
Materies igitur, ſolido quæ corpore conſtat,
Eſſe æterna poteſt, cum cetera diſſoluantur.
Tum porrò ſi nihil eſſet, quod inane vacaret;
Omne foret ſolidum: niſi contrà corpora [3]certa
Eſſent, quæ loca complerent, [4]quæcumque tenerent;
[5]Omne quod eſt ſpatium, vacuum conſtaret inane.
Alternis igitur nimirum corpus inani
Diſtinctum eſt; quoniã nec plenum nauiter exſtat;
Nec porrò vacuum. ſunt ergo corpora [6]certa,
Quæ ſpatium pleno poſſint diſtinguere inane.
Hæc neque diſſolui plagis extrinſecus icta
Poſſunt, nec porrò penitus penetrata retexi;
Nec ratione queunt alia tentata labare:
Id quod iam ſuperà tibi paullo oſtendimus antè.
Nam neque conlidi ſine inani poſſe videtur
Quidquam, nec frangi, nec [7]findi in bina ſecando:
Nec capere humorem, neque item manabile frigus,
Nec penetralem ignem, quibus omnia conficiuntur:
Et [8]quo quæque magis cohibet res intus inane,

1 Ita v. l. peſsimè Marull. & Lamb. corporis

2 Ita lib. vet. inane rerum, id eſt, in quo res geruntur; ſup. 15, 18. & ita ſemper loquitur. vulg. tectum. peſsimè.

3 Ita v. l. ferè o. vt & mox. Marull. cæca. & ita q. l. & o. vulg. fere. quod tamẽ irrepſit ex alijs locis. vide cæcus in indic. & inf. 95, 9. & 108, 21.

4 quæcumque v. q.

5 Hæc vera interpunctio. vacuũ inane ſemper vocat.

6 cæca

7 ſcindi

8 Lamb. quam cõtrad. o.

 Tam

Tam magis his rebus penitus tentata labaſcit.
Ergo ſi ſolida, ac ſine inani corpora prima
Sunt, ita vti docui; ſint hæc æterna, neceſſe eſt.
Præterea, niſi materies æterna fuiſſet,
Antehac ad nihilum penitus res quæque rediſſent:
De nihilo [1] quoque nata forent, quæcumque videmus.
At quoniam ſuprà docui nihil poſſe creari
De nihilo; neque quod genitum eſt, ad nihil reuocari:
Eſſe immortali primordia corpore debent,
Diſſolui quò quæque ſupremo tempore poſſint,
Materies vt ſuppeditet rebus reparandis.
Sunt igitur ſolida primordia ſimplicitate;
Nec ratione queunt alia ſeruata per æuum,
Ex infinito iam tempore res reparare.

1 Ita rectè q.l.in q. v. quæ nata, quæ tata, quæ rata, ſæpè quæ pro quoque poſitū eſt ob notas; & r, pro n. nec mutāda ſcriptura eſt ex loco inf. 22, 11. Similia vide inf. 95, 9.

Si nullum finem natura paraſſet.

[2] Denique ſi nullam finem natura paraſſet
Frangendis rebus; iam corpora materiaï
Vſque [3] redacta forent, æuo frangente priore,
Vt nihil ex illis à certo tempore poſſet
Conceptum, ſummum ætatis peruadere [4] finem.
Nam quiduis citius diſſolui poſſe videmus,
Quàm rurſus refici: quapropter, longa diei
Infinitæ ætas anteacti temporis omnis
Quod fregiſſet adhuc diſturbans, diſſoluens'que,
[5] Numquam relliqüo reparari tempore poſſet.
At nunc nimirum frangendi reddita finis
Certa manet, quoniam refici rem quamque videmus,
Et finita ſimul generatim tempora rebus
Stare, quibus poſſint æui contingere florem.

2 Perperàm Marullus hunc ordinē cōtra v. l. o. mutauerat. quod & alij malè ſunt ſecuti.
3 reducta.
4 Ita o. ferè. v. q. tamen florem quod etiam rectū eſt, ſed ex alijs locis ineptiſſie videtur. vide ſimilia. inf. 95. 9.

5 Ita v. q. in al. q. Relliquio id nunquā vulg. Id nunquam reliquo.

De molli natura, vt aqua.

Hôc accedit, vti, ſolidiſſima materiaï
Corpora quom conſtant, poſſint tamen omnia reddi
Mollia, quæ [6] fiant aër, aqua, terra, vapores,
Quo pacto fiant, & qua vi [7] cumque gerantur:

6 fiunt
7 Quęque vt & ſup. 5, 9. Lamb. genātur. malè contra l. v.

Admi-

Admiſtum quoniam ſimul eſt in rebus inane.
At contrà ſi mollia ſint primordia rerum ;
Vnde queant validi ſilices, ferrum'que creari,
Non poterit ratio reddi: nam funditus omnis
Principio fundamenti natura carebit.
Sunt igitur ſolida pollentia ſimplicitate ;
Quorum condenſo magis omnia conciliatu
Artari poſſunt, validas'que oſtendere vires.
Denique iam quoniam generatim reddita finis
Creſcendi rebus conſtat, vitam'que [1]*tuendi:* [1] tenendi
Et quid quæque queant per fœdera naturaï,
Quid porrò nequeãt, ſancitum quandoquidẽ exſtat :
Nec cõmutatur quidquam, [2]*quando omnia conſtant ;* [2] quia
Vſqueadeò, variæ volucres vt in ordine cunctæ
Oſtendant maculas [3]*generales* [4]*corpori ineſſe:* [3] Sic leg. non, genitales. & ita mox, generatim. [4] corpore
Immutabile materiæ quoque corpus habere
Debent nimirum. nam ſi primordia rerum
Commutari aliqua poſſent ratione [5]*reuicta :* [5] Ita vet. al. reuincta.
Incertum quoque iam conſtet, quid poſſit oriri,
Quid nequeat ; finita poteſtas denique cuique
Qua nam ſit ratione, vt'que altè terminus [6]*hereat:* [6] vide ſup. pag. 3, 21.
Nec toties poſſent generatim ſæcla referre
Naturam, motus, victum, mores'que parentum.
Tum porrò, quoniam extremum [7]*quoiuſque cacumen* [7] Ex quoiuſque fecerant quodque: vt ex quoi, quod, pag. ſequenti : vide & inf. 103, 24.
Corporis eſt aliquod, noſtri quod cernere ſenſus
Iam nequeunt ; id nimirum ſine partibus exſtat,
Et minima conſtat natura: nec fuit vmquam
Per ſe ſecretum, neque poſthac eſſe valebit ;
[8]*Alterius quoniam eſt ipſum pars: prima'que & ima,* [8] In al. v. l. Alterius quoniã ſunt ipſum primaque & ima. in q. Alternis. omnia, niſi fallor, mendoſè.
Inde aliæ, atque aliæ ſimiles ex ordine partes,
Agmine condenſo naturam [9]*corporis explent.* [9] q. v. corporum
Quæ quoniam per ſe nequeunt conſtare ; neceſſe eſt

Herere, [1] vnde queant nulla ratione reuelli.
Sunt igitur ſolida primordia ſimplicitate:
Quæ minimis ſtipata cohærent partibus artè,
Non ex vllorum conuentu conciliata,
Sed magis æterna pollentia ſimplicitate:
Vnde neque auelli quidquam, neque deminui [2] iam
Concedit natura, reſeruans ſemina rebus.
Præterea niſi erit minimum; paruiſſuma quæque
Corpora conſtabunt ex partibus infinitis.
Quippe vbi dimidiæ partis pars ſemper habebit
Dimidiam partem, nec res [3] perfiniet vlla;
Ergo rerum inter ſummã, minimam'que quid [4] eſcit?
Non erit, vt diſtent. nam quamuis funditus omnis
Summa ſit infinita; tamen, paruiſſuma quæ ſunt,
Ex infinitis conſtabunt partibus æquè.
[5] Quoi quoniam ratio reclamat vera; negat'que
Credere [6] poſſe animum: victus fateare neceſſe eſt
Eſſe ea, quæ nullis iam prædita partibus exſtent,
Et minima conſtent natura: quæ quoniam ſunt;
Illa quoque eſſe tibi ſolida, atque æterna, fatendum.
Denique ni minimas in partis cuncta reſolui
Cogere conſueſſet rerum natura creatrix;
Iam nihil ex illis eadem reparare valeret:
Propterea, quia quæ [7] multis ſunt partibus aucta,
Non poſſunt ea, quæ debet genitalis habere
Materies, varios connexus, pondera, plagas,
Concurſus, motus; per quæ res quæque [8] geruntur.
Porrò ſi nulla eſt frangendis reddita finis
Corporibus, tamen ex æterno tempore quædam
Nunc etiam ſuperare neceſſe eſt corpora rebus;
Quæ nondum clueant vllo tentata periclo:
At quoniam fragili natura prædita conſtant;

Diſcre-

1 v.l.q. vnde queãt vlla

2 quid

3 Ita ex v.q. malui. in al. præfiniet

4 Ita ex v.l. reſtitui. vide indic.

5 Ita v.q.l. ſup. 10. quoiuſque. in q. l. quod

6 Hæc eſt antiqua & vera ſcriptura, quam Marull. mutauit temerè. ita & infr. alicubi loquitur.

7 Ita Lamb. in lib. tamen o. nullis. Sic & infr. variatum eſt 37, 25.

8 Lamb. genuntur contra v.l.

Diſcrepat, æternum tempus potuiſſe manere
Innumerabilibus plagis vexata per æuum.
Quapropter, qui materiem rerum eſſe putarunt — Cõtra Heraclitum.
Ignem, atque ex igni ſummam conſiſtere ſolo:
Magnopere à vera lapſi ratione videntur:
Heraclitus init quorum dux prœlia primus,
Clarus ob obſcuram linguam magis inter inanes,
[1] *Quamde grauis inter Graios, qui vera requirunt.*
Omnia enim ſtolidi magis admirantur, amant'que,
Inuerſis quæ ſub verbis latitantia cernunt;
Verá que conſtituunt, quæ bellè tangere poſſunt
Aures, & lepido quæ ſunt fucata ſonore.
Nam cur tam variæ res poſſent eſſe, requiro,
Ex vero ſi ſunt igni, puro'que creatæ.
Nihil prodeſſet enim calidum denſerier ignem,
Nec rareſieri, ſi partis ignis eandem
Naturam, quam totus habet [2] *ſuper ignis, haberent.*
Acrior ardor enim conductis partibus eſſet;
Languidior porrò diſiectis, dis'que ſupatis.
Amplius hoc fieri nihil eſt, quod poſſe rearis
Talibus in cauſſis: nedum variantia rerum
Tanta queat, denſis, raris'que ex ignibus eſſe.
Atque hi ſi faciant admiſtum rebus inane, — 3 vulg. Id quoque
Denſeri poterunt ignes, rari'que relinqui:
Sed quia multa ſibi cernunt contraria [4] *eſſe,*
Et fugitant in rebus inane relinquere purum;
Ardua dum metuunt, amittunt vera viai.
Nec rurſum cernunt exempto rebus inani
Omnia denſeri, fieri'que ex omnibus vnum
Corpus, nihil ab ſe quod poſſit mittere [5] *raptim;*
Aeſtifer ignis vti lumen iacit, atque vaporem:
Vt videas non è ſtipatis partibus eſſe.

1 Ita ex v. l. & Feſto reſtitui etiã ita reſtituendo. Quamde id eſt. quam. grauis pro graues.

2 Ita v. l. manu formisq. deſcripti: alij vulg. ſuus, quod Marullus eſt comme[n]tus. vide ind. Super.

3 vulg. Id quoque

4 Sic ex v. ſcripſi. in quibus erat, inesse, inesse, mussant, musse, mu. vulg. multi. ita ſupr. 38, 1. corporum eſſe quid. corporum inesse. q. corporis eſſe:

5 al. raptum

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Quòd ſi forte vlla credunt ratione poteſſe
Ignis in [1]*cœtu ſtingui, mutáre'que corpus;*
Scilicet ex [2]*vlla facere id ſi parte* [3]*reporcent;*
Occidet ad nihilum nimirum funditus ardor
Omnis; & ex nihilo fient quæcumque creantur.
Nam quodcumque ſuis mutatum finibus exit,
Continuò hoc mors eſt illius, quòd fuit antè.
Proinde [4]*aliquid ſuperare neceſſe eſt incolume ollis,*
Ne tibi res redeant ad nihilum funditus omnes;
De nihilo'que renata vireſcat copia rerum.
Nunc igitur, quoniam certiſſima corpora quædam
Sunt, quæ conſeruant naturam ſemper eandem;
Quorum abitu aut aditu, mutató que ordine, mutãt
Naturam res, & conuertunt corpora ſeſe:
Scire licet non eſſe hæc ignea corpora rerum.
Nihil referret enim quædam decedere, abire,
Atque alia attribui, mutari'que ordine quædam;
Si tamen ardoris naturam cuncta tenerent:
Ignis enim foret [5]*omnimodis, quodcumque crearet.*
Verùm, vt opinor, ita eſt: ſunt quædam corpora, quorũ
Concurſus, motus, ordo, poſitura, figuræ
Efficiunt ignis; mutató que ordine mutant
Naturam; neque ſunt igni ſimulata; neque vlla
Præterea reii, quæ corpora mittere poſſit
Senſibus; & noſtros adiectu tangere tactus.
Dicere porrò ignem res omnis eſſe, neque vllam
Rem veram in numero rerum conſtare, niſi ignem,
Quod facit hic idem; perdelirum eſſe videtur.
Nam contra ſenſus ab ſenſibus ipſe repugnat:
Et labefactat eos, vnde omnia credita pendent:
Vnde hic cognitus eſt ipſi, quem nominat ignem.
Credit enim ſenſus ignem cognoſcere verè:

1 Sic v.l. noſtr. niſi quòd pro muſare, feci, mutare. vulg. cœtus ſtringi, maſſareque. & ſup. 49. 8. variatum.
2 vna
3 Ita ex v.q. reſtitui. in q.v. reparcẽt quod ex, reporcent. deformatũ eſt. vide ind. vulg. receptẽt.
4 aliquod
5 Ita ex v. ſcripſi. in q. tamen omnimodus, vnimodus.

Cetera

Cetera non credit, nihilo quæ clara minus ſunt:
Quod mihi cùm vanum, tùm delirum eſſe videtur.
Quò referemus enim? quid nobis certius ipſis
Senſibus eſſe poteſt, quo vera, ac falſa notemus?
Præterea quare quiſquam magis omnia tollat,
Et velit ardoris naturam linquere ſolam;
Quàm neget eſſe [1]ignis, ſummã tamen eſſe relinquat?

1 Hodiè ignes. vt ſup. Efficiunt ignis: niſi repetas, naturã. quod non puto.

Aequa videtur enim dementia dicere vtrumque.
Quapropter qui materiem rerum eſſe putarunt
Ignem; atque ex igni ſummam conſiſtere poſſe:
Et qui principium gignundis aëra rebus
Conſtituêre: aut humorem quicumque putarunt
Fingere res ipſum per ſe: terramúe creare
Omnia, & in rerum naturas vertier omnis;
Magnopere à vero, longéque erraſſe videntur.
Adde etiam, qui conduplicant primordia rerum,
Aëra iungentes igni, terramque liquori:

Contra Empedoclem.

Et qui quattuor ex rebus poſſe omnia rentur,
Ex igni, terra, atque anima procreſcere, & imbri:
Quorum [2]Agrigentinus cumprimis Empedocles eſt;

2 q.l. Agragant. q. Agragent.

Inſula quem triquetris terrarum geſſit in oris:
Quam fluitans circùm magnis amfractibus æquor
[3]Ionium, glaucis adſpergit littus ab vndis:
Anguſtóque fretu rapidum mare diuidit vndis
Italiæ [4]terrai oras à finibus eius.

3 Ita hunc locũ interpungendum putaui, ex q.l. q.v. virus ab vndis q. Ionio.
4 vulg. terrarum

Hic eſt vaſta Charybdis; & hic Aetnæa minantur
Murmura flammarum rurſum ſe conligere iras:
Faucibus eruptos iterum vt vis euomat ignis:
Ad cælumque [5]ferant flammaï fulgura rurſum.

5 Hoc elegantius. & ita q.l. in al. ferat.

Quæ cum magna modis multis miranda videtur
Gentibus humanis regio, viſendáque fertur,
Rebus opima bonis, multa munita virûm vi:

 Nihil

Nihil tamen hoc habuiſſe viro præclarius in ſe,
Nec ſanctum magis, & mirũ, clarum'que videtur.
Carmina quin etiam diuini pectoris eius
Vociferantur, & exponunt præclara reperta:
Vt vix humana videatur ſtirpe creatus.
Hic tamen, & ſuprà quos diximus, inferiores
Partibus egregiè multis, multo'que minores,
Quamquam multa bene, ac diuinitus inuenientes
Ex adyto tamquam cordis reſponſa dedêre
Sanctiùs, & multo certa ratione magis, quàm,

1 q.v. dio

Pythia quæ tripode ex [1] Phœbi, lauro'que profatur;
Principijs tamen in rerum fecere ruinas;
Et grauiter magni magno cecidere ibi caſu:
Primùm quòd motus exempto rebus inani
Conſtituunt; & res mollis raras'que relinquunt,
Aëra, ſolem, ignem, terras, animalia, fruges;
Nec tamen admiſcent in eorum corpus inane:
Deinde quòd omnino finem non eſſe ſecandis
Corporibus faciunt; neque pauſam ſtare fragori;
Nec prorſum in rebus minimum conſiſtere quidquã:
Cum videamus id extremum cuiuſque cacumen
Eſſe, quod ad ſenſus noſtros minimum eſſe videtur:

2 Ita malim. ſup. 58.1. in v.q. quæ

Conicere vt poſſis ex hoc, [2] quod cernere non quis,
Extremum quod habent, minimum conſiſtere rebus.

3 Id eſt, quòd, ὅτι. Lamb. quòd iam

Huc accedit item, [3] quoniam primordia rerum
Mollia conſtituunt, quæ nos natiua videmus
Eſſe, & mortali cum corpore funditus. atqui
Debeat ad nihilum iam rerum ſumma reuerti;

4 Ita hic malui ex q.v. nam vireſcere (quod in q. l. eſt) videtur irrepſiſſe ex loco, ſup. vide inf. 22, 9. 95, 9.

De nihilo'que renata [4] vigeſcere copia rerum.
Quorũ vtrumque quid à vero, iam, diſtet, habebas.
Deinde inimica modis multis ſunt, atque venena
Ipſa ſibi inter ſe. quare aut congreſſa peribunt;

Aut

Aut ita diffugient, vt tempeſtate [1] coorta
Fulmina diffugere, atque imbres, ventosq́; videmus.
Denique quattuor ex rebus ſi cuncta creantur,
Atque in eas rurſum res omnia diſſolüuntur:
Qui magis illa queunt rerum primordia dici,
Quàm contrà res illorum, retróque putari?
Alternis gignuntur enim, mutant'que colorem,
Et totam inter ſe naturam tempore ab omni.
Sin ita forte putas, ignis, terra'que coïre
Corpus, & aërias auras, rorem'que [2] liquorum,
Nihil in concilio naturam vt mutet eorum:
Nulla tibi ex illis poterit res eſſe creata;
Non animans; non exanimo [3] cum corpore, vt arbos.
Quippe ſuam quidque in cœtu variantis acerui
Naturam oſtendet: miſtus'que videbitur aër
Cum terra ſimul, atque ardor cum rore manere.
At primordia gignundis in rebus oportet
Naturam clandeſtinam, cæcam'que adhibere:
Emineat ne quid, quod contrà pugnet, & obſtet,
Quo minus eſſe queat [4] propriè quodcumque creatur.
Quin etiam repetunt à cælo, atque ignibus eius:
Et primùm faciunt ignem ſe vertere in auras
Aëris; hinc imbrem gigni; terram'que creari
Ex imbri; retró'que à terra cuncta reuerti;
Humorem primùm, pòſt aëra, deinde calorem:
Nec ceſſare hæc inter ſe [5] mutare, meare
De cælo ad terram, de terra ad ſidera mundi:
Quod facere haud vllo debent primordia pacto.
Immutabile enim quiddam ſuperare neceſſe eſt;
Ne res ad nihilum redigantur funditus omnes.
Nam quodcumque ſuis mutatum finibus exit,
Continuò hoc mors eſt illius, quòd fuit antè.

1 Ita Lamb. vulg. & in lib. coacta
2 liquoris
3 Ita libri. Lamb. quid
4 F. proprium, id eſt ſuæ propriæque naturæ; non mixtũ ex omnibus elemẽtis.
5 Marull. mutando contra v. Lo.

Quapropter quoniam, quæ paullo diximus antè,
In commutatum veniunt; conſtare neceſſe eſt
Ex alijs ea, quæ nequeant conuertier vmquam:
Ne tibi res redeant ad nihilum funditus omnes:
Quin potius tali natura prædita quædam
Corpora conſtituas, ignem ſi forte crearint,
Poſſe eadem demptis paucis, paucis'que tributis,
Ordine mutato, & motu, facere aëris auras:
Sic alias alijs rebus mutarier omnis.
At manifeſta palàm res indicat, inquis, in auras
Aëris è terra res omnis creſcere, alí'que:
Et niſi tempeſtas indulget tempore fauſto
Imbribus,[1] & tabe nimborum arbuſta vacillant:
Sol'que ſua pro parte fouet, tribuit'que calorem:
Creſcere[2] ne poſſint fruges, arbuſta, animantes:
Scilicet & niſi nos cibus aridus, & tener humor
Adiuuat; amiſſo iam corpore, vita quoque omnis
Omnibus è neruis, atque oſſibus exſolüatur.
Adiutamur enim dubio procul, atque alimur nos
Certis ab rebus; certis aliæ atque aliæ res.
Nimirum quia[3] multa modis communia multis
Multarum rerum in rebus primordia miſta
Sunt, ideò varijs variæ res rebus aluntur.
Atque eadem magni refert primordia ſæpe,
Cum quibus, & quali poſitura contineantur:
Et quos inter ſe dent motus, accipiant'que.
Namque eadem cælum, mare, terras, flumina, ſolem
Conſtituunt: eadem fruges, arbuſta, animantis.
Verùm alijs, alio'que modo commiſta mouentur.
Quin etiam paſſim noſtris in verſibus ipſis
Multa elementa vides multis communia verbis:
Cùm tamen inter ſe[4] verſus, ac verba neceſſe eſt

1 Ita v.I. & Priſc. lib. 7. eſt, Sic inf. 180, 18.
2 Ita v.I. ne autem pro, non. id quod ſententia poſtulat.
3 Multimodis. vulg. pag. 29. verùm ſemina.
4 Ita hic v.q.

Con-

Confiteare & re,& ſonitu diſtare ſonanti.
Tantum elementa queunt permutato ordine ſolo.
At rerum quæ ſunt primordia, plura adhibere
Poſſunt, vnde queant variæ res quæque creari.
Nunc & Anaxagoræ ſcrutemur [1] homœomerian,
Quam Græci memorant, nec noſtra dicere lingua
Concedit nobis patrij ſermonis egeſtas.
Sed tamen ipſam rem facile eſt exponere verbis,
Principium rerum quam dicit homœomerian:
Oſſa videlicet è pauxillis, atque minutis
[2] Oſſibus, ſic & de pauxillis, atque minutis
Viſceribus viſcus gigni, ſanguen'que creari,
Sanguinis inter ſe multis coëuntibus guttis:
Ex auri'que putat micis conſiſtere poſſe
Aurum; & de terris terram concreſcere paruis;
[3] Ignibus ex ignem; humorem ex humoribus eſſe:
Cetera conſimili fingit ratione, putat'que.
Nec tamen eſſe vlla parte idem in rebus inane
Concedit; neque corporibus finem eſſe ſecandis.
Quare in vtraque mihi pariter ratione videtur
Errare, atque illi, ſuprà quos diximus antè.
Adde quòd imbecilla nimis primordia fingit:
Si primordia ſunt, ſimili quæ prædita conſtant
Natura, atque ipſæ res ſunt; æquè'que laborant,
Et pereunt: neque ab initio res vlla refrenat.
Nam quid in oppreſſu valido durabit eorum,
Vt mortem effugiat, leti ſub [4] dentibus ipſis? (ne os?
Ignis, an humor? an aura? quid horũ? [5] ſanguis'ne, a'n
Nihil, vt opinor: vbi ex æquo res funditus omnis
Tam mortalis erit, quàm quæ manifeſta videmus
Ex oculis noſtris aliqua vi victa perire.
At neque recidere ad nihilum res poſſe, neque autem

Creſcere

1 Sic l.v. litteris Latinis. quod nouum non eſt. Sic inf. harmonia: pag. 75, 10.

Contra Anaxagoram.

2 Ita v. noſtri Marull. vt vulg. Oſſibus ceſi dc. contra v.l.o.

3 Ita ex v.l. ſcripſi. qui tamẽ habebát, ex ignes, ſeu ignis. ignem ego malui. verſum, ſic ignẽ inter ſe &c. quia ab l. v. aberat, circũſcripſi. in q.l.v. humorem humoribus.

4 Sic v.l. optimè q. v. rentibus, coetibus. malè.

5 Sic reſtitu. ex veſtig. v.l. quæ ſunt; ſanguinis ánne os, ſanguinis ad nos. vulg. ſanguis an, ánne os. Lamb, ſanguen an oſſa. non malè. vt inf. ſed à libris nolim diſcedere.

Creſcere de nihilo, teſtor res antè probatas.
Præterea quoniam cibus auget corpus, alit'que;
[1]*Scire licet nobis venas, & ſanguen, & oſſa,*
Et neruos alienigenis ex partibus eſſe:
Siue cibos omnis commiſto corpore dicent
Eſſe, & habere in ſe neruorum corpora parua,
Oſſa'que, & omnino venas, partiś'que cruoris;
Fiet, vti cibus omnis & aridus, & liquor ipſe,
Ex alienigenis rebus conſtare putetur,
Oſſibus, & neruis, veniś'que, & ſanguine miſto.
Præterea quæcumque è terra corpora creſcunt,
Si ſunt in terris; terras conſtare neceſſe eſt
Ex alienigenis, quæ terris exoriuntur.
Transfer item; totidem verbis vtare licebit;
In lignis ſi flamma latet, fumus'que, cinis'que:
Ex[2] *alienigenis conſiſtant ligna, neceſſe eſt:*
Linquitur hic tenuis latitandi copia quædam:
Id quod Anaxagoras ſibi ſumit, vt omnibus omnis
Res putet immiſtas rebus latitare; ſed illud
Apparere vnum, cuius ſint pluria miſta,
Et magis in promptu, prima'que in fronte locata:
Quòd tamen à vera longè ratione repulſum eſt.
Conueniebat enim fruges quoque ſæpe[3] *minutas,*
Robore cum ſaxi franguntur, mittere ſignum
Sanguinis: aut aliquid,[4] *noſtra quo corpora aluntur,*
Cum[5] *lapidi lapidem terimus, manare cruorem.*
Conſimili ratione herbas quoque ſæpe decebat,
Et[6] *latices, dulcis guttas, ſimili'que ſapore*
Mittere, lanigeræ[7] *quali ſunt vbera lactis:*
[8]*Scilicet & glebis terrarum ſæpe friatis*
Herbarum genera, & fruges, frundes'que videri
Diſpertita, ac in[9] *terris latitare minutè:*

Poſtre-

1 Ita rectiſſ. in v.l. vt & mox, ſcire licet non eſſe, &c.

2 Poſt hūc verſum, ex gloſſ. irrepſerant duo verſus, vt & pag. præced. qui abſunt a v.l.

3 Sic in v.l. noſtris. in al. tamē minacis, al. minaci, nō malè;

4 Non dubito quin hæc ſit veriſſ. ſcriptura, etſi in lib. ſit, noſtro quæ corpore. mendo cauſſam dedit noſtra. aliquid, ſ. præter fruges.

5 q.l. lapidem in lapidem

6 Laticis dulcis, malè.

7 q.l. quales. in q. vbere

8 Sic licet

9 terram. fort. rectiùs. antiq.

Poſtremò in lignis, cinerem, fumum'que videri,
Cum præfracta forent, ignis'que latere minutos.
Quorum nihil fieri quoniam manifeſta docet res;
Scire licet non eſſe in rebus res ita miſtas:
Verùm ſemina multimodis immiſta latere
Multarum rerum in rebus communia debent.
At ſæpe in magnis fit montibus, (inquis) vt altis
Arboribus vicina cacumina ſumma terantur
Inter ſe, validis facere id cogentibus auſtris;
[1] *Donec flammai fulſerunt flore coorto.*
Scilicet. [2] *& non eſt lignis tamen inſitus ignis;*
Verùm ſemina ſunt ardoris multa: terendo
Quæ cum [3] *confluxere, creant incendia ſiluis.*
Quòd ſi tanta foret ſiluis abſcondita flamma;
Non poſſent vllum tempus celarier ignes:
Conficerent volgò ſiluas; arbuſta cremarent.
Iam'ne vides igitur, paullo quod diximus antè,
Permagni referre eadem primordia ſæpe,
Cum quibus, & quali poſitura contineantur?
Et quos inter ſe dent motus, accipiant'que?
Atque eadem paullo inter ſe mutata creare
Ignes è lignis? quo pacto verba quoque ipſa
Inter ſe paullo mutatis ſunt elementis,
Cum ligna, atque ignis diſtincta voce notemus.
Denique iam quæcumque in rebus cernis apertis,
Si fieri non poſſe putas, quin materiai
Corpora conſimili natura prædita fingas:
Hac ratione tibi pereunt primordia rerum:
[4] *Fiet, vti riſu tremulo concuſſa cachinnent,*
Et lacrumis ſalſis humectent ora, genas'que.
Nunc age, quod ſupereſt, cognoſce & clarius audi.
[5] *Nec me animi fallit, quàm ſint obſcura: ſed acri*

Per-

1 Ita ex v. l. ſcripſi. in al. fulſerunt flammæ fulgore coorto. in q. fluxerunt. malè. fulſerunt ſ. arbores.
2 q. l. at
3 conflixere

4 Ita abruptè ſup. 15, 1. & alibi ſæpè.

5 Hæc repetiuit initio lib. 5.

Percuſſit thyrſo laudis ſpes magna meum cor:
Et ſimul incuſſit ſuauem mi in pectus amorem
Muſarum; quo nunc inſtinctus, mente vigenti
Auia Pieridum peragro loca, nullius antè
Trita ſolo: iuuat integros accedere fontis,
Atque haurire: iuuat'que nouos decerpere flores;
Inſignem'que meo capiti petere inde coronam,
Vnde prius nulli velarint tempora Muſæ:
Primùm quòd magnis doceo de rebus; & artis

1 Ita ex v.q. malui. in al. vt & vulg. pergo. f. ex ſol. por. quid ſit exporgo, vide indicem.
2 liquore, q.v.

Relligionum animos nodis exſoluere [1] *porgo:*
Deinde quòd obſcura de re tam lucida pango
Carmina, muſæo continguens cuncta [2] *lepôre.*
Id quoque enim non ab nulla ratione videtur:
Sed veluti pueris abſinthia tetra medentes
Cum dare conantur, prius oras pocula circùm

3 q.l. Adſpergunt q. Adſpirant.

[3] *Continguunt mellis dulci flauo'que liquore,*
Vt puerorum ætas improuida ludificetur
Labrorum tenus; interea perpotet amarum
Abſinthi laticem, decepta'que non capiatur,
Sed potius tali facto recreata valeſcat:
Sic ego nunc, quoniam hæc ratio plerumque videtur

4 Ita v.l. vulg. ideoque.

Triſtior eſſe, quibus non eſt tractata; [4] *retro'que*
Volgus abhorret ab hac; volui tibi ſuauiloquenti
Carmine Pierio rationem exponere noſtram;

5 q.l. contingere

Et quaſi muſæo, dulci [5] *continguere melle:*
Si tibi forte animum tali ratione tenere
Verſibus in noſtris poſſem: dum perſpicis omnem

De fine corporum ſolidorum.

Naturam rerum, qua conſtet compta figura.
Sed quoniam docui ſolidiſſima materiai
Corpora perpetuò volitare inuicta per æuum:
Nunc age ſummaï ecquænam ſit finis eorum,

6 Sic lib. v. f. Necne. vel, Nec ſiet

[6] *Nec ſit, euoluamus: item, quod inane repertum eſt,*

Seu

Seu locus,ac ſpatium,res in quo quæque [1]gerantur,
Peruideamus vtrum finitum funditus omne
Conſtet; an immēſum pateat vel aduſque profundū.
Omne quód eſt igitur,nulla regione viarum
Finitum eſt:namque extremum debebat habere.
Extremum porrò nullius poſſe videtur
Eſſe,niſi vltrà ſit,quod finiat:vt videatur,
[2]Quo non longius hæc ſenſus natura ſequatur.
Nunc,extra ſummam quoniam nihil eſſe fatendū eſt,
Non habet extremum:caret ergo fine,modóque.
Nec refert quibus adſiſtas regionibus eius.
Vſqueadeò quem quiſque locum [3]poſſidit, in omnis
Tantumdem partis infinitum omne relinquit.
Præterea, ſi iam finitum conſtituatur
Omne quod eſt ſpatium: ſi quis [4]procurrat ad oras
Vltimus extremas,iaceátque volatile telum;
[5]Inualidis vtrum contortum viribus ire,
Quo fuerit miſſum mauis, longéque volare;
An prohibere aliquid cenſes,obſtaréque poſſe?
Alterutrum fatearis enim,ſumáſque neceſſe eſt;
Quorum vtrumq; tibi effugium præcludit,& omne,
Cogit,vt exempta concedas fine patere.
Nam ſiue eſt aliquid,quod [6]prohibeat,[7]officiátque,
Quo minus,quo miſſum eſt, veniat,finíque locet ſe;
Siue foras fertur:non [8]eſt ea finis profectò.
Hoc pacto ſequar,atque oras vbicumque locaris
Extremas,quæram, quid telo denique fiat.
Fiet, vti nuſquam poſſit conſiſtere finis;
Effugiúmque fugæ prolatet copia ſemper.
Præterea, ſpatium ſummai totius omne
Vndique ſi incluſum certis conſiſteret oris,
Finitúmque foret; iam copia materiai

Vndique

1 Ita leg. ſup.

2 Ita v. l. vulg. quod f. leg. quoad. vt ſæpe aliàs.

3 Ita cōiectura ductus ſcripſi. vide indic. id eſt, tenet. in lib. poſsedit.

4 q. l. percurrat

5 Id eſt, valdè validis. ita v. l. Lamb. Id validis. & mox, quod fuerit. etiam non malè.

6 Synæreſis eſſe poteſt, vt ſit triſyllabum. vt in prœliū, proelium. & I eſt. proibiam.

7 efficiatque v. q. malè, vt puto. vulg. faciatque peſſimè.

8 Ita quid. Lamb. & rectè, vt puto in lib. tamen eſt, à fine profectum.

Vndique ponderibus ſolidis confluxet ad imum:
Nec res vlla [1]geri ſub cæli tegmine poſſet;
Nec foret omnino cælum, neque lumina ſolis;
Quippe vbi materies omnis cumulata iacéret
Ex infinito iam tempore ſubſidendo.
At nunc nimirum requies data principiorum
Corporibus nulla eſt; quia nihil eſt funditus imum,
Quò quaſi confluere, & ſedes vbi ponere poſſint:
Semper & aſſiduo motu res quæque [2]geruntur
Partibus in cunctis, æternáque ſuppeditantur
Ex infinito cita corpora materiai.
Poſtremò ante oculos rem res finire videtur:
Aër diſſæpit collis, atque aëra montes:
Terra mare, & contrà mare terras terminat omnis.
Omne quidem verò nihil eſt quod finiat, extrà.
Eſt igitur natura loci, ſpatiúmque profundi;
Quod neque clara ſuo percurrere flumina curſu
Perpetuo [3]poſſint æui labentia tractu;
Nec prorſum facere, vt reſtet minus [4]ire meando.
Vſqueadeò paſſim patet ingens copia rebus
Finibus exemptis in cunctas vndique partis.
Ipſa modum porrò ſibi rerum ſumma parare
Ne poſſit, natura tenet: quia corpus inani,
Et quod inane autem eſt, finiri corpore cogit:
Vt ſic alternis infinita omnia reddat.
[5]Aut etiam, alterutrum niſi terminet alterum eorum,
Simplice natura pateat [6]tamen immoderatum;
Nec mare, nec tellus, nec cæli lucida templa,
Nec mortale genus, nec diuûm corpora ſancta
Exiguum poſſent horaï ſiſtere tempus.
Nam diſpulſa ſuo de [7]cœtu materiaï
Copia ferretur magnum per inane ſoluta:

Siue

1 Lamb. geni, malè.
2 Lamb. genuntur, contra v. l.
3 poſſunt. v. l. & rectius fort.
4 in remeando v. l. q.
5 Ita, vt vulgo legitur & v. q. comprobant, ſcripſi. Sententia eſt: corpus terminatur inani, & inane corpore. nam ſi hoc non fieret, & immoderatum ſeu inane ſimplice natura & impermixta ſeu corpore mutuo terminata, tantummodo pateret; hinc efficeretur, quòd nec mare, &c. qua de re inf. latius 34, 14.
6 Ita v. l. vulg. & pateat tantum
7 q. v. l. coitu

Siue adeò potius numquam concreta creaſſet
Vllam rem, quoniam cogi diſiecta nequiſſet.
Nam certè neque conſilio primordia rerum
Ordine ſe quæque, atque ſagaci mente locarunt:
Nec quos quæque darent motus pepigere profectò:
Sed quia multa modis multis mutata per omne
Ex infinito [1]*vexantur percita plagis,* — 1 verſantur v. q.
Omne genus motus, & cœtus experiundo;
Tandem deueniunt in talis diſpoſituras,
Qualibus hæc rebus conſiſtit ſumma creata:
Et multos etiam magnos ſeruata per annos,
Vt ſemel in motus coniecta eſt conuenientis,
Efficit, vt largis auidum mare fluminis vndis
Integrent amnes, & ſolis terra vapore — 2 Ita & vet. lib. noſtri.
Fota nouet fetus, ſummiſſáque gens animantum
Floreat, & viuant labentes ætheris ignes.
Quod nullo facerent pacto, niſi materiaï
Ex infinito ſuboriri copia poſſet,
Vnde amiſſa ſolent reparari in tempore [3]*quoque.* — 3 v.q. quæque
Nam veluti priuata cibo natura animantum
Diffluit amittens corpus: ſic omnia debent
Diſſolui, ſimul ac defecit ſuppeditare
Materies recta [4]*regione auerſa viaï.* — 4 Regionem viaï etiam ſup. dixit, & inf. lib 2.
Nec plagæ [5]*poſſent intrinſecus vndique ſummam* — 5 poſſunt, rectè.
Conſeruare omnem, quæcumque eſt conciliata.
Cudere enim crebrò poſſunt, [6]*partémque morari,* — 6 partimque
Dum veniant aliæ, ac ſuppleri ſumma queatur:
Interdum reſilire tamen coguntur, & vnà
Principijs rerum ſpatium, tempúſque fugaï
Largiri, vt poſſint a cœtu libera ferri.
Quare etiam atque etiam ſuboriri multa neceſſe eſt.
Et tamen vt plagæ quoque poſſint ſuppetere ipſæ,

Infinita opus eſt vis vndique materiai.
Εἰς τὸ μέσον φορά.
Illud in his rebus longè fuge credere, Memmi,
In medium ſummæ quod dicunt omnia niti,
Atque ideò mundi naturam ſtare ſine vllis
Ictibus externis; neque quoquam poſſe reſolui
Summa atque ima, quòd in medium ſint omnia nixa;
(Ipſum ſi quidquam poſſe in ſe ſiſtere credis)
Et quæ pondera ſunt ſub terris, omnia ſurſum
Nitier, [1] *in terram'que retrò requieſcere poſta:*
Vt per aquas quæ nunc rerum ſimulacra videmus.
Et ſimili ratione animalia ſubtus vagari
Contendunt, neque poſſe e terris in loca cæli
Recidere inferiora magis, quàm corpora noſtra
Sponte ſua poſſint in cæli templa volare:
[2] *Illi cùm videant ſolem, nos ſidera noctis*
Cernere, & alternis nobiſcum tempora cæli
Diuidere, & noctes parilis agitare [3] *diebus.*
Sed vanus ſtolidis hæc omnia finxerit error;
Amplexi quòd habent peruersè prima viai:
Nam medium nihil eſſe poteſt, vbi inane, locus'que
[4] *Infinita: neque omnino, ſi iam medium ſit,*
Poſſit ibi quidquam hac potius conſiſtere cauſſa,
Quàm quauis alia longè regione manere.
Omnis enim locus, ac ſpatium, quod inane vocamus,
Per medium, per non medium concedat oportet
Aequè ponderibus, motus quacumque feruntur.
Nec quiſquam locus eſt, quò corpora cùm venêre,
Ponderis amiſſa vi poſſint ſtare in inani.
Nec quod inane autem eſt, illis ſubſiſtere debet,
Quin, ſua quod natura petit, concedere pergat.
Haud igitur poſſunt tali ratione teneri
Res [5] *in concilio medij cuppedine victæ.*

Præte-

1 Sic v.q. al. terra.

2 Ita in vet. l. antiq. pro illic.

3 Ita ferè v. l. manu ſomniſq. deſcripti, in q. v. dieſq. vt & in vulg. ferè, & Marul.

4 f. infinitus. ſimile inf. 36, 22.

5 q. l. in concilium

Præterea, quoniam non omnia corpora fingunt
In medium niti, ſed [1] *terrarum, atque liquoris,*
Humorem ponti, [2] *magniſque e montibus vndas,*
[3] *Et quaſi terreno quæ corpore contineantur:*
At contrà tenuis exponunt aëris auras,
Et calidos ſimul a medio differrier ignis,
Atque ideò totum circumtremere æthera ſignis;
Et ſolis flammam per cæli cærula paſci,
Quòd calor a medio fugiens ibi conligat ignis:
Quippe etiam veſci e terra mortalia ſæcla;
Nec prorſum arboribus ſummos frundeſcere ramos
Poſſe, niſi a terris paullatim [4] *quodque cibatur.*
Ne volucrum ritu flammarum, mœnia mundi
Diffugiant ſubitò magnum per inane ſoluta,
Et ne cetera conſimili ratione ſequantur:
Ne'ue ruant cæli [5] *tonitralia templa ſupernè,*
Terraque ſe pedibus raptim ſubducat, & omnes
nter permixtas terræ, cæliq; ruinas
orpora ſoluentes, abeant per inane profundum;
emporis vt puncto nihil exſtet reliquiarum,
Deſertum præter ſpatium, & primordia cæca.
Nam quacumque prius de parti corpora [6] *ceſſe*
onſtitues, hæc rebus erit pars ianua leti:
Hàc ſe turba foras dabit omnis materiai.
Hæc ſi pernoſces parua [7] *perductus opella;*
Namque aliud ex alio clareſcet,) [8] *non tibi cæca*
Nox iter eripiet, quin vltima naturai
Peruideas. ita res accendunt lumina rebus.

1 Ita ex v. l. reſtitul. vulg. terrarum atq; liquorũ. poſſet etiã legi, terrai. ſup. 25, 24. diuidit vdas Italiæ terrai oras.
2 magnaſque
3 In v. q verſus ille, Et quaſi, erat ante, Humorem.

4 Ita ex v. l. ſcripſi verſ. prox. Terra, παρεμβέβληται, ob non intellectum ὑπέρβατον longiſſ. nam τὸ Ne volucrum, &c. coniungi debet cum illud in his rebus, [illegible]p. & alioqui, q[illegible] dixit vnquam, terra dat cibatũ a terris. aberrat etiam a q. v. c. noſtro. vide & ſup. 1, 32.
5 Ita v. l. penetralia, vulg.

6 Ita in noſtr. vulg. deeſſe.

7 Sic o. l. Lamb. perfunctus.
8 Nec, in v. q. pro non, antiq.

T. LVCRETII CARI DE RERVM NATVRA,

LIBER SECVNDVS.

Proœmium.

SVaue, mari magno turbantibus æquora ventis,
E terra magnum alterius ſpectare laborem.
Nō quia vexari [1] *quemquam eſt iucunda voluptas,*
Sed, quibus ipſe malis careas, quia cernere ſuaue eſt.
Suaue etiam belli certamina magna tueri,
Per campos inſtructa [2] *tua ſine parte pericli:*
Sed nihil dulcius eſt, [3] *bonè quàm munita tenere*
Edita doctrina ſapientum templa ſerena:
[4] *Deſpicere vnde queas alios, paſſim'que videre*
Errare, atque viam palantis quærere vitæ,
Certare ingenio, contendere nobilitate,
Noctes atque dies niti præſtante labore
Ad ſummas emergere opes, rerum'que potiri.
[5] *O miſeras hominum mentes, ô pectora cæca:*
Qualibus in tenebris vitæ, quantis'que periclis
[6] *Degitur hoc æui, quodcumque eſt! nónne* [7] *vidére,*
Nihil aliud ſibi naturam latrare, niſi vt [8] *quoi*
Corpore ſeiunctus dolor abſit, [9] *mente fruatur*
Iucundo ſenſu, cura [10] *ſemotus, metu'que?*
Ergo corpoream ad naturam pauca videmus
Eſſe opus omnino, quæ demant [11] *cumque dolorem:*
Delicias quoque uti [12] *nullas ſubſternere poſſint;*
Gratius interdum neque natura ipſa requirit.
Si non aurea ſunt iuuenum ſimulacra per ædes
Lampadas igniferas manibus retinentia dextris,

Lumi-

1 q.l. quempiam eſt. f. verè.

2 vulg. tui

3 Ita v. q.

4 Virg. Ciri hûc locum expreſsit, vbi malè eſt Diſpicere.

5 apud Firmian. O ſtultas

6 Nonius, Degimus h[illegible]

7 Sic [illegible] noſtris ſcrip[illegible]idere eſt. rectè. in vulg. videtis Marull.

8 vulg. vtque. v. vtque, vtqui, vt cui. ego, quoi, vel qui, vel cui. Græco more, omiſſum eſt antecedens, ille. ita ferè ſup. 3, 32.

9 Marull. & vulg. mensque. peſsumè.

10 Ita coniectura ductus ſcripſi. nam libri habent, ſemota, etiam non malè, vt ſit antibacchius. ſed ex præcedētium verſuum mēdis puto & hunc deprauatum. Semotus a curis dicit, vide & ſup. 34, 25. & inf.

11 Ita ex l.v. ſcripſi vulg. quemque. in hac re millies variarum eſt.

12 Ita leg. videtur. in libris, multas. Sic ſup. 20, 26.

Lumina nocturnis epulis vt ſuppeditentur;
Nec domus argento [1]fulget, auróque renidet;
Nec [2]citharis reboant laqueata, aurataque [3]templa:
[4]Quin tamen inter ſe proſtrati in gramine molli,
Propter aquæ riuum, ſub ramis arboris altæ
Non magnis opibus iucundè corpora curant;
Præſertim cùm tempeſtas arridet, & anni
Tempora conſpergunt viridantis floribus herbas.
Nec calidæ citiùs decedunt corpore febres,
Textilibus ſi in picturis, oſtróque rubenti
Iacteris, quàm ſi plebeia in veſte cubandum eſt.
Quapropter quoniam nihil noſtro in corpore gazæ
Proficiunt, neque nobilitas, neque gloria regni:
Quod ſupereſt, animo quoq; nihil prodeſſe putãdum:
Si non forte tuas legiones per loca campi
[5]Feruere cùm videas; claſſem latéque vagari,
Ornatamque armis belli ſimulacra cientem;
His tibi tum rebus [6]timefactæ relligiones
Effugiunt animo pauidæ, mortiſque timores;
Tum vacuum [7]tempus linquunt, curáque ſolutum.
Quòd ſi ridicula hæc, ludibriáque eſſe videmus;
Re veráque metus hominum, curæque ſequaces
Nec metuunt ſonitus armorum, nec fera tela;
Audacterque inter reges, rerumque potentis
Verſantur, neque fulgorem reuerentur ab auro;
Nec clarum veſtis ſplendorem purpureaï;
Quid dubitas, quin [8]omne ſit hoc rationis egeſtas?
Omnis cùm in tenebris præſertim vita laboret?
Nam veluti pueri trepidant, atque omnia cæcis
In tenebris metuunt: ſic nos in luce timemus
Interdum, nihilo quæ ſunt metuenda magis, quàm
Quæ pueri in tenebris pauitant, finguntque futura.

1 Ita in v. l. vulg. fulgens, renidens. quod Marull. induxit.
2 citharas, citharam, in Macrob. & cithara.
3 tecta. Macr.
4 Ita o.l.& Macr. Lamb. At
5 Ita ex v.l. & Nonio, feruere, ſcripſi, aliorum ſcripturã piget recitare.
6 Sic o.v. Marull. & vulg. tumefacto. malè.
7 Antiq. pro tempora ſeu caput. Lamb. pectus, contra o.l.
8 q. l. v. omnis ſit hæc, etiam rectè.

 Hunc

Hunc igitur terrorem animi, tenebras'que neceſſe eſt
Non radij ſolis, neque lucida tela diei
Diſcutiant, ſed naturæ ſpecies, ratio'que.

De motu principiorũ.

Nunc age quo motu genitalia materiaï
Corpora res varias gignant, genitas'que reſoluant,
Et qua vi facere id cogantur; quæ'ue ſit ollis
Reddita mobilitas magnum per inane meandi,
Expediam; tu te dictis præbere memento.
Nam certè non inter ſe ſtipata cohæret
Materies: quoniam minui rem quamque videmus;
Et quaſi longinquo fluere omnia cernimus æuo,
Ex oculis'que vetuſtatem ſubducere noſtris:
Cùm tamen incolumis videatur ſumma manere:
Propterea, quia quæ decedunt corpora [1] cumque,
Vnde abeunt, minuunt, quo venêre, [2] augmine donãt:
Illa ſeneſcere; at hæc contrà floreſcere cogunt:
Nec remorantur ibi. ſic rerum ſumma nouatur
Semper; & inter ſe mortales mutua viuunt:
Augeſcunt aliæ gentes, aliæ minuuntur:
In'que breui ſpatio mutantur ſæcla animantum;
Et quaſi curſores vitaï lampada tradunt.
Si ceſſare putas rĕrum primordia poſſe,
Ceſſando'que nouos rerum progignere motus;
Auius a vera longè ratione vagaris.
Nam, quoniam per inane vagantur cuncta, neceſſe eſt
Aut grauitate ſua ferri primordia rerum,
Aut ictu [3] forte alterius. nam cita ſupernè
Obuia cùm flixêre; fit vt diuerſa repentè
Diſſiliant. neque enim mirum; duriſſima quæ ſint
Ponderibus ſolidis, neque quidquam a [4] tergis obſtet.
Et quo iactari magis omnia materiaï
Corpora peruideas; reminiſcere totius imum

Nihil

1 al. cuique
2 augmina
3 Ita vulg. l. & v. q. ſed in q. v. l. auferri. & mox, nam cócita ſæpe Obuia, cõflixere ita vti diuerſa
4 In vulg. tergibus.

Nihil eſſe in ſumma; neq; habere, vbi corpora prima
Conſiſtant: quoniam ſpatium ſine fine, modo'que eſt;
Immenſum'que patère in cunctas vndique partis,
Pluribus oſtendi, & certa ratione probatum eſt.
Quod quoniam conſtat, nimirum nulla quies eſt
Reddita corporibus primis per inane profundum;
Sed magis aſſiduo, vario'que exercita motu,
Partim interuallis magnis [1] conſulta reſultant;
Pars etiam breuibus ſpatijs [2] nexantur ab ictu:
Et quæcumque magis [3] contenſo conciliatu,
Exiguis interuallis [4] connexa reſultant,
Endopedita ſuis perplexis ipſa figuris.
Hæc validas ſaxi radices, & fera ferri
Corpora conſtituunt, & cetera de genere horum
Paucula: quæ porrò magnum per inane vagantur,
[5] Et cita diſſiliunt longe, longe'que recurſant
In magnis interuallis: hæc aëra rarum
Sufficiunt nobis, & ſplendida lumina ſolis.
Multa'que præterea magnum per inane vagantur,
Concilijs rerum quæ ſunt reiecta, nec vſquam
Conſociare etiam motus potuere recepta.
Cuius, vti [6] memoro, reii ſimulacrum, & imago
Ante oculos ſemper nobis verſatur, & inſtat.
Contemplator enim, quom ſolis lumina cumque
[7] Inſertim fundunt radios per opaca domorum;
Multa minuta modis multis per inane videbis
Corpora miſceri radiorum lumine in ipſo;
Et velut æterno certamine prœlia, pugnas'que
Edere turmatim certantia, nec dare pauſam,
Concilijs, & diſcidijs exercita crebris:
Conicere vt poſſis ex hoc; primordia rerum
Quale ſit in magno iactari ſemper inani.

1 Sic antiq. libri. in vulg. q. cõſulta Marull. & Lamb. conflicta. ego libros ſequor, licet vix intelligam; niſi conſilire a ſalio: & hinc conſulta, συμπηδήσαντα principia, id eſt, coacta. eleganti tralatione & παρηχήσει ad verbũ, reſultant.

2 vexantur. q. c. vt ſup. bis terue.

3 Sic v. q. & Priſcianus. in q. v. & vulg. condẽſo, vt ſup. 19, 9. ſed vide menda ſimilia, inf 95, 9.

4 q. v. l. connecta. vulg. q. l. coniecta. conuecta. Marull.

5 vulg. cetera. malè. ſup. lib. 1.

6 v. q. memorabo. hoc natum ob illud reii.

7 Sic o. vulg. & v. pleriq; ac Seru. ibi, Namque canebat &c eclog. 6. q. tamen v. meus & Lãbini, Inſerti ſ. radij.

Duntaxat rerum magnarum parua poteſt res
Exemplare dare, & veſtigia notitiaï.

Quæ in ſolis radijs apparent.

1 Marull. contra v. l. ſcripſerat, huc

Hoc etiam magis [1] hæc animum te aduertere par eſt
Corpora, quæ in ſolis radijs turbare videntur:
Quòd tales turbæ, motus quoque materiaï
Significant clandeſtinos, cæcos'que ſubeſſe.
Multa videbis enim plagis ibi percita cæcis
Commutare viam, retro que repulſa reuerti

2 vndique v. q.

Nunc huc, nunc illuc, in cunctas [2] denique partis.
Scilicet hic a principijs eſt omnibus error.
Prima mouentur enim per ſe primordia rerum:

3 In q. v. c. noſtro, corpore conciliata.

4 q. l. Ecquæ

Inde ea, quæ paruo ſunt [3] corpora conciliatu,
[4] Et quaſi proxima ſunt ad vires principiorum,
Ictibus illorum cæcis impulſa cientur:

5 Ictaque q. v.

[5] Ipſa'que, quæ porrò paullo maiora, laceſſunt.
Sic a principijs adſcendit motus, & exit
Paullatim noſtros ad ſenſus, vt moueantur
Illa quoque, in ſolis quæ lumine cernere quimus:

6 Ita ex v. l. ſcripſi. ne, pro non. vulg. Nec.

[6] Ne quibus id faciant plagis, appâret apertè.

De celeritate motus.

Nunc, quæ mobilitas ſit reddita materiaï
Corporibus, paucis licet hinc cognoſcere Memmi.
Primùm aurora nouo cùm ſpargit lumine terras;
Et variæ volucres nemora auia peruolitantes
Aëra per tenerum liquidis loca vocibus opplent;
Quàm ſubitò ſoleat ſol ortus tempore tali
Conueſtire ſua perfundens omnia luce,
Omnibus in promptu, manifeſtum'que eſſe videmus.
At vapor is, quem ſol mittit, lumen'que ſerenum,

7 Id eſt, aërem liquidum

8 In v. libro, quaſi dum

9 Ita in vet. noſtr. in al. & vulg. vapores, mendoſè.

Non per inane meat vacuum; quo tardius ire
Cogitur; [7] aëreas [8] quòd ſol diuerberat vndas:
Nec ſingillatim corpuſcula quæque [9] vaporis,
Sed complexa meant inter ſe, con'que globata.

Qua-

Quapropter ſimul inter ſe retrahuntur & extrà
Officiuntur, vti cogantur tardiùs ire.
At, quæ ſunt ſolida primordia ſimplicitate,
Cùm per inane meant vacuum, nec res remoratur
Vlla foris, atque ipſa ſuis e partibus vnum,
Vnum in quem cœperè locum,[1] *connixa feruntur;*
Debent nimirum præcellere mobilitate,
Et multo citiùs ferri, quàm lumina ſolis;
[2] *Multiplicis'que loci ſpatium tranſcurrere eodem*
Tempore, quo ſolis peruolgant fulgura cælum.
[3] *Nam neque conſilio debent tardata morari;*
Nec [4] *perſcrutari primordia ſingula quæque,*
Vt videant, qua quidque [5] *geratur cum ratione.*
At quidam contra hæc, ignari; materiaï
Naturam non poſſe, deûm ſine numine rentur
Tantopere humanis rationibus, ac moderatis
Tempora mutare annorum, fruges'que creare:
Et iam cetera, mortalis quæ ſuadet adire,
Ipſa'que deducit dux vitæ dia voluptas,
Vt res per Veneris [7] *blanditim ſæcla propagent;*
Ne genus óccidat humanum; quorum omnia cauſſa
Conſtituiſſe deos [8] *confingunt: omnibus rebus*
Magnopere a vera lapſi ratione videntur.
Nam quamuis rerum ignorem primordia quæ ſint;
Hoc tamen ex ipſis cæli rationibus auſim
Confirmare, aliys'que ex rebus reddere multis,
Nequaquam nobis diuinitus eſſe creatam
Naturam mundi; quæ tanta eſt prædita culpa:
Quæ tibi poſteriùs Memmi faciemus aperta:
Nunc id quod ſupereſt de motibus, expediemus.
Nunc locus eſt, vt opinor, in his illud quoque rebus
Confirmare tibi, nullam rem poſſe ſua vi

D 5 Cor-

1 Ita in vet. q. vulg. connexa. Marull.

2 Ita ex q. v. ſcripſi, vt & inf. 113, 16. in al. Multiplexque

3 Hic verſus deeſt in q. v. noſtro.

4 perſectari

5 Lamb. genatur malè. vide ind. geri.

In Stoicos & Academicos

6 q. v. Etiam

7 Ita Lamb. rectiſſ. vulg. & in al. v. blãditum

8 Ita v. l. Marul. fingunt, ſed in omnibus. videbatur illi nimis abruptum illud, Omnibus. ego libros ſequor. nam & ita ſup. 4, 15. & inf. 77, 16.

Nihil ſursũ ferri corpuſculorum; ſed

preſſa à radicib⁹ exſurgere corpora.

[1] Ita ex v. noſtris ſcripſi. vulg. timeo.
[2] In v. q. gignunt.

Corpoream ſurſum ferri, ſurſum'que meare;
Ne tibi dent [1]in eo flammarum corpora fraudem;
Surſus enim vorſus [2]gignuntur, & augmina ſumunt:
Et ſurſum nitidæ fruges, arbuſta'que creſcunt:
Pondera, quantũ in ſe eſt, cùm deorſum cũcta ferãtur.
Nec cùm ſubſiliunt ignis ad tecta domorum,
Et celeri flamma deguſtant tigna, trabes'que;
Sponte ſua facere id ſine vi [3]ſubiecta putandum eſt.
Quod genus e noſtro cùm miſſus corpore ſanguis
Emicat exſultans altè, ſpargit'que cruorem.
Non'ne vides etiam, quanta vi tigna, trabes'que
Reſpuat humor aquæ? nã quàm magis [4]merſimus altè
Directa, & magna vi multi preſſimus ægre;
Tam cupidè ſurſum [5]reuomit magis, atque remittit:
Plus vt parte foras emergant, exſiliant'que.
Nec tamen hæc, quantũ eſt in ſe, dubitamus, opinor,
Quin vacuum per inane deorſum cuncta ferantur.
Sic igitur debent flammæ quoque poſſe per auras
Aëris expreſſæ ſurſum ſuccedere, quamquam
Pondera, quantũ in ſe eſt, deorſum deducere pugnent.
Nocturnas'que faces cæli ſublime volantis
Non'ne vides longos flammarum ducere tractus,
In quaſcumque dedit partis natura meatum?
Non cadere in terram ſtellas, & ſidera cernis?
Sol etiam ſummo de vertice diſſupat omnis
Ardorem in partis, & lumine conſerit arua.
In terras igitur quoque ſolis vergitur ardor.
Tranſuerſos'que volare per imbris fulmina cernis:
Nunc hinc, nunc illinc abrupti nubibus ignes
Concurſant: cadit in terras vis flammea volgò.

De declinatione motus.

Illud in his quoque te rebus cognoſcere [6]auemus:
Corpora cùm deorſum rectum per inane feruntur
Ponde-

[3] Ita etiam in lib. noſtris, & al. etiam vulg. Lamb. ex vno cod. ſubigente. eſt pro dactylo. vide iudic. verſus.
[4] In v. q. vrſimus. mile. mox, emergant.
[5] Ita vulg. & v ferè. al. remouet.
[6] v. l. Habemus ante j. pro auemus.

Ponderibus proprijs; incerto tempore [1]firmè,
Incertiſ'que locis ſpatio ſe [2]pellere paullum,
Tantùm quòd [3]momen mutatum dicere poſſis.
Quòd niſi declinare ſolerent; omnia deorſum,
Imbris vti guttæ, caderent per inane profundum;
Nec foret offenſus natus, nec plaga creata
Principijs: ita nihil vmquàm natura creaſſet.
Quòd ſi forte aliquis credit grauiora poteſſe
Corpora, quo citiùs rectum per inane feruntur,
Incidere e ſupero leuioribus; atque ita [4]plagas
Gignere, quæ poſſint genitalis reddere motus;
Auius a vera longè ratione recedit.
Nã per aquas quæcũque cadunt, atque aëra deorſum,
Hæc pro ponderibus caſus celerare neceſſe eſt;
Propterea, quia corpus aquæ, naturá'que tenuis
Aëris haud poſſunt æquè rem quamque morari;
Sed citiùs cedunt grauioribus [5]exſuperatæ.
At contrà nulli de nulla parte, neque vllo
Tempore inane poteſt vacuum ſubſiſtere reii;
Quin, ſua quod natura petit, concedere pergat.
Omnia quapropter debent per inane quietum
Aequè ponderibus non æquis concita ferri.
Haud igitur poterunt leuioribus incidere vmquàm
Ex ſupero grauiora, neque ictus gignere per ſe,
Qui varient motus, per quos natura [6]gerat res.
Quare etiam atque etiam paullũ [7]clinare neceſſe eſt
Corpora, nec plus quàm minimum; ne fingere motus
Obliquos videamur, & id res vera refutet.
Nãque hoc in promptu, manifeſtumq́, eſſe videmus,
Pondera, quantum in ſe eſt, non poſſe obliqua meare,
Ex ſupero cùm præcipitant, quod cernere poſſis.
Sed nihil omnino recta regione viaï

Decli-

1 Ita v. l. fermè, vulg. & ferri.
2 Ita v.l. in q. vulg. antiq. depellere. Marull. vt vulg. ferè. decedere, malè contra v.l.
3 Ita v. l. rectiſſ. vulg. minimũ mutatum. in q. v. mutare.
4 Ita Lamb. vt gignere ictus. inf. 24. hinc. in lib. plagis.
5 Cõuenit cum viciniore nomine, natura.
6 Ita o. l. Lamb. genat. malè.
7 Ita v.q. in al. inclinare.

Declinare,quis eſt,qui poſſit cernere,ſeſe?
Denique ſi ſemper motus connectitur omnis;
Et vetere exoritur ſemper nouus ordine certo:
[1]Nec declinando faciunt primordia motus
Principium quoddam,quod fati fœdera rumpat,
Ex infinito ne cauſſam cauſſa ſequatur:
Libera per terras vnde hæc animantibus exſtat,
[2]Per quā progredimur,quo ducit quemque voluptas;
Vnde eſt hæc,inquam,fatis auolſa voluntas?
Declinamus item motus nec tempore certo,
Nec regione loci certa,ſed vbi ipſa tulit mens.
Nam dubio procul his rebus ſua cuique voluntas
Principium dat:& hinc motus per mēbra[3]geruntur:
Nónne vides etiam patefactis [4]tempore puncto
Carceribus,non poſſe tamen prorumpere equorum
Vim cupidam tam deſubitò,quàm mens auet ipſa?
Omnis enim totum per corpus materiaï
Copia [5]conquiri debet, concita per artus
Omnis: vt ſtudium mentis [6]connixa ſequatur.
Vt videas initium motus a corde creari;
Ex animí que voluntate id procedere primùm:
Inde dari porrò per totum corpus & artus.
Nec ſimile eſt,vt cùm impulſi [7]procedimus ictu,
Viribus alterius magnis,magnó que coactu.
Nam tum materiam totius corporis omnem
Perſpicuum eſt nobis inuitis ire,rapí que,
Donec eam refrenauit per membra voluntas.
Iam'ne vides igitur,quamquam vis [8]extima multos
Pellit; & inuitos cogit procedere ſæpe;
Præcipites que rapit; tamen eſſe in pectore noſtro
Quiddam,quod contrà pugnare, obſtareq́ poſſit:
Cuius ad arbitrium quoque copia materiaï

Cogitur

1 q.l. Ne

2 Ita ex v. l. deſcripſi rectiſſ. verbū,inquam,id poſtulat. voluptas leg. Marull.voluntas,malè. ita & inf. 203, 6. ſup.5, 20.

3 Sic cōiectura ductus ſcripſi, cū in v. l.q. inueniſſem, reguntur: qua in re variatum etiā apud Salluſt.vulg. riganṫur. rectè quoq; q. v.vagantur.

4 Sic v. l.

5 In v. q. noſtr. & Lamb.conciri. vt ſ. ita leg. ſit, conciri debet, concita per artus Omnis,vt &c.

6 Sic ex v.q. malui. in al. connexa. variatum eſt & ſup. 42, 4.

7 q.v. procudimus.

8 extera, v.q.

Cogitur interdum flecti per membra,per artus;
Et proiecta refrenatur,retro'que reſidit?
Quare in ſeminibus quoque idem fateare neceſſe eſt,
Eſſe aliam præter plagas,& pondera cauſſam
Motibus; unde hæc eſt [1]nobis innata poteſtas: 1 Sic v.q.in al.ollis
De nihilo quoniam fieri nihil poſſe videmus.
Pondus enim prohibet,ne plagis omnia fiant,
Externa quaſi vi. ſed ne [2]res ipſa neceſſum 2 Sic o.l. Lamb. tamen,mens. vide indicem. res.
Inteſtinum habeat cunctis in rebus agendis;
Et deuicta quaſi cogatur ferre, pati'que;
Id facit exiguum clinamen principiorum,
Nec regione loci certa,nec tempore certo.
Nec ſtipata magis fuit vmquàm materiai
Copia,nec porrò maioribus interuallis:
Nam neque adaugeſcit quidquam,nec deperit inde.
Quapropter quo nunc in motu principiorum
Corpora ſunt, in eodem anteacta ætate fuere:
Et [3]poſt hoc ſemper ſimili ratione ferentur. 3 Ita v.l.recliſſ.
Et quæ [4]conſuerunt gigni,gignentur eadem 4 q.v.conſuerint. f. qua
Condicione; & erunt,& creſcent,in'que valebunt,
Quantum cuique datum eſt per fœdera naturai.
Nec rerum ſummam commutare vlla poteſt vis:
Nam neque quò poſſit genus vllum materiai
Effugere ex omni,quidquã eſt: neque rurſus, in omne
Vnde coorta queat noua vis inrumpere,& omnem
Naturam rerum mutare,& vertere motus.
Illud in his rebus non eſt mirabile,quare ἀνθυποφορά.
Omnia cùm rerum primordia ſint in motu;
Summa tamen ſumma videatur ſtare quiete,
Præterquàm,ſi quid proprio dat corpore motus.
Omnis enim longè noſtris ab ſenſibus [5]infrà 5 Lamb. ipſa
Primorum natura iacet. quapropter vbi [6]ipſa 6 Lamb. illa

Cerne-

Cernere iam nequeas, motus quoque ſurpere debent:
Præſertim cùm quæ poſſimus cernere; cælent
Sæpe tamen motus, ſpatio diducta locorum.

1 Sic parti, & ſ. voci. inf. 130,4. &c.

Nam ſæpe in [1] colli tondentes pabula læta
Lanigeræ reptant pecudes, quò quamque vocantes
Inuitant herbæ gemmantes rore recenti:

2 Ita ex v. c. reſtitui. vide ind. in q. v. cronifcant. q. coruſcant, mendoſè. coruſcare, eſt vibrare.

Et ſatiati agni ludunt, blandé que [2] coniſcant.
Omnia quæ nobis longè confuſa videntur;
Et veluti in viridi candor conſiſtere colli.
Præterea magnæ legiones cùm loca curſu
Camporum complent belli ſimulacra cientes:
Et circumuolitant equites, medios' que repentè

3 Ita v. q. ſin al. Tráſmittunt.

[3] Tramittunt valido quatientes impete campos:
Fulgur ibi ad cælum ſe tollit, tota' que circùm
Aere renideſcit tellus, ſubter' que virûm vi

4 q. v. clamorque montes, ictu & excitat.

5 v. q. cæli. hoc ex gloſſa.

Excitur pedibus ſonitus, [4] clamoré que montes
Icti reiectant voces ad ſidera [5] mundi:
Et tamen eſt quidam locus altis montibus, vnde
Stare videtur, & in campis conſiſtere fulgur.

De figura atomorum.

Nunc age iam deinceps cunctarum exordia rerum
Qualia ſint, & quàm longè diſtantia formis,
Percipe, multigenis quàm ſint variata figuris:
Non quòd multa parum ſimili ſint prædita forma,
Sed quia non volgò paria omnibus omnia conſtant.
Nec mirum. nam cùm ſit eorum copia tanta,
Vt neque finis, vti docui, neque ſumma ſit vlla:
Debent nimirum non omnibus omnia prorſum
Eſſe pari filo, ſimili' que adfecta figura.
Præterea genus humanum, mutæ que natantes
Squamigerûm pecudes, & læta arbuſta, feræ' que;
Et variæ volucres, lætantia quæ loca aquarum
Concelebrant circum ripas, fontis' que, lacus' que;

Et quæ

Et quæ peruolgant nemora auia peruolitantes:
Horum vnum quoduis generatim ſumere perge:
Inuenies tamen inter ſe [1] *diſtare figuris.*
Nec ratione alia proles cognoſcere matrem,
Nec mater poſſet prolem: quod poſſe videmus,
Nec minùs, atque homines inter ſe nota cluere.
Nam ſæpe ante deûm vitulus delubra decôra
Turicremas propter mactatus côncidit aras,
Sanguinis exſpirans calidum de pectore flumen.
At mater virides ſaltus orbata peragrans,
Linquit humi pedibus veſtigia preſſa biſulcis,
Omnia conuiſens oculis loca, ſi queat vſquam
Conſpicere amiſſum fetum: complet'que querelis
Frundiferum nemus adſiſtens, & crebra reuiſit
Ad ſtabulum, deſiderio perfixa iuuenci.
Nec teneræ ſalices, atque herbæ rore vigentes,
Flumina'que vlla queunt ſummis labentia ripis
Oblectare animum, ſubitam que auertere curam:
Nec vitulorum aliæ ſpecies per pabula læta
Deriuare queunt, [2] *animum cura'que leuare:*
Vſqueadeo quiddam proprium, notum'que requirit.
Præterea, teneri tremulis cum vocibus hædi
[3] *Cornigeras norunt matres, agni'que petulci*
[4] *Balantum pecudes. ita, quod natura repoſcit,*
Ad ſua quiſque ferè decurrunt vbera lactis.
Poſtremò quoduis frumentum, non tamen omne
Quodque ſuo in genere inter ſe ſimile eſſe videbis,
Quin intercurrat quædam diſtantia formis.
Concharum'que genus parili ratione videmus
Pingere telluris gremium, quà mollibus vndis
Litoris incurui bibulam [5] *pauit æquor arenam.*
Quare etiam atque etiam ſimili ratione neceſſe eſt;
Natu-

1 In v.q.noſtris, diſferre. vt inf. 57.9. primis differre figuris.

2 Ita ex o. l. leg. & Virg. non mollia poſſunt Prata mouere animum. & modo hic. Oblectare animū, &c. Lāb. tamen alio.

3 Ita in v. & Feſto apud Macrob. corniferas.

4 Ita q.c.v. in q. balatum. in q. pecudis, malè. vide ind. Lamb. balantes.

5 Ita in v. noſtris. in q.v. lauit. quod deformatum videtur. etſi non ſit malum. Sic Marul. expauit. quod in v. l. inuenerat, etiam fecerāt, lauit.

Natura quoniam conſtant, neque facta manu ſunt,
Vnius, ad certam formam primordia rerum;
Diſſimili inter ſe quadam volitare figura.
Perfacile eſt iam animi ratione exſoluere nobis,
Quare fulmineus multo penetralior ignis,
Quàm noſter fluat e tedis terreſtribus ortus.
Dicere enim poſſis cæleſtem fulminis ignem
1 et *Subtilem magis* [1] *e paruis conſtare figuris;*
Atque ideò tranſire foramina, quæ nequit ignis
Noſter hic e lignis ortus, tedá que creatus.
2 Ita v.l.q. in al. cornu *Præterea lumen per* [2] *cornum tranſit, at imber*
Reſpuitur. quare? niſi luminis illa minora
Corpora ſunt, quàm de quibus eſt liquor almus aqua-
Et quamuis ſubitò per colum vina videmus (rum?
Perfluere; ac contrà tardum cunctatur oliuum:
Aut quia nimirum maioribus eſt elementis;
Aut magis hamatis inter ſe, per' que plicatis.
3 Ita rectè; id eſt, diſtracta. quaſi diceret, atomi hamatæ ſunt initio, nec ſtatim omnes diductę. v.q. deducta. *Atque ideo fit, vti non tam* [3] *diducta repentè*
Inter ſe poſſint primordia ſingula quæque,
Singula per cuiuſque foramina permanare.
Hoc accedit, vti mellis, lactis' que liquores
Iucundo ſenſu linguæ tractentur in ore.
De abſinthio. *At contrà tetra abſinthI natura, feri' que*
CentaurI fœdo pertorquent ora ſapore.
Vt facilè agnoſcas e læuibus, atque rotundis
Eſſe ea, quæ ſenſus iocundè tangere poſſunt:
At contrà quæ amara, atque aſpera cumque videtur,
Hæc magis hamatis inter ſe nexa teneri,
4 q.v. reſtringere. *Propterea' que ſolere vias* [4] *reſcindere noſtris*
Senſibus, introitu' que ſuo perrumpere corpus.
Omnia poſtremò bona ſenſibus, & mala tactu,
Diſſimili inter ſe pugnant perfecta figura:

Ne tu

De ſerrę ſtridore.

Ne tu forte putes ſerræ ſtridentis acerbum
Horrorem conſtare elementis leuibus æquè,
Ac muſea mele, per chordas organici quæ
[1]*Mobilibus digitis expergefacta figurant:*
Neu ſimili penetrare putes primordia forma
In nares hominum, cùm tetra cadauera torrent,
Et cùm ſcena croco Cilici perfuſa recens eſt,
Ara'que Panchæos exhalat propter odores.
Ne'ue bonos rerum ſimili conſtare colores
Semine conſtituas, oculos qui paſcere poſſunt;
Et qui compungunt aciem, lacrumare'que cogunt;
Aut fœda ſpecie [2]tetri, turpes'que videntur.
Omnis enim ſenſus quæ [3]mulcet cauſſa, iuuat'que,
Haud ſine principiali aliquo læuore creata eſt:
[4]*At contra quæcumque moleſta, atque aſpera cõſtat,*
Non aliquo ſine materiæ ſqualore reperta eſt.
Sunt etiam quæ iam nec læuia iure putantur
Eſſe, neque omnino flexis mucronibus vnca:
Sed magis [5]angellis paullùm proſtantibus; & quæ
Titillare magis ſenſus, quàm lædere poſſunt:
Fæcula iam quo de genere eſt, inulæ'que ſapores.
Denique iam calidos ignes, gelidam'que pruinam,
Diſſimili dentata modo compungere ſenſus
Corporis, indicio nobis eſt tactus vterque.
Tactus enim, tactus, prô diuûm numina ſancta,
Corporis eſt ſenſus, vel cum res extera ſeſe
Inſinuat, vel cùm lædit, quæ in corpore nata eſt;
Aut iuuat egrediens genitalis per Veneris res;
Aut ex [7]offenſu cùm turbant corpore in ipſo
Semina, confundunt'que inter ſe concita ſenſum:
Ut, ſi forte manu quamuis iam corporis ipſe
Tute tibi partem ferias, æquè experiare.

E Quæ

1 q. Nobilibus

2 q. v. turpes olidi-que. & ita Marul. in q. cæli. latet quid.

3 o. v. l. quæ mulcet cumque videntur. Marull. & vulg. mulcat cauſſa iuuatque v. l. illa cũque videntur, non intelligo, modò ea poſuerat, 49, 26.

4 Ita v. l. noſtri vulg. Aut. malè. duos verſus. At quę &c. deleuimus: quia à v. l. noſtr. aberant, nati ſcilicet ex deprauata horũ ſcriptura.

5 angululis

6 De tactu integros commẽtarios ſcribebant Epicurei.

7 Ita v. l. vulg. offenſa.

Quapropter longè formas diſtare neceſſe eſt

1 lædere. vt ſup. & inf. 51, 27.

Principijs; varios quæ poſſint [1] edere ſenſus.
Denique quæ nobis durata, ac ſpiſſa videntur,
Hæc magis hamatis inter ſeſe eſſe neceſſe eſt,

2 per ramos, vulg. & q. v.

Et quaſi [2] ramoſis altè compacta teneri.

De adamante, ferro, ſilice, aere.

In quo iam genere imprimis adamantina ſaxa
Prima acie conſtant, ictus contemnere ſueta;
Et validi ſilices, ac duri robora ferri;
Aeráque, quæ clauſtris reſtantia vociferantur.
Illa quidem debent ex læuibus atque rotundis

3 q. v. liquido q. e. fluuida

Eſſe magis, [3] fluido quæ corpore liquida conſtant:
Nec retinentur enim inter ſe glomeramina quæque;

4 à q. v. abeſt. in q. l. percurſus. ante hunc verſum in lib. vulg. & v. q. hic eſt verſus meo iudicio νόθος; Namque papaueris hauſtus ita eſt facilis, quàm aquarum. in q. idem eſt.

5 Ita l. v. al. téporis.

Et procurſus item [4] in procliue volubilis exſtat.
Omnia poſtremò, quæ puncto [5] tempore cernis
Diffugere, vt fumum, nebulas, flammasq́; neceſſe eſt,
Si minus omnia ſunt è læuibus, atque rotundis;
At non eſſe tamen perplexis endopedita,
Pungere vti poſſint corpus, penetraréque ſaxa;

6 Inducit hos tres verſus Lãb. ego ob librorum cõſenſum non auſim. ſed pro, ſenſibus, ex v. l. reſtitui, ſentibus; vt melior ſit ſenſus.

[6] Nec tamen herere inter ſe; quod quiſque videmus
Sentibus eſſe datum: facilè vt cognoſcere poſſis
Non è perplexis, ſed acutis eſſe elementis.
Sed quòd amara vides eadem, quæ fluuida conſtant,

De ſudore ſalſo.

Sudor vti maris eſt; minimè id mirabile habendum.
Nam quod fluuidum eſt, è læuibus, atque rotundis

7 admixta ſ. rectius.

Eſt: at læuibus, atque rotundis [7] mixta doloris
Corpora: nec tamen hæc retineri hamata neceſſum.
Scilicet eſſe globoſa, tamen cùm ſqualida conſtent:
Prouolui ſimul vt poſſint, & lædere ſenſus.

De aqua marina.

Et quo mixta putes magis aſpera læuibus eſſe
Principijs, vnde eſt Neptuni corpus acerbum;

8 coniectura ductus ita ſcripſi. vide indicem. vulg. dulcis.

Eſt ratio ſecernundi, ſeorſúmque videndi;
Humor [8] dulcit, vbi per terras crebrius idem

Percolatur, vt in foueam fluat, ac manſueſcat.
[1]Linquit; enim ſuperà tetri primordia viri
Aſpera: quo magis in terris hereſcere poſſunt.
Quod quoniam docui, pergam connectere rem, quæ
Ex hoc apta fidem ducat, primordia rerum
[2]Finita variare figurarum [3]ratione.
Quod ſi non ita ſit: rurſum iam ſemina quædam
Eſſe infinito debebunt corporis auctu.
Namque [4]in eadem vna cuiuſuis breuitate
Corporis, inter ſe multùm variare figuræ
Non poſſunt. face enim minimis è partibus eſſe
Corpora prima: tribus, vel paullo pluribus auge.
Nempe vbi eas partis vnius corporis omnis
Summa atque ima locans, tranſmutãs dextera læuis,
[5]Omnimodis expertus eris, quam quiſque det ordo
[6]Formarum ſpeciem totius corporis eius.
Quod ſupereſt, ſi forte voles variare figuras,
Addendum partis alias erit: inde ſequetur
Adſimili ratione, alias vt poſtulet ordo,
Si tu forte voles etiam variare figuras.
Ergo formarum nouitatem corporis augmen
Subſequitur: quare non eſt vt credere poſſis,
Eſſe infinitis diſtantia ſemina formis:
Ne quædam cogas immani maxumitate
Eſſe, ſuprà quod iam docui non poſſe probari.
Iam tibi barbaricæ veſtes, Melibœaque fulgens
Purpura Theſſalico concharum tincta colore, &
Aurea pauonum ridenti imbuta lepore
Sæcla, nouo rerum ſuperata colore iacerent:
Et contemptus odor murrhæ, mellisque ſapores;
Et cygnea mele, Phœbeaque dædala chordis
Carmina conſimili ratione oppreſſa ſilerent.

1 Priſc. lib. 6. liquit. veſtigia. q. v. etiam liquit.

Figuras eſſe multas.

2 finitas. rationes. & ita inf. variare figuras. & ratio figurarũ nihil eſt aliud, quàm figuræ, Lucretiano more. vt ratio animi.

3 Ita v. o. l. m. in eadem non exteritur. numeri ſunt Enniani. Cic. de Orat. malè. vulg. & Lãb. cuius, cuius.

4 q. l. fac, etiam bene, vt alibi.

5 omnimodè, omnimodò

6 Ita & paullo inf. Lamb. formai.

7 Ita & lib. noſtri. in q. Sæcula nouo. vulg. Sedulò quæ rerum: peſsimè.

Namque alijs aliud præſtantius exoreretur.
Cedere item retrò poſſent in deteriores
Omnia ſic partis; vt diximus in meliores:
Namque alijs aliud retrò quoque tetrius eſſet
Naribus, auribus, atque oculis, oris'que ſapori.
Quæ quoniam non ſunt in rebus reddita, certa &
Finis vtrimque tenet ſummam: fateare neceſſe eſt
Materiem quoque finitis differre figuris.
Denique ab ignibus ad gelidas, hiemis'que pruinas,
Finitum eſt, retro'que pari ratione remenſum eſt:
Finit enim calor, ac frigus; medij'que tepores
Inter vtrumque iacent explentes ordine ſummam.
Ergo finita diſtant ratione creata;
Ancipiti quoniam mucrone vtrim'que notantur,
Hinc flammis, illinc rigidis [1] infeſſa pruinis.

[1] Ita v. l. ferè in q. tamen infenſa. in vulg. infeſſa, infeſta.

Quod quoniam docui, pergam connectere rem, quæ

Infinita eſſe corpora.

Ex hoc apta fidem ducit; primordia rerum,
Inter ſe ſimili quæ ſunt perfecta figura,
Infinita cluere. [2] enim diſtantia cum ſit
Formarum finita; neceſſe eſt, quæ ſimiles ſint,
Eſſe infinitas, aut ſummam materiaï
Finitam conſtare: id quod non eſſe, probaui.

[2] Sic habent v. l. Marull. fecit etenim. malè. vide indicem, enim.

Quod quoniam docui, nunc ſuauiloquis, age, paucis
Verſibus oſtendam, corpuſcula materiaï
Ex infinito ſummam rerum vſque tenere,
Vndique protelo plagarum continuato.
Nam quòd rara vides magis eſſe animalia quædam,
Fecundam'que [3] minus naturam cernis in illis:

[3] S[illegible] noſtri. & Lib. vulg. magis.

At regione, loco'que alio, terris'que remotis,
Multa licet [4] genere eſſe in eo, numerum'que repleri.
Sicuti quadrupedum cumprimis eſſe videmus
In genere anguimanos elefantos, India quorum

[4] Ita rectè. vt mox, In genere, &c. & pag. ſeq. Eſſe igitur genere in quouis &c.

Milibus è multis vallo munitur eburno,
Vt penitus nequeat penetrari: tanta ferarum
Vis eſt, quarum nos perpauca exempla videmus.
Sed tamen id quoque vti concedam, quamlubet eſto
Vnica res quædam natiuo corpore ſola,
Cui ſimilis toto terrarum non ſit in [1] *orbi:*
Infinita tamen niſi erit vis materiaï,
Vnde ea progigni poſſit concepta; creari
Nõ poterit; neque, quod ſupereſt, procreſcere, alíque.
Quippe etenim ſumant oculi, finita per omne
Corpora iactari vnius genitália reii:
Vnde, vbi, qua vi, & quo pacto congreſſa coibunt
Materiæ tanto in pelago, turbáque aliena?
Non (vt opinor) habent rationem [2] *conciliandi:*
Sed quaſi naufragijs magnis [3] *multiſque coortis,*
Diſiectare ſolet magnum mare, tranſtra, [4] *guberna,*
Antemnas, proram, malos, tonſáſque natantis,
Per terrarum omnis oras fluitantia apluſtra
Vt videantur, & indicium mortalibus edant,
Infidi maris inſidias, vireſque, dolúmque
Vt vitare velint: néue vllo tempore credant;
Subdola cùm ridet placidi pellacia ponti:
Sic tibi ſi finita ſemel primordia quædam
Conſtitues: æuum debebunt ſparſa per [5] *omnem*
Diſiectare æſtus diuerſi materiaï:
Numquàm in concilium vt poſſint compulſa coire:
Nec remorari in concilio, nec creſcere adaucta.
Quorum vtrumque palàm fieri manifeſta docet res;
Et res progigni, & genitas procreſcere poſſe.
Eſſe igitur genere in quouis primordia rerum
Infinita palam eſt, vnde omnia ſuppeditantur.
Nec ſuperare queunt motus vtique [6] *exitiales*

1 Ita in v. q. quod rectius puto. in al. tamen, orbe.

2 conciliari. q. l. v.

3 Marull. contra o. v. ventis

4 Lambinus. egregiè ex v. l. in al. & vulg. carinas.

5 Hoc rectiſſ. ex v. l. puto. in al. omne.

6 Eſt rectus caſus, vt mox, auctifici motus contrarij hiſce.

Perpetuò, neque in æternum ſepelire ſalutem:
Nec porrò rerum genitales, auctificique
Motus perpetuò poſſunt ſeruare creata.
Sic æquo geritur certamine principiorum
Ex infinito contractum tempore bellum:
Nunc hîc, nunc illic ſuperant vitalia rerum:
Et ſuperantur item: miſcetur funere vagor,
Quem pueri tollunt viſentes luminis oras.
Nec nox vlla diem, neque noctem aurora ſecuta eſt,
Quæ non audierit miſtos vagitibus ægris
Res omnis conſtare ex principijs miſtis. Ploratus, mortis comites, & funeris atri.
Illud in his obſignatum quoque rebus habere
Conuenit; & memori mandatum mente tenere,
Nihil eſſe in promptu, quorum natura [1] tenetur,
[1] vulg. videtur
Quod genere ex vno conſiſtat principiorum;
Nec quidquam, quod non permiſto ſemine conſtet.
Et quàm quidque magis multas vis poſſidet in ſe,
Atque poteſtates: ita plura principiorum
In ſeſe genera, ac varias docet eſſe figuras.
[2] παρέκβασις ad myſteria Cybeles. vide hic lector admirabile politiſsimi poëtæ ingeniũ.
[2] Principio tellus habet in ſe corpora prima,
Vnde mare immenſum voluentes flumina fontes
Aſſiduè renouent: habet, ignis vnde oriantur;
In terra ſemina ineſſe. Nam multis ſuccenſa locis ardent ſola terræ:
[3] Sic v.l.o. vide ind. Eximius. Marullus ex Virg. lib. 5. fecerat, eximiis, contra v.l.
[3] Eximijs verò furit ignibus impetus Aetnæ.
Tùm porrò nitidas fruges, arbuſtaque læta,
Gentibus humanis, habet, vnde extollere poſſit:
Vnde etiam fluidas frundes, & pabula læta
De matre magna. Montiuago generi poſſit præbere ferarum.
Quare magna deûm mater, materque ferarum,
Et noſtri genetrix hæc dicta eſt corporis vna.
[4] Malè contra omnis libros, Lāb. ſublimem; niſi fallor enim, deſignat poëta eum vehi ſella curuli.
Hanc veteres Graiûm docti cecinere poëtæ
[4] Sedibus in curru biiugos agitare leones:

Aeris in ſpatio magnam pendêre docentes
Tellurem, neque poſſe in terra ſiſtere terram.
Adiunxere feras; quòd quàmuis effera proles
Officijs debet molliri victa parentum.
Muralíque caput ſummum cinxere corona,
[1]*Extremis munita locis quòd ſuſtinet vrbes.*
Quo nunc inſigni per magnas prædita terras
Horrificè fertur diuinæ Matris imago.
Hanc variæ gentes antiquo more ſacrorum
Idæam vocitant matrem, Phrygiaſque cateruas
Dant comites; quia primùm ex illis finibus edunt
Per terrarum orbem fruges cœpiſſe creari.
Gallos attribuunt; quia numen qui violarint
Matris, & ingrati genitoribus inuenti ſint;
Significare volunt indignos eſſe putandos,
Viuam progeniem qui in oras luminis edant.
Tympana tenta tonant palmis, & cymbala circùm
Concaua, rauciſonóque minantur cornua cantu;
Et Phrygio ſtimulat numero caua tibia mentis;
Teláque præportant violenti ſigna furoris;
Ingratos animos, atque impia pectora volgi
Conterrere metu quæ poſſint numine diuæ.
Ergo cùm primùm magnas inuecta per vrbes
Munificat tacita mortalis muta ſalute;
Aere atque argento ſternunt [2]*iter omne viarum,*
Largifica [3]*ſtipe ditantes;* [4]*pinguntque roſarum*
Floribus, vmbrantes Matrem, comitumq;[5] cateruas.
Hic armata manus, Curetas nomine Graij
Quos memorant Phrygios, inter ſe [5]*forte catenas*
Ludunt, in numerumque exſultant, ſanguine [6]*fleti*
Terrificas capitum quatientes numine criſtas.
Dictæos referunt Curetas; qui Iouis illum

1 Sic in v.q. Lamb. ex v. q. Eximijs. vulg. Eximis.

2 Ita v.q. alij omnia mirùm. reliqui iter omnia circũ. vt etiã legi poſsit, itera. ſed repugnat Cariſius. lib. 1.

3 De ſtipe matris deorum, vide Cic. lib. 2. de legib.

4 Ita ex v.c. q. malim, quàm vincũtque. vel, quod in al. ninguuntque. vide & inf. 420, 33.

5 Ita in v.q. vulg. cateruę: Lamb. terque quaterque, catenæ accipi poſſunt choreæ, adluſione facta ad reſtim, quã olim ductitãtes maximè in rebus diuinis, ſaltitabant.

6 Sic v. l: q. v. freti malè. vide indic. f. etiã pleti. vide ind. vulg. læti. malè.

Vagitum in Creta quondam occultaſſe feruntur;
[1]Cum pueri circum puerum pernice chorea
Armati in numerum pulſarent æribus æra;
Ne Saturnus eum malis [2]mandaret adeptus,
Aeternum'que daret matri ſub pectore vulnus:
[3]Propterea magnam armati Matrem comitantur:
Aut quia ſignificant diuam prædicere, vt armis,
Ac virtute velint patriam defendere terram,
Præſidio'que parent, decori'que parentibus eſſe.
Quæ bene, & eximiè quamuis diſpoſta ferantur,
Longè ſunt tamen à vera ratione repulſa.
Omnis enim per ſe diuûm natura neceſſe eſt
Immortali æuo ſumma cum pace fruatur,
Semota à noſtris rebus, ſeiunctá'que longè.
Nam priuata dolore omni, priuata periclis,
Ipſa ſuis pollens opibus, nihil indiga noſtri,
Nec bene promeritis capitur, nec tangitur ira.
Terra quidem vero caret omni tempore ſenſu:
[4]Et quia multarum potitur primordia rerum,
Multa modis multis effert in lumina ſolis.
[5]Hic ſi quis mare Neptunum, Cererem'que vocare
Conſtituet fruges, & Bacchi nomine abuti
Mauolt, quàm laticis proprium proferre vocamen;
Concedamus, vt hic terrarum [6]dicat & orbem
Eſſe deûm matrem; [7]dum non ſit re tamen apſe.
[8]Sæpe itaque ex vno tondentes gramina campo
Lanigeræ pecudes, & equorum duellica proles,
[9]Buceriá'que greges, ſub eodem tegmine cæli,
Ex vnó'que ſitim ſedantes flumine aquaï,
Diſſimili viuunt ſpecie, retinent'que parentum
Naturam, & mores generatim quæque imitantur.
Tanta eſt in quouis genere herbæ materiaï

1 Verſum inter hos, Cum pueri; &, Armati &c. interiectũ, quia in v.l. nõ erat, ſuſtuli. eſt iſte Armati in numerum ſtarent: pernice chorea

2 In v.q. noſtr. mãderet. haud ſcio an rectius, vt eſſet tribrachus dactyli loco.

3 Hanc eſſe ſcripturam verſ. ſententia euincit; hic enim verſ. ad præcedẽtes pertinet. Propterea id eſt in memoriam illius partus, & Cretenſium Curetum. vnde & ſuprà, Dictæos referunt, &c. eſt enim eadẽ Dea. Deinde aliam addit cauſſam poëta; Aut quia ſignificãt &c. Quod ergo, q.l. habent, Præterea, inẽdoſum eſt. & in v.q. noſt. Matrem armati.

Τὸ μακάριον καὶ ἄφθαρτον.

4 Sed, v. q.

5 Huc v. q.

6 Ita ex v.l. malui, quàm, dictitet, vel potius dictet &.

7 Sic ex v.l. ſcripſi. vulg. dum vera re tamen haud ſit.

8 Hic redit ad rem.

9 Ita l.o. & Nonius puto tamen leg. Buceræque. vide indi.

Diſſimilis ratio; tanta eſt in flumine quoque.
Hinc porrò quamuis animantem ex omnibus vnam
Oſſa,cruor,venæ,calor,humor,viſcera,nerui
Conſtituunt; quæ ſunt porrò diſtantia longè
Diſſimili perfecta figura principiorum.
Tum porrò quæcumque igni flammata cremantur,
Si nihil præterea,tamen hæc [1] *in corpore tradunt,*
Vnde ignem iacere, & lumen ſummittere poſſint,
Scintillasque agere, ac latè differre fauillam.
Cetera conſimili mentis ratione peragrans,
Inuenies intus multarum ſemina rerum
Corpore celare,& varias cohibere figuras.
[2] *Denique multa vides,quibus & color & ſapor vnà*
Reddita ſunt cum odore; imprimis pleraque dona,
Religione animum turpi cum tangere parto.
Hæc igitur varijs debent conſtare figuris:
Nidor enim penetrat,quà ſuccus non it,in artus;
Succus item ſeorſum,& rerum ſapor inſinuatur
Senſibus:vt noſcas primis differre figuris.
Diſſimiles igitur formæ glomeramen in vnum
Conueniunt; & res permiſto ſemine conſtant.
Quin etiam paſſim noſtris in verſibus ipſis
Multa elementa vides multis communia verbis;
Cum tamen inter ſe verſus,ac verba neceſſe eſt
Confiteare alia ex alijs conſtare elementis:
Non quò multa parum communis littera currat,
Aut nulla inter ſe duo ſint ex omnibus iſdem;
Sed quia non volgò paria omnibus omnia conſtant.
Sic alijs in rebus item communia multa
Multarum rerum cum ſint primordia; longè
Diſſimili tamen inter ſe conſiſtere ſumma
Poſſunt:vt meritò ex alijs conſtare ferantur

1 Ita inf. ſemina rerum corpore cælare,&c. q.v. in corpora. Lamb. ex ſe corpora.

2 Ita ex v. l. veſtigijs & cõiectura reſtitutus eſt locus,& explanatus. vide & inf. 80,16. De alijs ſcripturis dicere,nimis eſſet longum. tangere,pro tãgeris

Humanum genus, ac fruges, arbuſta'que læta.
Nec tamen omnimodis connecti poſſe putandum eſt
Omnia: nam volgò fieri portenta videres;
Semiferas hominum ſpecies exſiſtere; & altos
Interdum ramos egigni corpore viuo;
Multa'que connecti terreſtria membra marinis:
Tum flammam tetro ſpirantis ore Chimæras
Paſcere naturam per terras omniparentis.
Quorum nihil fieri manifeſtum eſt; omnia quando
Seminibus certis certa genitrice creata
Conſeruare genus creſcentia poſſe videmus.
Scilicet id certa fieri ratione neceſſe eſt.
Nam ſua cuique cibis ex omnibus intus in artus
Corpora diſcedunt; connexa'que conuenientis
Efficiunt motus: at contrà aliena videmus
Reicere in terras naturam; multa'que cæcis
Corporibus fugiunt è corpore percita plagis;
Quæ neque connecti [1] quoiquam potuere; neq; [2] intra
Vitalis motus conſentire, atque [3] imitari.
Sed ne forte putes animalia ſola teneri
Legibus his; eadem ratio [4] diſterminat omnia:
Nam veluti tota natura diſſimiles ſunt
Inter ſe genitæ res quæque: ita quamque neceſſe eſt
Diſſimili conſtare figura principiorum:
Non quo multa parum ſimili ſint prædita forma;
Sed quòd non volgò paria omnibus omnia conſtent.
Semina cùm porrò diſtent; differre neceſſum eſt
Interualla, vias, connexus, pondera, plagas,
Concurſus, motus: quæ non animalia ſolùm
Corpora ſeiungunt; ſed terras, ac mare totum
Secernunt, cælum'que à terris omne retentant.
Nunc age, dicta meo dulci quæſita labore

1 Ita v. l.
2 v.q. inter
3 Sic o.l.

4 Sic ferè l. v: q. v. omnes. Lamb. res terminat omnis: etiam non malè.

Percipe,

Percipe, ne forte hæc ex albis alba rearis
Principijs eſſe, ante oculos quæ candida cernis;
Aut ea, quæ nigrant, nigro de ſemine nata:
[1]Nïue, alium quemuis quæ ſunt [2]imbuta colorem,
Præterea gerere hunc credas, quòd materiaï
Corpora conſimili ſint eius tincta colore.
Nullus enim color eſt omnino materiaï
Corporibus, neque par rebus, neque denique diſpar.
In quæ corpora ſi nullus tibi forte videtur
Poſſe animi iniectus fieri, procul auius erras.
Nam cum cæcigeni, ſolis qui lumina nunquam
[3]Adſpexere, tamen cognoſcant corpora tactu,
Ex ineunte æuo nullo contincta colore:
Scire licet menti quoque noſtræ corpora poſſe
Verti in notitiam nullo circumlita fuco.
Denique nos ipſi, cæcis quæcumque tenebris
Tangimus, haud vllo ſentimus tincta colore.
Quod quoniam vinco fieri, nunc eſſe docebo.
Omnïs enim color omnino mutatur in [4]omnïs.
Quod facere haud vllo debent primordia pacto.
Immutabile enim quiddam ſuperare neceſſe eſt:
Ne res ad nihilum redigantur funditus omnes.
Nam quodcumque ſuis mutatum finibus exit;
Continuò hoc mors eſt illius, quod fuit antè.
Proinde colore caue contingas ſemina rerum,
Ne tibi res redeant ad nihilum funditus omnes.
Præterea, ſi nulla coloris principijs eſt
Reddita natura: at varijs ſunt prædita formis,
E quibus omnigenos gignunt, variant'que colores.
Propterea magni [5]quid refert, ſemina quæque
Cum quibus, & quali poſitura contineantur,
Et quos inter ſe dent motus, accipiant'que:

Perfaci-

Nõ neceſſariò alba ex albis principijs fieri.

1 Ita q.l. alij Néue.
2 Ita o.l.v. cur ergo mutemus vel in induta cum Lamb. vel aliter?

3 diſpexere

4 Ita in v. l. ſ. colores.

Colores non eſſe.

5 vulg. quod. ego quid repoſui, poſtulante id ſententia. vide inf. pag. 62. Iamne vides, &c.

Perfacile extemplò rationem reddere poſſis,
Cur ea,quæ nigro fuerint paullo antè colore;
Marmoreo fieri poſſint candore repentè.
Vt mare,cùm magni commorunt æquora venti,
Vertitur in canos candenti [1] marmore fluctus.
Dicere enim poſſis,nigrum quod ſæpe videmus,
Materies vbi permiſta eſt illius,& ordo
[2] Principijs mutatus,& addita,demptá que quædam,
Continuò id fieri vt candens videatur,& album.
Quòd ſi cæruleis conſtarent æquora ponti
Seminibus,nullo poſſent albeſcere pacto.
Nam quocumque modo perturbes, cærula quæ ſint,
Numquam in marmoreum poſſunt migrare colorem.
Sin alio,atque alio ſunt ſemina tincta colore;
Quæ maris efficiunt vnum,purum'que nitorem:
Vt ſæpe ex alijs formis, varijſque figuris
Efficitur quiddam quadratum,vná que figura:
Conueniebat,vti in quadrato cernimus eſſe
Diſſimilis formas; ita cernere in æquore ponti,
Aut alio in quouis vno,puró que nitore,
Diſſimilis longè inter ſe, varios que colores.
Præterea nihil officiunt, obſtant'que figuræ
Diſſimiles,quo quadratum minus omne ſit [3] extrà.
At varij rerum impediunt,prohibent'que colores,
Quo minus eſſe vno poſſit res tota nitore.
Tum porrò,quæ ducit, [4] & inlicit,vt tribuamus
Principijs rerum non numquam,cauſſa,colores,
Occidit:(ex albis quoniam non alba creantur;
Nec quæ nigra cluent,de nigris; ſed varijs de)
Quippe etenim multo procliuius exorientur
Candida de nullo,quàm de nigrante colore,
Aut alio quouis,qui contrà pugnet,& obſtet.

Præte-

1 v.q. noſter,in marmore.

2 q.v.principio. ſ. leg. principiûm, vt inf.64,13.

3 In ſuperficie & ambitu, atque ita v.l.vulg.& Marull. minus eſſet in illis,

4 Hæc veriſſ. ſcripturaetiam ex lib. noſtr.& Lamb.ordo verborũ eſt iſte: cauſſa quæ induceret vt principijs tribueremus colores, (cauſſa autem illa comprehenſa eſt parentheſi) illa inquã cauſſa occidit,id eſt nulla eſt, quippe etenim,&c.

Præterea, quoniam nequeunt ſine luce colores
Eſſe, neque in lucem exſiſtunt primordia rerum:
Scire licet quàm ſint nullo velata colore.
Qualis enim cæcis poterit color eſſe tenebris,
Lumine qui mutatur in ipſo, propterea quòd
Recta aut obliqua [1]percuſſus luce refulget?

1 vulg. perculſus. malè. vide percuſſus, in indic.

Pluma columbarum quo pacto in ſole videtur;
Quæ ſita ceruices circùm collúmque coronat.

De colore columbarū.

Namque aliàs fit vti [2]claro ſit rubra pyropo:

2 Ita in vet. nihil muto. Lamb. rubro ſit clara.

Interdum quodam ſenſu fit, vti videatur
Inter cæruleum viridis miſcere ſmaragdos.
Caudáque pauonis, larga cum luce repleta eſt,
Conſimili mutat ratione obuerſa colores:

De cauda pauonis.

Qui, quoniam quodam gignuntur luminis ictu,
[3]Scire licet ſine eo fieri non poſſe putandum.

3 Ita v. l. Lamb. Scilicet id

Et quoniam plagæ quoddam genus excipit in ſe
Pupula, cùm ſentire colorem dicitur album;
Atque aliud porrò, nigrum cùm, & cetera ſentit:
Nec refert ea, quæ tangis, quo forte colore
Prædita ſint, verùm quali magis apta figura:
Scire licet nihil principijs opus eſſe [4]colores;

4 Ita Nonius.

Sed varijs formis variantes edere tactus.
Præterea, quoniam [5]non certis certa figuris

5 vulg. malè. niſi

Eſt natura coloris, & omnia principiorum
Formamenta queunt in quouis eſſe nitore:
Cur ea, quæ conſtant ex illis, non pariter ſunt
Omnigenis perfuſa coloribus in genere omni?
Conueniebat enim coruos quoque ſæpe volantis
Ex albis album pennis iactare colorem;
Et nigros fieri nigro de ſemine cygnos,
Aut alio quouis vno, varióque colore.
Quin etiam quanto in partis res quæque minutas

Diſtra-

Diſtrabitur magis; hoc magis eſt, vt cernere poſſis
Euaneſcere paullatim, ſtingui'que colorem:
Vt fit, vbi in paruas partis diſcerpitur aurum,
Purpura,[1] *pœniceus'que color clariſſimus multo,*
Filatim cum diſtractus, diſperditur omnis:
Noſcere vt hinc poſſis, prius omnem efflare colorem
Particulas, quàm diſcedant ad ſemina rerum.
Poſtremò, quoniam non omnia corpora vocem
Mittere concedis, neque odorem; propterea fit,
Vt non omnibus attribuas ſonitus, & odores:
Sic, oculis quoniam non omnia cernere quimus,
Scire licet, quædam tam conſtare orba colore,
Quàm ſine odore vllo quædam, ſonitu'que remota.
Nec minus hæc animum cognoſcere poſſe ſagacem,
Quàm quæ ſunt alijs rebus priuata,[2] *notis'que.*
Sed ne forte putes ſolo ſpoliata colore
[3] *Corpora prima manere: etiam ſecreta teporis*
Sunt, ac frigoris omnino, calidi'que vaporis:
Et ſonitu[4] *ſterila, & ſucco ieiuna feruntur:*
Nec iaciunt vllum[5] *proprio de corpore odorem:*
Sicut amaracini blandum, ſtacta'que liquorem,
Et nardi florum, nectar qui naribus[6] *halat,*
Cum facere inſtituas: cumprimis quærere par eſt,
(Quoad licet, ac[7] *potis es reperire) inolentis oliui*
Naturam; nullam quæ mittat naribus auram:
Quàm minimè vt poſſit miſtos in corpore odores,
Concoctos'que ſuo contactos perdere viro.
Propterea demum debent primordia rerum
Non adhibere ſuum gignundis rebus odorem,
Nec ſonitum, quoniam nihil ab ſe mittere poſſunt:
Nec ſimili ratione ſaporem denique quemquam,
Nec frigus, neq; item calidum, tepidumq; vaporẽ, &

Cete-

1 Ita o.v. ferè
2 Sic malui ex v. c. vulg. notaque
3 Etiam alijs qualitatibus priuata eſſe prima corpora.
4 In q.c. ſterilia, ſterila malim ex v.l. & q. vulg.
5 proprium
6 Ita ex v.c. & Feſt, dubito etiã an cum Feſt. qui floribus, legend. ſit. nam ita & Virg. halantes floribus horti. in q.v. florem. vt & in vulg. in Feſt. halet. vulg. halant.
7 Ita ex v.l. ſcripſimus. vulg. poſsis.

ra: quæ cum ita ſunt, tandē vt mortalia conſtent,
ollia, lenta, fragoſa, putri caua, corpore rara;
nia ſint à principijs ſeiuncta neceſſe eſt,
nortalia ſi volumus ſubiungere rebus
damenta, quibus nitatur ſumma ſalutis:
tibi res res redeant ad nihilum funditus omnes.
nc ea, quæ ſentire videmus cumque, neceſſe eſt
inſenſilibus tamen omnia confiteare
ncipijs conſtare: neque id manifeſta refutant;
c contrà pugnant, in promptu cognita quæ ſunt;
l magis ipſa manu ducunt, & credere cogunt,
: inſenſilibus, quod dico, animalia gigni.
uippe videre licet viuos exſiſtere vermes
rcore de tetro,[2] putrorem cum ſibi nacta eſt
tempeſtiuis ex imbribus humida tellus.
æterea cunctaq; itidem res vertere ſeſe.
rtunt ſe fluuij,[3] & frundes, & pabula læta
pecudes: vertunt pecudes in corpora noſtra
aturam: & noſtro de corpore ſæpe ferarum
ugeſcunt vires, & corpora pennipotentum.
rgo omnis natura cibos in corpora viua
rtit, & hinc ſenſus animantum procreat omnis;
on alia longè ratione, atque arida ligna
xplicat in flammas, & in ignis omnia verſat.
am'ne vides igitur, magni primordia rerum
eferre, in quali ſint ordine quæque locata?
t commiſta quibus, dent motus, accipiant'que?
um porrò quid id eſt, animū quod percutit ipſum?
Quod mouet, & varios ſenſus expromere cogit,
x[5] inſenſilibus ni credas ſenſile gigni?
Nimirum, lapides, & ligna, & terra quòd vnà
Miſta, tamen nequeunt vitalem reddere ſenſum.

Illud

1 Ita ex coniectura reſtitui. vulg. putri-caua. quod & barbarum & ἄμετρον eſt. putri pro putredine & carie exeſa. al. raro ſ. putria

De inſenſibili ſenſibile gigni.

2 Ita leg. vt mox. quaſi putrefacta per imbres. de hoc & inf. lib. 6. ferè extremo. vulg. putorem. vide & inf. 64, 5.

3 vulg. in frondes.

4 Vide ſup. 58. Propterea magni &c.

5 Priſc. lib. 4. inſenſibili

Illud in his igitur [1]*fœdus meminiſſe decebit,*
Non ex omnibus omnino quæcumque creant res,
Senſilia extemplò, & ſenſus me dicere gigni:
Sed magni referre ea primùm quantula conſtent,
Senſile quæ faciunt, & qua ſint prædita forma;
Motibus, ordinibus, poſituris denique quæ ſint:
Quarum nihil rerum in lignis, glebiſque videmus.
Et tamen hæc cum ſunt quaſi putrefacta per imbris,
Vermiculos pariunt; quia corpora materiaï
Antiquis ex ordinibus permota noua re
Conciliantur ita, vt [2]*debent animalia gigni.*
Deinde, ex ſenſilibus qui ſenſile poſſe creari
Conſtituunt, porrò ex alijs ſentire ſuetis;
Mollia [3]*cum faciunt: nam ſenſus iungitur omnis*
Viſceribus, neruis, venis, quæcumque videmus
M[illegible] mortali conſiſtere corp[illegible]
Sed tamen eſto iam poſſe hæc æterna manere:
Nempe tamen debent aut ſenſum partis habere:
Aut ſimilia totis animalibus eſſe [4]*putari.*
At nequeant per ſe partes ſentire, nec [5]*eſſe;*
[6]*Namque alios ſenſus membrorum res petit omnes:*
Nec manus à nobis potis eſt ſecreta, neque vlla
[7]*Corporis omnino ſenſum pars ſola tenere.*
Linquitur, vt totis animalibus adſimulentur,
Vitali vt poſſint conſentire vndique ſenſu.
Qui poterunt igitur rerum primordia dici,
Et leti vitare vias, animalia cùm ſint,
Atque animalibus ſint mortalibus vna, eademque?
Quod tamen vt poſſint; ab cœtu, conciliòque
Nihil facient, præter volgum, turbamque animantum.
Scilicet vt [8]*nequeunt homines, armenta, feræque*
[9]*Inter ſeſe vllam rem gignere conueniundo.*

Quòd

1 vul. rebus: in q. v. ſedus. fœdus, rectè. id eſt: Sit hoc inter nos conſtitutum & pactum.

2 f. debeant

3 Ita o. l. v. vel qum. Marull. quæ. Lamb. tum.

4 Ita in v. noſtr.

5 vulgò malè, neceſſe. ita olim apud Feſt. Nec. ex nec eſſet, deprauatū erat, neceſcit.

6 Ita in v. q. eamq; ſcripturam & ordinem nō vulgari tātum libri, ſed ſententia omnino poſtulat. eſt enim in hoc verſu ratio præcedentis, nimirū, ex pluribus rem cōſiſtentem partibus, earum omnes ſenſus requirere, atque ita omnes partes inter ſe colligatas eſſe.

7 q v. corporum malè.

8 Ita cōiectura ductus, ſcripſi, vt inf. pag. 64. principiū. vulg. nequeant.

9 In lib. ſeq. verſum hunc: Sic itidē quæ ſentimus, ſentire neceſſe eſt; vt abſurdū ſuſtuli. alium ſuppoſuit, Lāb. hūc: Per Veneris res, extra homines, armēta feraſque; bonum quidem, ſed ego v. o. l. ſequor, & ea ſubintelligo ex præced.

Quòd ſi forte ſuum dimittunt corpore ſenſum,
Atque alium capiunt; quid opus fuit attribui,[1] quod
Detrahitur? tum[2] præterea, quod fugimus antè,
Quatinus in pullos animalis vertier oua
Cernimus alituum, vermiſ'que efferuere, terram
Intempeſtiuos[3] quom putror cepit ob imbris;
Scire licet gigni poſſe ex non-ſenſibus[4] ſenſus.
Quòd ſi forte aliquis dicet, duntaxat oriri
[5] Poſſe ea non ſenſu, ſenſus mutabilitate,
Aut aliquo tamquam partu, quod proditur extrà:
Huic ſatis illud erit planum facere, atque probare,
Non fieri partum, niſi concilio antè coacto:
Nec quidquam commutari ſine conciliatu
[6] Principiûm: vt nequeunt vllius corporis eſſe
Senſus ante ipſam genitam naturam animantis:
Nimirum quia materies diſiecta tenetur
Aëre, fluminibus, terris,[7] terra'que creata:
Nec congreſſa modo vitalis conuenienti
Contulit inter ſe motus, quibus[8] omnituentes
Accenſi ſenſus animantem quamque tuentur.
Præterea quamuis animantem grandior ictus,
Quàm patitur natura, repentè adfligit, & omnis
Corporis, atque animi pergit confundere ſenſus;
Diſſoluuntur enim poſituræ principiorum,
Et penitus motus vitales impediuntur,
Donec materies omnis concuſſa per artus
Vitalis animæ nodos è corpore ſoluit,
Diſperſam'que foras per caulas eicit omnis.
Nam quid præterea facere ictum poſſe reamur
Oblatum, niſi diſcutere, ac diſſoluere quæque?
Fit quoque, vti ſoleant minus oblato acriter ictu,
Relliquiæ motus vitalis vincere ſæpe,

1 in q.v. id quod

2 præterea eſt

3 in v.l. quam. vt fort. leg. ſit, efferuere terra, Intēp. &c.
4 Ita ex v.q. vt mox, non ſenſu. Marull. & vulg. non ſenſile.
5 Ita in v.l. noſtris. in q. poſſe ex, & pro ditum, ſuadēte etiā ſententia & verſib. ſubſequētibus, quibus reſpondetur huic obiectioni.

6 Sic v.l. ferè. q. principio. malè. Lamb. Primorum. vnde iſtud? vide & ſup. 59, 7.

7 Ita v.l. in q. creatis. Marull. & vulg. & anima. malè.

8 Sic v.l. ferè. Lāb. conuenienter. in q. l. omne tuentes.

F *Vince-*

Vincere, & ingentis plagæ ſedare tumultus:
In'que ſuos quidquid rurſus reuocare meatus:
Et quaſi iam leti dominantem in corpore motum
Diſcutere, ac penè amiſſos accendere ſenſus.
Nam, quare potius leti iam limine ab ipſo
Ad vitam poſſint [1] *coniecta mente reuerti,*
Quàm, quò decurſum propè iam ſiet, ire, & abire?
Præterea quoniam dolor eſt, vbi materiaï
Corpora vi quadam per viſcera viua, per artus
Sollicitata ſuis trepidant in ſedibus intus:
In'que locum quando remigrant, fit blanda voluptas:
Scire licet, nullo primordia poſſe dolore
Tentari, nullam'que voluptatem capere ex ſe;
Quandoquidem non ſunt ex illis principiorum
Corporibus, quorum [2] *motus nouitate laborent:*
Aut aliquem fructum capiant dulcedinis almæ.
Haud igitur debent eſſe vllo prædita ſenſu.
Denique, vti poſſint ſentire animalia quæque;
Principijs ſi etiam eſt ſenſus tribuendus eorum:
Quid? genus humanũ propritim de quibus [3] *auctũ eſt*
Scilicet & riſu tremulo concuſſa cachinnant;
Et lacrumis ſpargunt rorantibus ora, genas'que:
Multa'que de rerum miſtura dicere callent;
Et ſibi proporro quæ ſint primordia quærunt:
Quandoquidem totis mortalibus adſimulata
Ipſa quoque ex alijs debent conſtare elementis,
Inde alia ex alijs, nuſquàm conſiſtere vt [4] *auſis.*
Quippe ſequar, quodcumque loqui, ridere'que [5] *dices,*
Et ſapere ex alijs, eadem hæc facientibus vt ſit.
Quod ſi delira hæc, furioſa'que cernimus eſſe,
Et ridere poteſt non ex ridentibus [6] *auctus,*
Et ſapere, & doctis rationem reddere dictis

Non

1 Ita o.l. quod reſpondet menti diiectæ. Lamb. tamen conlectæ.

Prima corpora expertia ſenſus eſſe.

2 κινήσεως.

3 Ita omnes lib. in Nonio eſt actũ, malè. Sic ſæpe in actũ & auctum, actor & auctor variatum & peccatum ſcimus. Lamb. factum eſt. in v.q. proprietim.

4 q.l. audeas

5 duces

6 Ita vet. Lamb. factus. malè.

Non ex ſeminibus ſapientibus, atque diſertis:
Qui minus eſſe queant ea, quæ ſentire videmus,
Seminibus permiſta carentibus vndique ſenſu?
Denique cæleſti ſumus omnes [1] ſemine oriundi:
Omnibus ille idem pater eſt, vnde alma liquentes
Humorum guttas mater cùm terra recepit,
Feta parit nitidas fruges, arbuſtáque læta,
Et genus humanum; parit omnia ſæcla ferarum,
Pabula cùm præbet, quibus omnes corpora paſcunt;
Et dulcem ducunt vitam, proleḿque propagant.
Quapropter meritò maternum nomen adepta eſt.
Cedit item retrò, de terra quod fuit antè,
In terras: & quod miſſum eſt ex ætheris oris,
Id rurſum cæli rellatum templa receptant.
Nec ſic interimit mors res, vt materiaï
Corpora conficiat, ſed cœtum diſſupat ollis.
Inde alijs aliud coniungit; & efficit, omnes
Res vt conuertant formas, mutent'que colores;
Et capiant ſenſus, & puncto tempore reddant:
Vt noſcas referre, eadem primordia rerum
Cum quibus, & quali poſitura contineantur,
Et quos inter ſe dent motus, accipiant'que:
Néue putes æterna [2] penes reſidere poteſſe
Corpora prima; quòd in ſummis fluitare videmus
Rebus; & interdum naſci, ſubitóque perire.
Quin etiam refert noſtris in verſibus ipſis,
Cum quibus, & quali ſint ordine quæque locata:
Namque eadem cælum, mare, terras, flumina, ſolem
Significant, eadem fruges, arbuſta, animantis:
Si non omnia ſint, at multò maxuma pars eſt
Conſimilis; verùm poſitura diſcrepitant res.
Sic ipſis in rebus item iam materiaï

1 ſtirpe, q. l. quod σπερμάτων ἐβλάστομεν.

2 Ita o.v. l. Marull. parùm, & ita vulg. ac Lamb. malè. reſidere penes æterna, (quod profundũ alibi vocat) & in rerum adſpectu ac facie exſtare, oppoſuiſſe videtur poëta.

Interualla, viæ, connexus, pondera, plagæ,
Concurſus, motus, ordo, poſitura, figuræ
Cùm permutantur, mutari res quoque debent.

Paradoxon dicturus, mũdos eſſe innumerabiles, vtitur prothe-rapeuſi.

Nunc animum nobis adhibe veram ad rationem:
Nam tibi vehementer noua res molitur ad auris
Accidere; & noua ſe ſpecies oſtendere rerum.
Sed neque tam facilis res vlla eſt, quin ea primùm
Difficilis magis ad credendum conſtet: item'que
Nihil adeo magnum, nec tam mirabile quidquam

1 Ita ex v.l. ſcripſi. in al. & vulg. minuant mirarier oẽs.

Principio, quod non [1] minus fiat mirabile cunctis
Paullatim; vt cæli clarum, purum'que colorem,
Quem'que in ſe cohibent palantia ſidera paſſim,
Lunæ'que, & ſolis præclara luce nitorem:
Omnia quæ nunc ſi primùm mortalibus adſint,
Ex improuiſo ceu ſint obiecta repentè:
Quid magis his rebus poterat mirabile dici,

2 q.v. audirent

Aut, minus antè quod [2] auderent fore credere gentes?

3 Ita ex v.cod. malui. in al. Nulli, &c.

[3] Nihil vt opinor. ita hæc ſpecies miranda fuiſſet,
Quam tibi iam nemo feſſus ſatiate videndi
Suſpicere in cæli dignatur lucida templa.

4 Quid. perperã cõtra v. l. hos verſus 4. delent. ego eos ex v.l. emẽdare conatus ſum. Loci, id eſt inanis.
5 Hoc malui ex q. l. in al. rationẽ. De ratione animi, vide indic. ſ. ratio animi.
6 q.l. extera. vide ſup. ſ. leg. foris hęc extera.
7 Sic ex v.l. reſtitui. vulg. tractus. malè. in q.l. pro ire, ipſe. in q.l. peruelit, non malè. vide indic. tactus.

Deſine quapropter nouitate exterritus ipſa
Exſpuere ex animo rationem: ſed magis acri
Iudicio perpende: &, ſi tibi vera videtur,
Dede manus: aut, ſi falſa eſt, accingere contrà.
[4] Quærit enim [5] ratione animus; cùm ſumma loci ſit
Infinita foris, hæc [6] extra mœnia mundi;
Quid ſit ibi porrò quò proſpicere vſque velit mens;
Atque animi [7] tactus liber quò peruolet ire.

Omne infinitum in omnes partes.

Principio nobis in cunctas vndique partes,
Et latere ex vtroque; infrà, ſupra'que, per omne
Nulla eſt finis, vti docui, res ipſa'que per ſe
Vociferatur, & elucet natura profundi.

Nullo

Nullo iam pacto veriſimile eſſe putandum eſt,
[1]Vndique cum vorſum ſpatium vacet infinitum;
Semináque innumero numero, ſummáque profunda
Multimodis volitent æterno percita motu;
Hunc vnum terrarum orbem, cælumque creatum;
Nihil agere illa foris tot corpora materiaï:
Cùm præſertim hic ſit natura factus, & ipſa
Sponte ſua forte offenſando ſemina rerum
Multimodis, temerè, in caſſum, [2]fruſtráque coacta
Tandem [3]coierint; ea quæ [4]conuecta, repentè
Magnarum rerum fierent exordia ſemper;
Terraï, maris, & cæli, generiſque animantum.
Quare etiam atque etiam talis fateare neceſſe eſt
Eſſe alios alibi congreſſus materiaï,
Qualis hic eſt, auido complexu quem tenet æther.
Præterea cùm materies eſt multa parata,
Cùm locus eſt præſtò; nec res, nec cauſſa moratur
Vlla: [5]geri debent nimirum, & confieri res.
Nunc & ſeminibus ſi tanta eſt copia, quantam
Enumerare ætas animantum non queat omnis;
Viſque eadem, & natura manet, quæ ſemina rerum
Conicere in loca quæque queat ſimili ratione,
Atque huc ſunt coniecta: neceſſe eſt confiteare
Eſſe alios alys terrarum in partibus orbes,
Et varias hominum gentes, & ſæcla ferarum.
Huc accedit, vt in ſumma res nulla ſit vna,
Vnica quæ gignatur: & vnica ſoláque creſcat;
[6]Quin quoiuſque ſient ſæcli, permultáque eodem
Sint genere, in primis animalibus, indice mente:
Inuenies ſic montiuagum genus eſſe ferarum;
Sic hominum genitam prolem; ſic denique mutas
Squamigerûm pecudes, & corpora cuncta volantum.

1 Ita o.l. miror cur Lamb. Cũ quoquò verſus.

2 Ita v.l. in q. tamẽ fruſtraq; iacta. Marull. & vulg. iactataque fruſtra. fruſtra quoque iacta.

3 Ita v.q. in al. v. colarint, coartant, coartrint. Marull. & vulg. coierunt. Lãb. cooluerint. ego v.l. expreſsi. vt ſit anapæſtus 2. loco. coetus vox in hac re Lucretio eſt familiaris. coaluerint etiam reciperẽ. quia ad v.l. accedit. & ob verb. præced. coacta. ne videatur poëta βαττολογεῖν.

4 Sic inſ. Conicere, &c.

5 Lamb. geni. contra o. l.

6 Hos duos verſus contra librorũ conſenſum, circumducere nõ ſum auſus, licet videãtur ἀμετρότεροι. alij lib. habent. Quin alio in quouis ſit ſeclo, multaque.

Quapropter cælum ſimili ratione fatendum eſt,
Terram'que, & ſolem, lunam, mare, cetera, quæ ſunt,
Non eſſe vnica, ſed numero magis innumerali:
Quandoquidem vitæ depactus terminus altè
[1]Tam manet hæc etiam, natiuo & corpore conſtant,
Quã genus omne, quod his generatim rebus abũdat.
Quæ bene cognita ſi teneas, natura videtur
Libera continuò dominis priuata ſuperbis,
Ipſa ſua per ſe ſponte omnia dis agere expers.
Nam, prò ſancta deûm tranquilla pectora pace,
Quæ placidum degunt æuum, vitam'que ſerenam;
Quis regere immẽſi ſummam; quis habere profundi
[2]Endo manu validas potis eſt moderanter habenas?
Quis pariter cælos omnis conuertere? & omnes
Ignibus æthereis terras ſuffire feracis?
Omnibus in'que locis eſſe omni tempore præſto?
Nubibus vt tenebras faciat, cæli'que ſerena
Concutiat ſonitu? tùm fulmina mittat: & ædis
Sæpe ſuas diſturbet, & in deſerta recedens
Sæuiat exercens telum, [3]quod ſæpe nocentes
Præterit, exanimat'que indignos, in'que merentes?
Multa'que poſt mundi tempus genitale, diem'que
Primigenum maris, & terræ, ſolis'que coortum,
Addita corpora ſunt extrinſecus, addita circùm
Semina; quæ magnum [4]iaculando contulit omne:
Vnde mare, & terræ poſſent augeſcere; & vnde
[5]Adpareret ſpatium cæli domus, alta'que tecta
Tolleret à terris procul, & conſurgeret aër.
Nam ſua cuique locis ex omnibus omnia plagis
Corpora diſtribuuntur, & ad ſua [6]ſæcla recedunt;
Humor ad humorem, terreno corpore terra
Creſcit, & ignem ignes procudunt, ætheraq́; æther;

Doni-

1 Ita in v. q. & ferè vulg. in v.q. & tam.

2 Ita in v. q.

3 in q. l. quo

4 Et hũc cõtra o. l. ἀβώλζει Lamb. malè. iaculãdo. vt ſup. iactata. omne, τὸ πᾶν. ita magnum inane. ſup. 39,5.

5 Sic reſtitui ex v. meo q. id eſt, adquireret. in al. aptaret, apariret, appareret, aperiret.

6 Hæc eſt v.l. optima ſcriptura.

[1]Donicum ad extremum creſcendi [2]perfica finem
Omnia perduxit rerum natura creatrix.
[3]Vt ſit, vbi nihilo iam plus eſt, quod datur intra
Vitales venas, quàm quod fluit, atque recedit:
Omnibus his ætas debet conſiſtere rebus;
[4]Hic natura ſuis refrenat viribus auctum.
Nam, quæcumque vides hilari grandeſcere adauctu,
Paullatim'que gradus ætatis ſcandere adultæ;
Plura ſibi adſumunt, quàm de ſe corpora mittunt,
Dum facilè in venas cibus omnis diditur; & dum
Non ita ſunt latè diſperſa, vt multa remittant:
Et plus diſpendI faciant, quàm veſcitur ætas.
Nam certè fluere, atque recedere corpora rebus
[5]Multimodis, dandum eſt: ſed plura accedere debent,
[6]Donicum aleſcendi ſummum tetigere cacumen.
Inde minutatim vires, & [7]robor adultum
Frangit, & in partem peiorem liquitur ætas.
Quippe etenim quãto eſt res amplior, augmine dẽpto,
Et quo latior eſt; in cunctas vndique partes
[8]Pluria eo diſpergit, & à ſe corpora mittit.
Nec facilè in venas cibus omnis diditur eii:
Nec ſatis eſt, [9]proquàm largos exæſtuat artus,
Vnde queat tantum ſuboriri, ac ſuppeditare,
[10]Quãtum opus eſt, & quod ſatis eſt, natura nouare.
Iure igitur pereunt, cum rarefacta fluendo
Sunt; & cùm externis ſuccumbunt omnia plagis:
Quandoquidem grandi cibus æuo denique deſit.
Nec tuditantia rem ceſſant extrinſecus vllam
Corpora conficere, & plagis infeſta domare.
Sic igitur magni quoque circùm mœnia mundi
Expugnata dabunt labem, putris'que ruinas.
Omnia debet enim cibus integrare nouando:

1 Ita ex v.l. ſcripſi. vulg. denique.
2 Ita v.q.l. in al. v. & Nonio, perfice. vulg. perſpice.
3 fort. Li
4 Ita v.c. f.his. vt Lamb. vulg. Sic.
5 Ita in v.q. noſtro vulg. Multa manus. quod non tã placet.
6 Sic in vet. noſtris. vulg. donec, in Nonio, Denique. malè. vt & modò. Nonius etiam oleſcẽdi videtur leg. ſed in v.o. aleſcendi.
7 Ita v.l. vulg. robur.
8 in al. plura modò.
9 Ita v.l. q. & q. v. proqua. q. præ-quam. al. æſtus. proquàm aduerb. eſt. vt Lamb. putat. Lamb. ſolta & mox. Quod ſatis eſt, &c. opus eſt ad miniſtrare ac ſuppeditare; ſatis eſt, ad nouare. vulg. inuerſus hic eſt ordo.

[1] Et fulcire cibis, ac omnia ſuſtentare,
Nequicquam, quoniam nec venæ perpetiuntur,
Quod ſatis eſt; neque, quantũ opus eſt, natura miniſtrat.
Iam'que adeò [2] fracta eſt ætas, effetaq; tellus;
Vix animalia parua creat, quæ cuncta creauit
Sæcla, dedit'que ferarum ingentia corpora partu.
Haud (vt opinor) enim mortalia ſæcla supernè
Aurea de cælo demiſit funis in arua:
Nec mare, nec fluctus plangentes ſaxa crearunt:
Sed genuit tellus eadem, quæ nunc alit, ex ſe.
Præterea nitidas fruges, vineta'que læta
Sponte ſua primùm mortalibus ipſa creauit:
Ipſa dedit dulcis fœtus, & pabula læta;
Quæ nunc vix noſtro grandeſcunt aucta labore:
Conterimus'que boues, & [3] viris agricolarum
[4] Conficimus. ferris vix aruis ſuppeditati
Vſqueadeò pereunt fœtus, augent'que labores.
Iam'que caput quaſſans grandis ſuſpirat arator,
Crebrius in caſſum magnum cecidiſſe laborem:
Et cùm tempora temporibus præſentia confert
[5] Præteritis, laudat fortunas ſæpe parentis:
Et crepat, antiquum genus vt pietate repletum
Perfacilè anguſtis tolerarit finibus æuum,
Cùm minor eſſet agri multo modus antè viritim;
Nec tenet, omnia paullatim tabeſcere; & ire
Ad ſcopulum ſpatio ætatis defeſſa vetuſto.

1 Hunc verſum nothum cum Lamb. putamus.

2 Ita o. ferè. l. v: q. tamen, facta; & affecta. ſed hoc ex pronuntiatione manauit. vide & inf. 172, 4. illa ſimilitudine & loquendi formula à femina ſumptis in eadem re vtitur, Virgil. Columel & Salluſt. q. v. facta eſt ætas.

3 Ita v. l. id eſt, agricolis. vt vis equorũ pro equis. vulg. viribus.

4 Ita ex v. q. l. & ratione ſuadente ſcripſi, & interpunxi. q. l. ferrum, malè: q. l. parcunt. rectè ſ. vt ſit abſolutum. q. l. pariunt. fortaſſe hi duo verſus ſunt νόθοι, ex mendoſa præced. verſus ſcriptura intertecti. quod & alias contigit. vide verſus præced.

5 Qui hunc ſequebãtur verſus duo, deleuimus. quia & inepti ſunt, & à lib. noſtr. aberant.

T. Lv-

T. LVCRETII CARI DE RERVM NATVRA,

LIBER TERTIVS.

Procemium.

E tenebris tantis tam clarum extollere lumen
Qui primus potuiſti, inluſtrans cõmoda vitæ,
Te ſequor, ô Graiæ gentis decus, in'que tuis nunc
Fixa pedum pono preſſis veſtigia ſignis,
Non ita certandi cupidus, quàm propter amorem,
Quòd te imitari aueo. quid enim contendat hirundo
Cygnis? aut quid'nam tremulis facere [1] artibus hedi
Conſimile in curſu poſſint, ac fortis equi vis?
Tu pater, & rerum inuentor; tu patria nobis
Suppeditas præcepta; tuis'que ex, inclute, chartis,
Floriferis vt apes in ſaltibus omnia [2] libant,
Omnia nos itidem depaſcimur aurea dicta;
Aurea, perpetua ſemper digniſſima vitâ.
Nam ſimul ac ratio tua cœpit vociferari,
Naturam rerum haud diuina mente coortam:
Diffugiunt animi terrores: mœnia mundi
Diſcedunt; totum video per inane [3] geri res:
Appâret diuûm numen, ſedes'que quietæ;
Quas neque concutiunt venti, nec nubila nimbis
Adſpergunt, neque nix acri concreta pruina
Cana cadens violat; ſemper'que innubilus æther
Integit, & largè diffuſo lumine ridet.
Omnia ſuppeditat porrò natura, neque vlla
Res animi pacem [4] delibat tempore in vllo.

1 Ita erat in v. l. vide indicem.

2 Ita legiſſe uidetur Virgil. 4. Georg. ac Victorin. & ita impreſsi, & noſt. v. alij, limant. quod nimis durum eſt. & repugnat verbo depaſcimur.

3 Ita o. v. c. dicit, mœnibus mũdi diſparatis, videre ſe & quæ apud ſuperos & quæ apud inferos geruntur.

4 Ita o. v. l. Lamb. delibrat, malè. vide indic.

 At con-

At contrà nuſquam apparent Acheruſia templa:
Nec tellus obſtat, quin omnia diſpiciantur,
Sub pedibus quæcumque infrà per inane geruntur.
His tibi me rebus quædam diuina voluptas
[1] *Percijt, atque horror, quòd ſic natura tua vi*
Tam manifeſta patens ex omni parte retecta [2] *eſt.*
Et quoniam docui cunctarum exordia rerum
Qualia ſint; & quàm varijs diſtantia formis
Sponte ſua volitent [3] *aiterno percita motu;*
Quóque modo poſſint res ex his quæque creari:
Haſce ſecundum res, animi natura videtur,
Atque animæ claranda meis iam verſibus eſſe:
Et metus ille foras præceps Acheruntis agendus
Funditus, humanum qui vitam turbat ab imo,
Omnia ſuffundens mortis nigrore, neque vllam
Eſſe voluptatem liquidam, puramque relinquit.
Nam, quòd ſæpe homines morbos magis eſſe timẽdos,
Infamemque ferunt vitam, quàm tartara leti,
Et ſe ſcire animi naturam, ſanguinis eſſe,
Nec prorſum quidquam noſtræ rationis egere;
Hinc licet aduortas animum, magis omnia laudis,
Aut etiam [4] *vetiti, ſi fert ita fera voluntas,*
Iactari cauſſa, quàm quòd res ipſa probetur.
Extorres ijdem patria, longéque fugati
Conſpectu ex hominum, fœdati crimine turpi,
Omnibus ærumnis [5] *adfecti denique viuunt,*
Et quocumque tamen miſeri venêre, parentant,
Et nigras mactant pecudes, [6] *& manibus diuis*
Inferias mittunt; multóque in rebus acerbis
Acrius aduortunt animos ad relligionem.
Quo magis in dubijs hominem ſpectare periclis
Conuenit, aduerſiſque in rebus noſcere qui ſint.

Nam

Homines mortẽ maximè timere.

1 Ita in v. q. quod rectius videtur. in al. percipit. etiam rectè.
2 Malè contra v. l. Lamb. es. nam totus ſermo eſt ad Epicurum.

3 Ita vet. more ſcriptum olim fuiſſe puto: ex eoq. poſteà (vt ſæpe i in l. & cõtrà, commutarant librarij) factum, alternn. vide inf. pag. 107, 29. vbi hi verſus repetuntur. ibi diſertè eſt, æterno.

4 Ita ex vet. l: vulg. venti. & forte. vetitum laudi, fera vetito reſpondet optimè: ex numero mendum.

5 v.q. adflicti

6 quam

Nam veræ voces tum demum pectore ab imo
[1]Eyciuntur: & eripitur perſona, manet res.
Denique auarities, & honorum cæca cupido,
Quæ miſeros homines cogunt tranſcendere finis
Iuris; & interdum ſocios ſcelerum, atque miniſtros
Noctis atque dies niti [2]præſtante labore
Ad ſummas emergere opes; hæc volnera vitæ
Non minimam partem mortis formidine aluntur.
Turpis enim fermè [3]contemptus, & acris egeſtas
Semota ab dulci vita, ſtabili'que videntur;
Et quaſi iam leti portas cunctarier ante.
Vnde homines, dum ſe falſo terrore coacti
[4]Refugiſſe volunt longè, longe'que [5]remaſſe;
Sanguine ciuili rem conflant, diuitias'que
Conduplicant auidi; cædem cædi accumulantes,
Crudeles, gaudent in triſti funere fratris;
Et conſanguineûm menſas odere, timent'que.
Conſimili ratione ab eodem ſæpe timore
Macerat inuidia, ante oculos illum eſſe potentem,
Illum adſpectari, [6]claro qui incedit honore:
Ipſi ſe in tenebris volui, cœno'que queruntur.
Intereunt partim [7]ſtatuæ, & nominis ergô:
Et ſæpe vſqueadeò mortis formidine, vitæ
Percipit humanos odium, lucis'que videndæ;
Vt ſibi conſciſcant mærenti pectore letum,
Obliti fontem curarum, hunc eſſe timorem;
Hunc vexare pudorem, hunc vincula amicitiaï
Rumpere; & in ſumma, pietatem euertere [8]funditus.
Nam iam ſæpe homines patriam, caros'que parentis
Prodiderunt, vitare Acheruſia templa petentes.
Nam veluti pueri trepidant, atque omnia cæcis
In tenebris metuunt: ſic nos in luce timemus

Inter-

1 Ita poſui. vide indic, in lib. tamen eliciuntur.

2 Ita & ſup. 37, 20. q. tamen l. peritāte.

3 Ita v.l. vulg. famę cōtemp. Lamb. fama & con. verū alterum reſpódet cæcę honorū cupidini, alterum auaritiæ.

4 Effugiſſe. malè.
5 vulg. remoſſe. quod quia agēs eſt, refugiſſe autem abſolutum, nō conuenit huic loco. itaq; coniectura ductus repoſui verbum Kuniianum.

6 q. v. claro qui incendit. q.v. claroq; incedere. etiam benè. incendit, nō admitto. in q. v. etiā incendere, malè.
7 Cum in q. l. eſſet ſtatuæ, in al. ſtatuarum, in al. ſtatim; ego ſtatuæ. qua in re ſæpe eſt peccatū. & olim, ſtatuæ honor, dicebāt & Græci, & Lat. ſtatuarū, etiam non malè.

8 Ita cōiectura ſcripſi. vulg. ſuadet. in v.l.q. fundet, & ſ in dit. hinc feci fundi-tus; vt ſit dactylus in fin. qua in re ſępe eſt peccatum. vide indic. verſus. Lamb. fundo. non malè.

Interdum, nihilo quæ ſunt metuenda magis, quàm,
Quæ pueri in tenebris pauitant, finguntq́ue futura.
Hunc igitur terrorem animi, tenebrasq́ue neceſſe eſt
Non radij ſolis, neque lucida tela diei
Diſcutiant, ſed naturæ ſpecies, ratioq́ue.

De animi & animæ natura ſenſuque.

Primùm animum dico, mētem [1] quem ſæpe vocamus,
In quo conſilium vitæ, regimenq́ue locatum eſt,
Eſſe hominis partem nihilo minus, ac manus, & pes,
Atque oculi, partes animantis totius exſtant.
Quamuis multa quidem ſapientum turba [2] putarit
Senſum animi, certa non eſſe in parte locatum,
Verùm habitum quendam vitalem corporis eſſe,
Harmoniam Graij quam dicunt; quòd faciat nos
Viuere cum ſenſu, nulla cùm in parte ſiet mens:
Vt bona ſæpe valitudo cùm dicitur eſſe
Corporis, & non eſt tamen hæc pars vlla valentis:
Sic animi ſenſum non certa parte reponunt.
Magnopere in quo mi diuerſi errare videntur.
Sæpe itaq; in promptu corpus quod cernitur, ægrū eſt;
Cùm tamen ex alia lætamur parte latenti:
Et retrò fit, [3] uti contrà ſit ſæpe viciſſim,
Cùm miſer ex animo, lætatur corpore toto;
Non alio pacto, quàm ſi, pes cùm dolet ægri,
In nullo caput interea ſit forte dolore.
Præterea molli cum ſomno dedita membra,
Effuſumq́ue iacet ſine ſenſu corpus onuſtum;
Eſt aliud tamen in nobis, quod tempore in illo
Multimodis agitatur, & omnis accipit in ſe
Lætitiæ motus, & curas cordis inanis.
Nunc animā quoque vt in membris cognoſcere poſſis
Eſſe, neque harmoniam corpus retinere ſolere:
Principio fit, uti detracto corpore multo,

1 Ita o.l.v. Marull. & vulg. quam.
2 Ita v.q.l. in al. putaret. al. putarunt.
3 v.l. vbi

Sæpe

Sæpe tamen nobis in membris vita moretur:
Atque eadem rurſus cùm corpora pauca caloris
Diffugêre, foras'que per os eſt editus aër;
Deſerit extemplò venas, atque oſſa relinquit.
Noſcere vt hinc poſſis, non æquas omnia partis
Corpora habere; neque ex æquo fulcire ſalutem:
Sed magis hæc, venti quæ ſunt, calidi'que vaporis
Semina, curare, in membris vt vita moretur.
Eſt igitur calor, ac ventus vitalis in ipſo
Corpore; qui nobis moribundos deſerit artus.
Quapropter, quoniam eſt animi natura reperta,
Atque animæ, quaſi pars hominis: redde harmoniaï
Nomen ab organico ſaltu delatum Heliconis,
Siue aliunde ipſi porrò traxere; & in illam
Tranſtulerunt, proprio quæ tum res nomine egebat.
Quidquid id eſt, habeant: tu cetera percipe dicta.
Nunc animum, atque animam dico coniuncta teneri
Inter ſe; atque vnam naturam conficere ex ſe:
Sed caput eſſe quaſi, & dominari in corpore toto
Conſilium, quod nos animum, mentem'que vocamus:
Id'que ſitum media regione in pectoris hæret.
Hic exſultat enim pauor, ac metus: hæc loca circùm
Lætitiæ mulcent: hîc ergo mens, animus'que eſt.
Cetera pars animæ per totum diſſita corpus
Paret, & ad numen mentis, momen'que mouetur:
Id'que ſibi ſolum per ſe ſapit, & ſibi gaudet;
Cùm neque res animam, neque corpus cõmouet vlla.
Et quaſi, cum caput, aut oculus tentante dolore
Læditur in nobis, non omni concruciamur
Corpore: ſic animus non numquam læditur ipſe;
Lætitia'que viget; cùm cetera pars animaï
Per membra, atque artus nulla nouitate cietur.

Animum & animam con iuncta eſſe.

Verùm

1 q. l. v. vementi. etiam rectè.

Verùm vbi [1]*vehementi magis eſt cõmota metu mens;*
Conſentire animam totam per membra videmus:
Sudores itaque, & pallorem exſiſtere toto
Corpore, & infringi linguam, vocem'que aboriri:
Caligare oculos, ſonere auris, ſuccidere artus.
Denique concidere ex animi terrore videmus
Sæpe homines: facilè vt quiuis hinc noſcere poſſit,
Eſſe animam cum animo coniunctã; quæ cũ animi vi
Percuſſa eſt, [2]*exin corpus propellit, & icit.*
Hæc eadem ratio naturam animi, atque animaï
Corpoream docet eſſe. vbi enim propellere membra;
Corripere ex ſomno corpus, mutare'que voltum;
Atque hominem totum regere ac verſare videtur:
(Quorum nihil fieri ſine tactu poſſe videmus,
Nec tactum porrò ſine corpore) non'ne fatendum eſt
Corporea natura animum conſtare, animam'que?
Præterea pariter fungi cum corpore, & vnà
Conſentire animum nobis in corpore cernis.
[3]*Si minus offendit vitam vis horrida* [4]*leti*
Oſſibus ac neruis diſcluſis intus adacta:
Attamen inſequitur languor, terræ'que petitus
Suauis, & in terra [5]*mentis qui gignitur æſtus;*
Interdum'que quaſi exſurgendi incerta voluntas.
Ergo corpoream naturam animi eſſe neceſſe eſt,
Corporeis quoniam telis, ictu'que laborat.

2 Ita Nonius, Icit. & in noſtr. lib. vet, ſentẽtia poſtulat. al. extra. in Nonio etiã percuſſa eſt, malè. Priſc. lib. 10. exhinc, etiam rectè.

3 Nothos putat eſſe hos quinque verſus Lamb. inſigni errore. eſt enim anthypophora egregia. ita abruptè & ſup. 42, 20. & alibi.
4 v. q. teli
5 q. v. mitis

Animum eſſe σῶμα λεπτόμερες.

Is tibi nunc animus quali ſit corpore, & vnde
Conſtiterit, pergam rationem reddere dictis.
Principio eſſe aio perſubtilem, atque minutis
Perquàm corporibus factum conſtare. id ita eſſe
Hinc licet aduertas animum, vt pernoſcere poſſis.

De mobilitate animi.

Nihil adeò fieri celeri ratione videtur,
Quàm ſi mens fieri proponit, & inchoat ipſa.

Ocius ergo animus, quàm res ſe perciet vlla,
Ante oculos quarum in promptu natura videtur.
At quod mobile tantopere eſt, conſtare rotundis
Perquàm ſeminibus debet, perquám'que minutis:
[1]Momine vti paruo poſſint impulſa moueri.
Namque mouetur aqua, & tãtillo momine [2]fluctuat;
Quippe volubilibus, paruis'que creata figuris.
At contrà mellis conſtantior eſt natura,
Et pigri latices magis, & cunctantior actus:
Heret enim inter ſe magis omnis materiai
Copia: nimirum quia non tam læuibus exſtat
Corporibus, neque tam ſubtilibus, atque rotundis.
Namque [3]papauerum, aura poteſt ſuſpenſa, leuis'que
Cogere, vt ab ſummo tibi diffluat altus aceruus.
At contrà lapidum [4]conlectum, ſpiclorum'que
Nenu poteſt. igitur paruiſſima corpora [5]proquàm
Et læuiſſima ſunt, ita [6]mobilitata fruuntur:
At contrà quo quæque magis cum pondere magno,
Aſperá'que inueniuntur; eo ſtabilita magis ſunt.
Nunc igitur, quoniam eſt animi natura reperta
Mobilis egregiè: perquàm conſtare neceſſe eſt
Corporibus paruis, & læuibus, atque rotundis.
Quæ tibi cognita res, in multis, ô bone, rebus
Vtilis inuenietur, & opportuna cluebit.
Hæc quoque res etiam naturam [7]dedicat eius,
Quàm tenui conſtet textura; quam'que loco ſe
Contineat paruo, ſi [8]poſſet conglomerari;
Quòd ſimul atque hominem leti ſecura quies eſt
Indepta; atque animi natura, animá'que receſſit:
Nihil ibi libatum de toto corpore cernas
Ad ſpeciem, nihil ad pondus: mors omnia præſtat,
Vitalem præter ſenſum, calidum'que vaporem.

1 Ita Feſt. qui tamẽ habet, ſi paruo poſſent. q. l. nomine. malè. ita inf. 204.

2 Ita reſtitui, vt ſit dactylus in fin. vide indic. qui numerus hic optimè cõgruit. in lib. q. fluctat, in q. flutat. neutrum Lucretio dignum. vide & inf. 309.

3 Hæc verior videtur ſcriptura. vide ſimile ſup. 35. de verbo, corporũ. alij, papaueris.

4 Sic leg. puto. vulg. coniectum. vide indic.

5 Ita v. l ferè. o. vide indic. q. v. tamẽ vt & Marull. & vulg. quanto. q. v. etiam perquàm.

6 Ita in q. v. niſi quod pro mobilitata erat, mobilitate. vulg. mobilitate fruuntur

7 vide ſup. pag. 38, 2.

8 Ita o. v. ferè. Marull. poſſit.

Ergo

Ergo animam totam perparuis eſſe neceſſe eſt
Seminibus, nexam per venas, viſcera, neruos:
Quatinus omnis vbi è toto iam corpore ceſſit;
Extima membrorum circumcæſura tamen ſe
Incolumem præſtat; nec deſit ponderis hilum.
Quod genus eſt Bacchi cùm flos euanuit, aut cùm
Spiritus vnguenti ſuauis diffugit in auras:
Aut aliquo cum iam ſuccus de corpore ceſſit;
Nihil oculis tamen eſſe minor res ipſa videtur
Propterea, neque detractum de pondere quidquam:
Nimirum, quia multa, minutáque ſemina ſuccos
Efficiunt, & odorem in toto corpore rerum.
Quare etiam atque etiam mentis naturam, animæq́;
Scire licet perquàm pauxillis eſſe creatam
Seminibus, quoniam fugiens nihil ponderis aufert.
Nec tamen hæc ſimplex nobis natura putandum eſt.
Tenuis enim quædam moribundos deſerit aura
Miſta vapore: vapor porrò trahit aëra ſecum;
Nec calor eſt quiſquam, cui non ſit miſtus & aër:
Rara quòd eius enim conſtat natura, neceſſe eſt
Aëris inter eum primordia multa [r] *moueri.*
Iam triplex animi eſt igitur natura reperta.
Nec tamen hæc ſat ſunt ad ſenſum cuncta creandum:
Nihil horum quoniam recipit mens, poſſe creare
Senſiferos motus quædam, quæ mente volutet.
Quarta quoque his igitur quædam natura neceſſe eſt
Attribuatur. ea eſt omnino nominis expers:
Qua neque mobilius quidquam, neq; tenuius exſtat;
Nec magis è paruis, aut læuibus ex elementis:
Senſiferos motus quæ didit prima per artus.
Prima cietur enim paruis perfecta figuris:
Inde calor motus, & venti cæca poteſtas

Tertiam animã eſſe mẽtem.

r quid. leg. putant, cieri.

Quartam ſine nomine animam.

Acci-

Accipit; inde aër; inde omnia mobilitantur:
Concutitur tum ſanguis; viſcera perſentiſcunt
Omnia. poſtremis datur oſſibus, atque medullis
Siue voluptas eſt, ſiue eſt contrarius [1] ardor.
Nec temerè huc dolor vſq; poteſt penetrare, neque a-
Permanare malum, quin omnia perturbentur. (cre
Vſqueadeò, vitæ [2] deſit locus, atque animaï
Diffugiunt partes per caulas corporis omnis.
Sed plerumque fit in ſummo quaſi corpore finis
Motibus; hanc ob rem vitam retinere valemus.
Nunc ea quo pacto inter ſeſe mixta, quibus'que
Compta modis vigeant; rationem reddere auentem,
Abſtrahit inuitum patrij ſermonis egeſtas:
Sed tamen, vt poterò ſummatim attingere, tangam.
Inter enim curſant primordia principiorum
Motibus inter ſe; nihil vt ſecernier vnum
Poſſit, nec ſpatio fieri diuiſa poteſtas:
Sed quaſi multæ vis vnius corporis exſtant.
Quod genus in quouis animantum viſcere volgò,
Eſt odor, & quidam [3] color, & ſapor: & tamen ex his
Omnibus eſt vnum perfectum corporis augmen:
Sic calor, atque aër, & venti cæca poteſtas
Mixta creant vnam naturam, & mobilis illa
Vis, [4] initium motus ab ſe quæ diuidit ollis:
Senſifer vnde oritur primùm per viſcera motus.
Nam penitus prorſum latet hæc natura, ſubeſt'que:
Nec magis hac infrà quidquam eſt in corpore noſtro;
Atque anima eſt animæ proporrò totius ipſa.
Quod genus in noſtris membris, & corpore toto
Mixta latens animi vis eſt, animæ'que poteſtas,
Corporibus quia de paruis, paucis'que creata eſt.
Sic tibi nominis hæc expers vis, facta minutis

G Cor-

1 Hæc veriſſ. ſcriptura. vide indic.

2 in q. l. deſit. & mox diffugiant, mendoſè.

Coniunctio animi & animarum.

3 Ita habebãt quid. lib. vide ſup. 57, 13. alij hic, & ibi, habebant, calor.

4 initum.

1 Ita in pleriſq. om. libr. in al. abeſt, quaſi. quod tamen non eſt otioſum.

Corporibus latet: atque [1] *animæ quaſi totius ipſa*
Proporrò eſt anima, & dominatur corpore toto.
Conſimili ratione neceſſe eſt ventus, & aër,
Et calor inter ſe vigeant commiſta per artus;
Atque alijs aliud ſubſit magis, emineat'que,
2 ab *Vt quiddam fieri videatur* [2] *de omnibus vnum:*
3 Ita in v. l. al. Ne [3] *Ni calor, ac ventus ſeorſum, ſeorſum'que poteſtas*
Aëris intermant ſenſum, diducta'que ſoluant.
De varietate animi. *Eſt etiam calor ille animo, quem ſumit in ira;*
Cùm feruiſcit, & ex oculis micat acrius ardor.
Eſt & frigida multa comes formidinis aura;
Quæ ciet horrorem in membris, & concitat artus.
Eſt etiam quoque pacati ſtatus aëris ille,
Pectore tranquillo qui fit, voltu'que ſereno.
Sed calidi plus eſt illis, quibus acria corda,
Iracunda'que mens facilè efferuiſcit in ira:
Quo genere imprimis vis eſt violenta leonum;
Pectora qui fremitu rumpunt plerumque gementes;
Nec capere irarum fluctus in pectore poſſunt.
At ventoſa magis ceruorum frigida mens eſt;
Et gelidas citius per viſcera concitat auras;
Quæ tremulum faciunt membris exſiſtere motum.
At natura boum placido magis aëre viuit;
Nec nimis iraï fax vmquam ſubdita percit
Fumida, ſuffundens cæca caliginis vmbras;
4 gelidi *Nec* [4] *gelidis torpet telis perfixa pauoris;*
Inter vtroſque ſita eſt, ceruos, ſæuos'que leones.
Sic hominu[illegible] genus eſt, quamuis doctrina politos
Con[illegible]r quoſdam, tamen illa relinquit
[illegible] v. q. ma[illegible] [illegible]e [5] *animi veſtigia prima:*
[illegible]*melli mala poſſe putandum eſt,*
[illegible]*us hic iras decurrat ad acris;*

Ille

Ille metu citius paullo tentetur; at ille
Tertius accipiat quædam clementius æquo:
In'que alijs rebus multis differre neceſſe eſt
Naturas hominum varias, mores'que ſequacis:
Quorum ego nunc nequeo cæcas exponere cauſſas;
Nec reperire figurarum tot nomina, quot ſunt
Principijs; vnde hæc oritur variantia rerum.
Illud in his rebus video firmare poteſſe,
Vſqueadeò naturarum veſtigia linqui
Paruula, quæ nequeat ratio depellere dictis,
Vt nihil impediat dignam dijs degere vitam.
Hæc igitur natura tenetur corpore ab omni;
Ipſa'que corporis eſt cuſtos, & cauſſa ſalutis:
Nam communibus inter ſe radicibus hærent;
Nec ſine pernicie diuelli poſſe videntur.
Quod genus è turis glebis euellere odorem
Haud facilè eſt, quin intereat natura quoque eius:
Sic animi, atque animæ naturam corpore toto
Extrahere haud facilè eſt, quin omnia diſſoluantur.
Implexis ita principijs ab origine prima
Inter ſe fiunt conſorti prædita vita:
Nec [1] ſibi quidque ſine alterius vi poſſe videtur
Corporis, atque animi ſeorſum [2] ſentire poteſtas:
Sed communibus inter eos conflictatur vtrimque
Motibus accenſus nobis per viſcera ſenſus.
Præterea corpus per ſe nec gignitur vmquam,
Nec creſcit, [3] neque poſt mortem durare videtur.
Non enim, vt humor aquæ dimittit ſæpe [4] vaporem,
Qui datus eſt, neque ab hac cauſſa conuellitur ipſe,
Sed manet incolumis; non, inquam, ſic animai
Diſcidium poſſunt artus perferre relicti,
Sed penitus pereunt conuolſi, con'que putreſcunt:

1 Ita in v. o. & non nullis vulgat. in al. Nec ſine vi quidquam alterius ſibi poſſe videtur. ego à vet. lib. conſenſu, etſi parum interſit, diſcedere nolui.
2 conſtare
3 nec
4 ſaporem

Ex ineunte æuo ſic corporis, atque animai
Mutua vitalis diſcunt contagia motus
Maternis etiam membris, aluo que repoſta;
Diſcidium vt nequeat fieri ſine peſte, malo'que:
Vt videas, quoniam coniuncta eſt cauſſa ſalutis,
Coniunctam quoque naturam conſiſtere eorum.

De ſenſu corporis, & animi.

[1] Ita o.l. Lamb. renutat.

Quod ſupereſt, ſi quis corpus ſentire [1] refutat
Atque animam credit permiſtam corpore toto
Suſcipere hunc motum, quem ſenſum nominitamus;
Vel manifeſtas res contra, veras'que repugnat.
Quid ſit enim corpus ſentire quis adferet vmquam,
Si non ipſa palàm quod res dedit, ac docuit nos?
At dimiſſa animà corpus caret vndique ſenſu:

[2] Hunc Lamb. διελίξει. videtur parẽtheſi includendus.

[2] *Perdit enim quod non proprium fuit eius in æuo;*
Multa'que præterea perdit cum expellitur æuo.
Dicere porrò oculos nullam rem cernere poſſe;
Sed per eos animum, vt foribus ſpectare recluſis,

[3] Hoc malui ex v. c. al. tamen Difficile. Sic & alibi eos delirare dicit, imitatus Epicurũ. vide Cic. lib. 1. de nat. deor. vbi de Zenone Epicureo.

[4] Ita o.l. videtur tamen leg. ducat. & prox. verſ. [illegible]

[3] *Deſipere eſt, contrà cum ſenſus [4] ducat eorum:*
Senſus enim trahit, atque acies detrudit ad ipſas;
Fulgida præſertim cùm cernere ſæpe nequimus,
Lumina luminibus quia nobis præpediuntur:
Quod foribus non fit. neque enim, quà cernimus ipſi,
Oſtia ſuſcipiunt vllum recluſa laborem.
Præterea ſi pro foribus ſunt lumina noſtra;
Iam magis exemptis oculis debere videtur

[5] rem. f. verè.

Cernere [5] res animus ſublatis poſtibus ipſis.

Cõtra Democritum, de animo & anima: corpus non ſentire per ſe ſine animi motu.

Illud in his rebus nequaquam ſumere poſſis,
Democriti quod ſancta viri ſententia ponit;
Corporis atque animi primordia ſingula primis
Adpoſita alternis variare, ac nectere membra.
Nam cùm multo ſunt animai elementa minora,
Quàm quibus & corpus nobis, & viſcera conſtant,

Tum

Tum numero quoque concedunt, & rara per artus
Diſſita ſunt: duntaxat vt hoc promittere poſſis,
Quantula prima queant nobis iniecta ciere
Corpora ſenſiferos motus in corpore, tanta
Interualla tenere exordia prima animaï.
Nam neque pulueris interdum ſentimus adhæſum
Corpore, nec membris incuſſam ſidere cretam,
Nec nebulam noctu, neque aranei tenuia fila
Obuia ſentimus, quando obretimur euntes;
Nec ſupra caput eiuſdem cecidiſſe vietam
Veſtem, nec plumas auium, pappos'que volantis,
Qui nimia léuitate cadunt plerumque grauatim.
Nec repentis itum cuiuſuis cumque animantis
Sentimus; nec priua pedum veſtigia quæque,
Corpore quæ in noſtro culices, & cetera ponunt.
Vſqueadeò prius eſt in nobis multa ciendum
Semina, corporibus noſtris immiſta per artus,
Quàm primordia ſentiſcant concuſſa animaï;
Et quàm interuallis tantis tuditantia poſſint
Concurſare, coïre, & diſſultare viciſſim.
Et magis eſt animus vitaï clauſtra coërcens,
Et dominantior ad vitam, quàm vis animaï.
Nam ſine mente, animo'que nequit reſidêre per artus
Temporis exiguam partem pars vlla animaï;
Sed [1] *comes inſequitur facilè, & diſcedit in auras;* 1 v. l. cumes
Et gelidos artus in leti frigore linquit.
At manet in vita, cui mens, animus'que remanſit,
Quamuis eſt circumcæſis lacer vndique membris;
Trũcus, adempta anima circùm, membriſq; remotis,
Viuit; & æthereas vitalis ſuſcipit auras:
Si non omnimodis, at magna parte animaï
Priuatus, tamen in vita cunctatur, & hæret.

 Vt la-

Vt lacerato oculo circùm, ſi pupula manſit
Incolumis, ſtat cernendi viuata poteſtas,
Dummodò ne totum corrumpas luminis orbem:
Sed circumcidas aciem, ſolam'que relinquas;

1 Ita rectè. Lamb. in lib. non fiet

Id quoque enim ſine pernicie [1] conſiet eorum.
At ſi tantula pars oculi media illa pereſa eſt;
Incolumis quamuis alioqui ſplendidus orbis:
Occidit extemplò lumen, tenebræ'que ſequuntur.

2 q.l. iuncti

Hoc anima, atq; animus [2] vincti ſunt fœdere ſemper.

Animũ natiuum & mortalem eſſe, docet pluribus argumentis, quibus Firmianus reſpondet lib. 7. c. 12. &c.

3 deponere

4 Marul. face

Nunc age, natiuos animantibus, & mortalis
Eſſe animos, animaſ'que leuis, vt noſcere poſſis;
Conquiſita diu, dulci'que reperta labore
Digna tua pergam [3] diſponere carmina vita.
Tu [4] fac vtrumque vno ſubiungas nomen eorum;
Atque animam, verbi cauſſa, cùm dicere pergam,
Mortalem eſſe docẽs; animum quoque dicere credas:
Quatinus eſt vnum inter ſe, coniuncta'que res eſt.

5 Huic verbo, quoniam, quod & mox repetit, ob quædam interiecta, ibi, Nunc igitur quom, &c. eandem ſubiungit ἀνταπόδοσιν, ibi, Crede, &c.

1. argum.

Principio, [5] quoniam tenuem conſtare minutis
Corporibus docui, multo'que minoribus eſſe
Principijs factam, quàm liquidus humor aquai eſt,
Aut nebula, aut fumus: nam longè mobilitate
Præſtat, & à tenui cauſſa magis icta mouetur;
Quippe vbi imaginibus fumi, nebulæ'que mouetur:
Quod genus, in ſomnis ſopiti vbi cernimus alta
Exhalare vapore altaria, ferre'que fumum:

6 Lamb. geruntur, malè. contra o. l.

Nam procul hæc dubio nobis ſimulacra [6] geruntur:
Nunc igitur quoniam quaſſatis vndique vaſis
Diffluere humorem, & laticem diſcedere cernis;
Et nebula ac fumus quoniam diſcedit in auras:

7 Ita v. o. in q. hominis. qua in re ſæpe variatũ eſt. ſup. 26, 12. cur ergo Marull. omnibus è mẽbris? vide indicem. omnibus.

Crede aninam quoque diffundi, multo'que perire
Ocius, & citius diſſolui corpora prima,
Cùm ſemel ex [7] omnibus membris ablata receſſit.

Quippe

Quippe etenim, corpus, quod vas quaſi conſtitit eius,
[1]Quom cohibere nequit conquaſſatum ex aliquare,
Ac rarefactum detracto ſanguine venis;
Aëre quî credas poſſe hanc cohiberier vllo,
Corpore qui noſtro rarius magis [2]an cohibeſſit?
Præterea gigni pariter cum corpore, & vnà
Creſcere ſentimus, pariter'que ſeneſcere mentem.
Nam velut infirmo pueri, tenero'que vagantur
Corpore; ſic animi ſequitur ſententia tenuis:
Inde, vbi robuſtis adoleuit viribus ætas;
Conſilium quoque maius, & auctior eſt animi vis.
Pòſt, vbi iam validis quaſſatum eſt viribus æui
Corpus, & obtuſis ceciderunt viribus artus;
Claudicat ingenium, delirat lingua'que, [3]mens'que:
Omnia deficiunt, atque vno tempore [4]deſunt.
Ergo diſſolui quoque conuenit omnem animaï
Naturam, ceu fumus in altas aëris auras:
Quandoquidem gigni pariter, pariter'que videmus
Creſcere: &, vt docui, ſimul æuo feſſa [5]fatiſcit.
Hôc accedit, vti videamus, corpus [6]vt ipſum
Suſcipere immanis morbos, durum'que [7]dolorem;
Sic animum curas acris, luctum'que, metum'que.
Quare participem leti quoque conuenit eſſe.
Quinetiam morbis in corporis auius errat
Sæpe animus; [8]dementit enim, delira'que fatur:
Interdum'que graui lethargo fertur in altum,
Aeternum'que ſoporem, oculis, [9]vultu'que cadenti;
Vnde neque exaudit voces; nec noſcere voltus
Illorum potis eſt, ad vitam qui reuocantes
Circumſtant lacrumis rorantes ora, genas'que.
Quare animum quoque diſſolui fateare neceſſe;
Quandoquidem penetrant in eum contagia morbi.

1 Ita ſcripſi, cùm in q.l. eſſet Cum, in al. Quum.
2 Cum in vulg. lib. eſſet incohibeſcit. Lamb. fecit, eam cohibeſſit. nos an, vt ex inquirere, anquir. alibi.

2. argum. Animã & corpus ſimul naſci, & creſcere, & ſimul interire.

3 in q.l. animusque

4 f. deſiunt

5 q.v. fatiſci

3. argum.

6 id. al. in.

7 Ita in v.l. vt & inf. Nam dolor ac morbus. vulg. laborem.

4. argum.

8 q.l. dementia

9 Ita erat in lib. noſtris. quod re.tuſ. eſt. al. nutu.

1 ex cod. Anglic. hos interiect. qui etſi inf. paullo poſt repetantur, hic tamẽ non ſunt alieni: & illud, Et quoniam, &c. indicat hos verſus hic iam antea fuiſſe poſitos. iiſque hic oſtẽdit, morbis obnoxiam eſſe mẽtem.

5. argum.

Nam dolor, ac morbus leti fabricator vterque eſt;
Multorum exitio perdocti quod ſumus antè.
[1] *Præterea mentem ſanari, corpus vt ægrum,*
Et pariter flecti medicina poſſe videmus.
Denique cur hominem, cùm vini vis penetrauit
Acris, & in venas diſceſſit diditus ardor;
Conſequitur grauitas membrorum? præpediuntur
Crura vacillanti? tardeſcit lingua? madet mens?
Nant oculi? clamor, ſingultus, iurgia gliſcunt?
Et iam cetera de genere hoc quæcumque ſequuntur,
Cur ea ſunt, niſi quòd vehemens violentia vini
Conturbare animam conſueuit corpore in ipſo?
At quæcumque queunt conturbari, inque pediri,
Significant, paullo ſi durior inſinuarit
Cauſſa, fore vt pereant æuo priuata futuro.
Quinetiam ſubita vi morbi ſæpe coactus
Ante oculos aliquis noſtros, vt fulminis ictu
Concidit; & ſpumas agit, ingemit, & tremit artus;
Deſipit, extentat neruos, torquetur, anhelat;
Inconſtanter & in iactando membra fatigat:
Nimirum, quia vis morbi diſtracta per artus
Turbat agens animam: [2] *ſpumantes vt in æquore ſalſo*
Ventorum validis feruiſcunt viribus vndæ.
Exprimitur porro gemitus; quia membra dolore
Adficiuntur; & omnino, quod ſemina vocis
[3] *Eiciuntur, & ore foras glomerata feruntur,*
[4] *Quâ quaſi conſuerunt, & ſunt munita viaï.*
Deſipientia fit, [5] *quia vis animi, atque animaï*
Conturbatur; &, vt docui, diuiſa ſeorſum
Diſiectatur eodem illo diſtracta veneno.
Inde, vbi iam morbi ſe flexit cauſſa, reditque
In latebras ater corrupti corporis humor:

2 Ita ex v. l. reſtitui, ſ. littera in, Spumãtes, extrita. vide indic. cuius rei ignoratio mendum creauit. q. v. ſpumãs velut, malè.

3 Ita & hic malui. in libr. eliciuntur. vide indic.

4 Lamb. hunc verſum, vt ſpuriũ, delet; cum ſit elegantiſſ.

5 cùm

Tum

Tum quaſi [1]*vacillans primùm conſurgit; & omnis*
Paullatim redit in ſenſus, animam'que receptat.
Hæc igitur tantis vbi morbis corpore in ipſo
Iactentur, miſeris'que modis diſtracta laborent:
Cur eadem credis ſine corpore in aëre aperto
Cum validis ventis ætatem degere poſſe?
Et quoniam mentem ſanari, corpus vt ægrum,
Cernimus, & flecti medicina poſſe videmus:
Id quoque præſagit mortalem viuere mentem.
Addere enim partis, aut ordine traicere æquum eſt,
Aut aliquid prorſum de ſumma detrahere, illum,
Commutare animum quicumque adoritur, & [2]*infit;*
Aut aliam quamuis natura flectere quærit.
At neque transferri ſibi partis, nec tribui vult,
Immortale quod eſt, quidquam, neque [3]*defluere hilũ.*
Nam quodcumque ſuis mutatum finibus exit,
Continuò hoc mors eſt illius, quod fuit antè.
Ergo animus ſiue ægreſcit, mortalia ſigna
Mittit, [4]*vti docui, ſeu flectitur à medicina.*
Vſque adeò falſæ rationi vera videtur
Res occurrere, & effugium præcludere eunti,
Ancipiti'que refutatu conuincere falſum.
Denique ſæpe hominem paullatim [5]*cernimus ire,*
Et membratim vitalem [6]*deperdere ſenſum:*
In pedibus primùm digitos liueſcere, & vnguis;
Inde pedes & crura mori: poſt inde per artus
Ire alios tractim gelidi veſtigia leti.
Scinditur [7]*atque* [8]*animæ quoniam natura, nec vno*
Tempore ſincera exſiſtit, mortalis habenda eſt.
Quòd ſi forte putas ipſam ſe poſſe per artus
Introrſum trahere, & partis conducere in vnum,
Atque [9]*adeò cunctis ſenſum deducere membris;*

1 Ita o.l. vacillãtem poeta fecit verſum ratione ret. quod tralaticium eſt. nam τõ vacillo, prima eſt breuis. Lambini talipedãs, etſi egregium & Ennianum ſit, non auſim recipere, cõtra o.l. fortaſſe etiam vacillo primam habuit ancipitem.

6. argum.

2 vulg. & ipſum

3 Ita rectè Lamb. vulg. diſfluere. contrà, nos in nocã. Att. fecimus.

4 vt edocui

7. argum.

5 Ita in vet. pleriſq. in al. cernis obire; prius in illam. vt antè, Cernimus, & flecti, &c.

6 v. q. diſperdere. f. diſpergere. vt mox, diſperſa.

7 Hoc in q. l. inuentum malui. vide indicem.

8 in al. animi. non malè.

9 Et hoc rectius eſt. in al. ideo

Interdum, nihilo quæ ſunt metuenda magis, quàm,
Quæ pueri in tenebris pauitant, finguntque futura.
Hunc igitur terrorem animi, tenebrasque neceſſe eſt
Non radij ſolis, neque lucida tela diei
Diſcutiant, ſed naturæ ſpecies, ratióque.

De animi & animæ natura ſenſuque.

Primùm animum dico, mētem [1] *quem ſæpe vocamus,*
In quo conſilium vitæ, regimenque locatum eſt,
Eſſe hominis partem nihilo minus, ac manus, & pes,
Atque oculi, partes animantis totius exſtant.
Quamuis multa quidem ſapientum turba [2] *putarit*
Senſum animi, certa non eſſe in parte locatum,
Verùm habitum quendam vitalem corporis eſſe,
Harmoniam Graij quam dicunt; quòd faciat nos
Viuere cum ſenſu, nulla cùm in parte ſiet mens:
Vt bona ſæpe valitudo cùm dicitur eſſe
Corporis, & non eſt tamen hæc pars vlla valentis:
Sic animi ſenſum non certa parte reponunt.
Magnopere in quo mi diuerſi errare videntur.
Sæpe itaq; in promptu corpus quod cernitur, ægrū eſt;
Cùm tamen ex alia lætamur parte latenti:
Et retrò fit, [3] *vti contrà ſit ſæpe viciſſim,*
Cùm miſer ex animo, lætatur corpore toto;
Non alio pacto, quàm ſi, pes cùm dolet ægri,
In nullo caput interea ſit forte dolore.
Præterea molli cum ſomno dedita membra,
Effuſumque iacet ſine ſenſu corpus onuſtum;
Eſt aliud tamen in nobis, quod tempore in illo
Multimodis agitatur, & omnis accipit in ſe
Lætitiæ motus, & curas cordis inanis.
Nunc animā quoque vt in membris cognoſcere poſſis
Eſſe, neque harmoniam corpus retinere ſolere:
Principio fit, vti detracto corpore multo,

1 Ita o.l.v. Marull. & vulg. quam.

2 Ita v.q.l. in al. putaret. al. putarunt.

3 v.l. vbi

Sæpe tamen nobis in membris vita moretur:
Atque eadem rurſus cùm corpora pauca caloris
Diffugêre, foras'que per os eſt editus aër;
Deſerit extemplò venas, atque oſſa relinquit.
Noſcere vt hinc poſſis, non æquas omnia partis
Corpora habere; neque ex æquo fulcire ſalutem:
Sed magis hæc, venti quæ ſunt, calidi'que vaporis
Semina, curare, in membris vt vita moretur.
Eſt igitur calor, ac ventus vitalis in ipſo
Corpore; qui nobis moribundos deſerit artus.
Quapropter, quoniam eſt animi natura reperta,
Atque animæ, quaſi pars hominis: redde harmoniaï
Nomen ab organico ſaltu delatum Heliconis,
Siue aliunde ipſi porrò traxere; & in illam
Tranſtulerunt, proprio quæ tum res nomine egebat.
Quidquid id eſt, habeant: tu cetera percipe dicta.
Nunc animum, atque animam dico coniuncta teneri
Inter ſe; atque vnam naturam conficere ex ſe: Animum & animam coniuncta eſſe.
Sed caput eſſe quaſi, & dominari in corpore toto
Conſilium, quod nos animum, mentem'que vocamus:
Id'que ſitum media regione in pectoris hæret.
Hic exſultat enim pauor, ac metus: hæc loca circùm
Lætitiæ mulcent: hîc ergo mens, animus'que eſt.
Cetera pars animæ per totum diſſita corpus
Paret, & ad numen mentis, momen'que mouetur:
Id'que ſibi ſolum per ſe ſapit, & ſibi gaudet;
Cùm neque res animam, neque corpus cõmouet vlla.
Et quaſi, cum caput, aut oculus tentante dolore
Læditur in nobis, non omni concruciamur
Corpore: ſic animus non numquam læditur ipſe;
Lætitia'que viget; cùm cetera pars animaï
Per membra, atque artus nulla nouitate cietur.

Verùm

[1] q. l. v. vementi. etiam rectè.

Verùm vbi[1] *vehementi magis eſt cõmota metu menti;*
Conſentire animam totam per membra videmus:
Sudores itaque, & pallorem exſiſtere toto
Corpore, & infringi linguam, vocem'que aboriri:
Caligare oculos, ſonere auris, ſuccidere artus.
Denique concidere ex animi terrore videmus
Sæpe homines: facilè vt quiuis hinc noſcere poſſit,
Eſſe animam cum animo coniunctã; quæ cũ animi vi
Percuſſa eſt,[2] *exin corpus propellit, & icit.*
Hæc eadem ratio naturam animi, atque animaï
Corpoream docet eſſe. vbi enim propellere membra;
Corripere ex ſomno corpus, mutare'que voltum;
Atque hominem totum regere ac verſare videtur:
(Quorum nihil fieri ſine tactu poſſe videmus,
Nec tactum porrò ſine corpore) non'ne fatendum eſt
Corporea natura animum conſtare, animam'que?
Præterea pariter fungi cum corpore, & vnà
Conſentire animum nobis in corpore cernis.
[3] *Si minus offendit vitam vis horrida*[4] *leti*
Oſſibus ac neruis diſcluſis intus adacta:
Attamen inſequitur languor, terræ'que petitus
Suauis, & in terra[5] *mentis qui gignitur æſtus;*
Interdum'que quaſi exſurgendi incerta voluntas.
Ergo corpoream naturam animi eſſe neceſſe eſt,
Corporeis quoniam telis, ictu'que laborat.

[2] Ita Nonius, Icit. & in noſtr. lib. vet, ſentẽtia poſtulat. al. extra. in Nonio etiã perculſa eſt, malè. Priſc. lib. 10. exhinc, etiam rectè.

[3] Nothos putat eſſe hos quinque verſus Lamb. inſigni errore. eſt enim anthypophora egregia. ita abruptè & ſup. 42, 20. & alibi.
[4] v. q. teli
[5] q. v. mitis

Animum eſſe σῶμα λεπτόμερες.

Is tibi nunc animus quali ſit corpore, & vnde
Conſtiterit, pergam rationem reddere dictis.
Principio eſſe aio perſubtilem, atque minutis
Perquàm corporibus factum conſtare. id ita eſſe
Hinc licet aduertas animum, vt pernoſcere poſſis.

De mobilitate animi.

Nihil adeò fieri celeri ratione videtur,
Quàm ſi mens fieri proponit, & inchoat ipſa.

Ocius

Ocius ergo animus, quàm res ſe perciet vlla,
Ante oculos quarum in promptu natura videtur.
At quod mobile tantopere eſt, conſtare rotundis
Perquàm ſeminibus debet, perquám que minutis:
[1] Momine vti paruo poſſint impulſa moueri.
Namque mouetur aqua, & tātillo momine [2] fluctuat;
Quippe volubilibus, paruis que creata figuris.
At contrà mellis conſtantior eſt natura,
Et pigri latices magis, & cunctantior actus:
Heret enim inter ſe magis omnis materiaï
Copia: nimirum quia non tam læuibus exſtat
Corporibus, neque tam ſubtilibus, atque rotundis.
Namque [3] papauerum, aura poteſt ſuſpenſa, leuis que
Cogere, vt ab ſummo tibi diffluat altus aceruus.
At contrà lapidum [4] conlectum, ſpiclorum que
Nenu poteſt. igitur paruiſſima corpora [5] proquàm
Et læuiſſima ſunt, ita [6] mobilitata fruntur:
At contrà quo quæque magis cum pondere magno,
Aſperá que inueniuntur; eo ſtabilita magis ſunt.
Nunc igitur, quoniam eſt animi natura reperta
Mobilis egregiè: perquàm conſtare neceſſe eſt
Corporibus paruis, & læuibus, atque rotundis.
Quæ tibi cognita res, in multis, ô bone, rebus
Vtilis inuenietur, & opportuna cluebit.
Hæc quoque res etiam naturam [7] dedicat eius,
Quàm tenui conſtet textura; quám que loco ſe
Contineat paruo, ſi [8] poſſet conglomerari;
Quòd ſimul atque hominem leti ſecura quies eſt
Indepta; atque animi natura, animá que receſſit:
Nihil ibi libatum de toto corpore cernas
Ad ſpeciem, nihil ad pondus: mors omnia præſtat,
Vitalem præter ſenſum, calidum que vaporem.

1 Ita Feſt. qui tamē habet, ſi paruo poſſent. q. l. nominemale. ita inf. 204.

2 Ita reſtitui, vt ſit dactylus in fin. vide indic. qui numerus hic optimè cōgruit. in lib. q. fluctat, in q. flutat. neutrum Lucretio dignum. vide & inf. 309.

3 Hæc verior videtur ſcriptura. vide ſimile ſup. 35. de ſ verbo, corporū. alij, papaueris.

4 Sic leg. puto. vulg. coniectum. vide indic.

5 Ita v. l ferè. o. vide indic. q. v. tamē vt & Marull. & vulg. quanto. q. v. etiam perquàm.

6 Ita in q. v. niſi quod pro mobilitata erat, mobilitate. vulg. mobilitate fruuntur

7 vide ſup. pag. 38, 2.

8 Ita o. v. ferè. Marull. poſſit.

Ergo

Ergo animam totam perparuis eſſe neceſſe eſt
Seminibus, nexam per venas, viſcera, neruos:
Quatinus omnis vbi è toto iam corpore ceſſit;
Extima membrorum circumcæſura tamen ſe
Incolumem præſtat; nec deſit ponderis hilum.
Quod genus eſt Bacchi cùm flos euanuit, aut cùm
Spiritus vnguenti ſuauis diffugit in auras:
Aut aliquo cum iam ſuccus de corpore ceſſit;
Nihil oculis tamen eſſe minor res ipſa videtur
Propterea, neque detractum de pondere quidquam:
Nimirum, quia multa, minutáque ſemina ſuccos
Efficiunt, & odorem in toto corpore rerum.
Quare etiam atque etiam mentis naturam, animáq;
Scire licet perquàm pauxillis eſſe creatam
Seminibus, quoniam fugiens nihil ponderis aufert.
Nec tamen hæc ſimplex nobis natura putandum eſt.
Tenuis enim quædam moribundos deſerit aura
Miſta vapore: vapor porrò trahit aëra ſecum;
Nec calor eſt quiſquam, cui non ſit miſtus & aër:
Rara quòd eius enim conſtat natura, neceſſe eſt
Aëris inter eum primordia multa [1] *moueri.*
Iam triplex animi eſt igitur natura reperta.
Nec tamen hæc ſat ſunt ad ſenſum cuncta creandum:
Nihil horum quoniam recipit mens, poſſe creare
Senſiferos motus quædam, quæ mente volutet.
Quarta quoque his igitur quædam natura neceſſe eſt
Attribuatur. ea eſt omnino nominis expers:
Qua neque mobilius quidquam, neq; tenuius exſtat;
Nec magis è paruis, aut læuibus ex elementis:
Senſiferos motus quæ didit prima per artus.
Prima cietur enim paruis perfecta figuris:
Inde calor motus, & venti cæca poteſtas

Tertiam animã eſſe mẽtem.

[1] quid. leg. putant, cieri.

Quartam ſine nomine animam.

Acci-

Accipit; inde aër; inde omnia mobilitantur:
Concutitur tum ſanguis; viſcera perſentiſcunt
Omnia. poſtremis datur oſſibus, atque medullis
Siue voluptas eſt, ſiue eſt contrarius [1] *ardor.*
Nec temerè huc dolor vſq; poteſt penetrare, neque a-
Permanare malum, quin omnia perturbentur. (cre
Vſqueadeò, vitæ [2] *deſit locus, atque animaï*
Diffugiunt partes per caulas corporis omnis.
Sed plerumque fit in ſummo quaſi corpore finis
Motibus; hanc ob rem vitam retinere valemus.
Nunc ea quo pacto inter ſeſe mixta, quibuſ'que
Compta modis vigeant; rationem reddere auentem,
Abſtrahit inuitum patrij ſermonis egeſtas:
Sed tamen, vt potero ſummatim attingere, tangam.
Inter enim curſant primordia principiorum
Motibus inter ſe; nihil vt ſecernier vnum
Poſſit, nec ſpatio fieri diuiſa poteſtas:
Sed quaſi multæ vis vnius corporis exſtant.
Quod genus in quouis animantum viſcere volgò,
Eſt odor, & quidam [3] *color, & ſapor: & tamen ex his*
Omnibus eſt vnum perfectum corporis augmen:
Sic calor, atque aër, & venti cæca poteſtas
Mixta creant vnam naturam, & mobilis illa
Vis, [4] *initium motus ab ſe quæ diuidit ollis:*
Senſifer vnde oritur primùm per viſcera motus.
Nam penitus prorſum latet hæc natura, ſubeſt'que:
Nec magis hac infrà quidquam eſt in corpore noſtro;
Atque anima eſt animæ proporrò totius ipſa.
Quod genus in noſtris membris, & corpore toto
Mixta latens animi vis eſt, animæ'que poteſtas,
Corporibus quia de paruis, paucis'que creata eſt.
Sic tibi nominis hæc expers vis, facta minutis

1 Hæc veriſſ. ſcriptura. vide indic.

2 in q. l. deſit. & mox diffugiant, mendoſè.

Coniunctio animi & animarum.

3 Ita habebãt quid. lib. vide ſup. 57, 13. alij hic, & ibi, habebant, calor.

4 initum.

1 Ita in pleriſq. om. libr. in al. abeſt, quaſi. quod tamen non eſt otioſum.

2 ab

3 Ita in v. l. al. Ne

Corporibus latet: atque [1] animæ quaſi totius ipſa
Proporrò eſt anima, & dominatur corpore toto.
Conſimili ratione neceſſe eſt ventus, & aër,
Et calor inter ſe vigeant commiſta per artus;
Atque alijs aliud ſubſit magis, emineat'que,
Vt quiddam fieri videatur [2] de omnibus vnum:
[3] Ni calor, ac ventus ſeorſum, ſeorſum'que poteſtas
Aëris interimant ſenſum, diducta'que ſoluant.

De varietate animi.

Eſt etiam calor ille animo, quem ſumit in ira;
Cùm feruiſcit, & ex oculis micat acrius ardor.
Eſt & frigida multa comes formidinis aura;
Quæ ciet horrorem in membris, & concitat artus.
Eſt etiam quoque pacati ſtatus aëris ille,
Pectore tranquillo qui fit, voltu'que ſereno.
Sed calidi plus eſt illis, quibus acria corda,
Iracunda'que mens facilè efferuiſcit in ira:
Quo genere imprimis vis eſt violenta leonum;
Pectora qui fremitu rumpunt plerumque gementes;
Nec capere irarum fluctus in pectore poſſunt.
At ventoſa magis ceruorum frigida mens eſt;
Et gelidas citius per viſcera concitat auras;
Quæ tremulum faciunt membris exſiſtere motum.
At natura boum placido magis aëre viuit;
Nec nimis iraï fax vmquam ſubdita percit
Fumida, ſuffundens cæcæ caliginis vmbras;
Nec [4] gelidis torpet telis perfixa pauoris;
Inter vtroſque ſita eſt, ceruos, ſæuos'que leones.
Sic hominum genus eſt, quamuis doctrina politos
Conſtituat pariter quoſdam, tamen illa relinquit
Naturæ cuiuſque [5] animi veſtigia prima:
Nec radicitus euelli mala poſſe putandum eſt,
Quin procliuius hic iras decurrat ad acris;

4 gelidi

5 Hoc ex v. q. malui. loquitur enim de animo ac mente. al. animæ.

Ille

Ille metu citius paullo tentetur; at ille
Tertius accipiat quædam clementius æquo:
In'que alijs rebus multis differre neceſſe eſt
Naturas hominum varias, mores'que ſequacis:
Quorum ego nunc nequeo cæcas exponere cauſſas;
Nec reperire figurarum tot nomina, quot ſunt
Principijs; vnde hæc oritur variantia rerum.
Illud in his rebus video firmare poteſſe,
Vſque adeò naturarum veſtigia linqui
Paruula, quæ nequeat ratio depellere dictis,
Vt nihil impediat dignam dijs degere vitam.
Hæc igitur natura tenetur corpore ab omni;
Ipſa'que corporis eſt cuſtos, & cauſſa ſalutis:
Nam communibus inter ſe radicibus hærent;
Nec ſine pernicie diuelli poſſe videntur.
Quod genus è turis glebis euellere odorem
Haud facilè eſt, quin intereat natura quoque eius:
Sic animi, atque animæ naturam corpore toto
Extrahere haud facilè eſt, quin omnia diſſoluantur.
Implexis ita principijs ab origine prima
Inter ſe fiunt conſorti prædita vita:
Nec [1]ſibi quidque ſine alterius vi poſſe videtur
Corporis, atque animi ſeorſum [2]ſentire poteſtas:
Sed communibus inter eos conflictatur vtrimque
Motibus accenſus nobis per viſcera ſenſus.
Præterea corpus per ſe nec gignitur vmquam,
Nec creſcit, [3]neque poſt mortem durare videtur.
Non enim, vt humor aquæ dimittit ſæpe [4]vaporem,
Qui datus eſt, neque ab hac cauſſa conuellitur ipſe,
Sed manet incolumis; non, inquam, ſic animai
Diſcidium poſſunt artus perferre relicti,
Sed penitus pereunt conuolſi, con'que putreſcunt:

1 Ita in v. o. & non nullis vulgat. in al. Nec ſine vi quidquam alterius ſibi poſſe videtur. ego à vet. lib. conſenſu, etſi parum interſit, diſcedere nolui.
2 conſtare
3 nec
4 ſaporem

 Ex

Ex ineunte æuo ſic corporis, atque animaï
Mutua vitalis diſcunt contagia motus
Maternis etiam membris, aluo'que repoſta;
Diſcidium vt nequeat fieri ſine peſte, malo'que:
Vt videas, quoniam coniuncta eſt cauſſa ſalutis,
Coniunctam quoque naturam conſiſtere eorum.

De ſenſu corporis, & animi.

Quod ſupereſt, ſi quis corpus ſentire [1] refutat
Atque animam credit permiſtam corpore toto
Suſcipere hunc motum, quem ſenſum nominitamus;
Vel manifeſtas res contra, veras'que repugnat.
Quid ſit enim corpus ſentire quis adferet vmquam,
Si non ipſa palàm quod res dedit, ac docuit nos?
At dimiſſa anima corpus caret vndique ſenſu:
[2] Perdit enim quod non proprium fuit eius in æuo;
Multa'que præterea perdit cum expellitur æuo.
Dicere porrò oculos nullam rem cernere poſſe;
Sed per eos animum, vt foribus ſpectare recluſis,
[3] Deſipere eſt, contrà cum ſenſus [4] ducat eorum:
Senſus enim trahit, atque acies detrudit ad ipſas;
Fulgida præſertim cùm cernere ſæpe nequimus,
Lumina luminibus quia nobis præpediuntur:
Quod foribus non fit. neque enim, quà cernimus ipſi,
Oſtia ſuſcipiunt vllum recluſa laborem.
Præterea ſi pro foribus ſunt lumina noſtra;
Iam magis exemptis oculis debere videtur
Cernere [5] res animus ſublatis poſtibus ipſis.

Cōtra Democritum, de animo & anima: corpus non ſentire per ſe ſine animi motu.

Illud in his rebus nequaquam ſumere poſſis,
Democriti quod ſancta viri ſententia ponit;
Corporis atque animi primordia ſingula primis
Adpoſita alternis variare, ac nectere membra.
Nam cùm multo ſunt animaï elementa minora,
Quàm quibus & corpus nobis, & viſcera conſtant,
Tum

1 Ita o.l. Lamb. renutat.

2 Hunc Lamb. ἀθετίζει. videtur parētheſi includendus.

3 Hoc malui ex v. c. al. tamen Difficile. Sic & alibi eos delirare dicit, imitatus Epicurū. vide Cic. lib. 1. de nat. deor. vbi de Zenone Epicureo.

4 Ita o.l. videtur tamen leg. dicat. & prox. verſ. νόθος.

5 rem. f. verè.

Tum numero quoque concedunt, & rara per artus
Diſſita ſunt: duntaxat vt hoc promittere poſſis,
Quantula prima queant nobis iniecta ciere
Corpora ſenſiferos motus in corpore, tanta
Interualla tenere exordia prima animaï.
Nam neque pulueris interdum ſentimus adhæſum
Corpore, nec membris incuſſam ſidere cretam,
Nec nebulam noctu, neque aranei tenuia fila
Obuia ſentimus, quando obretimur euntes;
Nec ſupra caput eiuſdem cecidiſſe vietam
Veſtem, nec plumas auium, pappoſque volantis,
Qui nimia leuitate cadunt plerumque grauatim.
Nec repentis itum cuiuſuis cumque animantis
Sentimus; nec priua pedum veſtigia quæque,
Corpore quæ in noſtro culices, & cetera ponunt.
Vſqueadeò prius eſt in nobis multa ciendum
Semina, corporibus noſtris immiſta per artus,
Quàm primordia ſentiſcant concuſſa animaï;
Et quàm interuallis tantis tuditantia poſſint
Concurſare, coïre, & diſſultare viciſſim.
Et magis eſt animus vitaï clauſtra coërcens,
Et dominantior ad vitam, quàm vis animaï.
Nam ſine mente, animóque nequit reſidere per artus
Temporis exiguam partem pars vlla animaï;
Sed [1]*comes inſequitur facilè, & diſcedit in auras;* 1 v. l. cumes
Et gelidos artus in leti frigore linquit.
At manet in vita, cui mens, animúſque remanſit,
Quamuis eſt circumcæſis lacer vndique membris;
Truncus, adempta anima circùm, membriſq; remotis,
Viuit; & æthereas vitalis ſuſcipit auras:
Si non omnimodis, at magna parte animaï
Priuatus, tamen in vita cunctatur, & hæret.

Vt lacerato oculo circùm, ſi pupula manſit
Incolumis, ſtat cernendi viuata poteſtas,
Dummodò ne totum corrumpas luminis orbem:
Sed circumcidas aciem, ſolam'que relinquas;

1 Ita rectè. Lamb. in lib. non fiet

Id quoque enim ſine pernicie [1] *conſiet eorum.*
At ſi tantula pars oculi media illa pereſa eſt;
Incolumis quamuis alioqui ſplendidus orbis:
Occidit extemplò lumen, tenebræ'que ſequuntur.

2 q.l. iuncti

Hoc anima, atq; animus [2] *vincti ſunt fœdere ſemper.*

Animũ natiuum & mortalem eſſe, docet pluribus argumentis, quibus Firmianus reſpondet lib. 7. c. 12. &c.
3 deponere
4 Marul. face

Nunc age, natiuos animantibus, & mortalis
Eſſe animos, animas'que leuis, vt noſcere poſſis;
Conquiſita diu, dulci'que reperta labore
Digna tua pergam [3] *diſponere carmina vita.*
Tu [4] *fac vtrumque vno ſubiungas nomen eorum;*
Atque animam, verbi cauſſa, cùm dicere pergam,
Mortalem eſſe doces; animum quoque dicere credas;
Quatinus eſt vnum inter ſe, coniuncta'que res eſt.

5 Huic verbo, quoniam, quod & mox repetit, ob quædam interiecta, ibi, Nunc igitur quom, &c. tandem ſubiungit ἀνταπόδοσιν, ibi, Crede, &c.
1. argum.

Principio, [5] *quoniam tenuem conſtare minutis*
Corporibus docui, multo'que minoribus eſſe
Principijs factam, quàm liquidus humor aquai eſt,
Aut nebula, aut fumus: nam longè mobilitate
Præſtat, & à tenui cauſſa magis icta mouetur;
Quippe vbi imaginibus fumi, nebulæ'que mouetur:
Quod genus, in ſomnis ſopiti vbi cernimus alta
Exhalare vapore altaria, ferre'que fumum:

6 Lamb. genuntur. malè. contra o.l.

Nam procul hæc dubio nobis ſimulacra [6] *geruntur:*
Nunc igitur quoniam quaſſatis vndique vaſis
Diffluere humorem, & laticem diſcedere cernis;

7 Ita v.o. in q. hominis. qua in re ſæpe variatũ eſt. ſup. 26, 12. cur ergo Marull. omnibus è membris? vide indicem. omnibus.

Et nebula ac fumus quoniam diſcedit in auras:
Crede animam quoque diffundi, multo'que perire
Ocius, & citius diſſolui corpora prima,
Cùm ſemel ex [7] *omnibus membris ablata receſſit.*

Quippe etenim,corpus,quod vas quaſi conſtitit eius,
[1]Quom cohibere nequit conquaſſatum ex aliquare,
Ac rarefactum detracto ſanguine venis;
Aëre qui credas poſſe hanc cohiberier vllo,
Corpore qui noſtro rarius magis [2]an cohibeſſit?
Præterea gigni pariter cum corpore,& vnà
Creſcere ſentimus,pariter'que ſeneſcere mentem.
Nam velut infirmo pueri,tenero'que vagantur
Corpore; ſic animi ſequitur ſententia tenuis:
Inde,vbi robuſtis adoleuit viribus ætas;
Conſilium quoque maius,& auctior eſt animi vis.
Pòſt,vbi iam validis quaſſatum eſt viribus æui
Corpus,& obtuſis ceciderunt viribus artus;
Claudicat ingenium,delirat lingua'que,[3]mens'que:
Omnia deficiunt,atque vno tempore [4]deſunt.
Ergo diſſolui quoque conuenit omnem animaï
Naturam,ceu fumus in altas aëris auras:
Quandoquidem gigni pariter,pariter'que videmus
Creſcere: &,vt docui,ſimul æuo feſſa [5]fatiſcit.
Hôc accedit,vti videamus,corpus [6]vt ipſum
Suſcipere immanis morbos,durum'que [7]dolorem;
Sic animum curas acris,luctum'què,metum'que.
Quare participem leti quoque conuenit eſſe.
Quinetiam morbis in corporis auius errat
Sæpe animus; [8]dementit enim,delira'que fatur:
Interdum'que graui lethargo fertur in altum,
Aeternum'que ſoporem,oculis,[9]vultu'que cadenti;
Vnde neque exaudit voces; nec noſcere voltus
Illorum potis eſt,ad vitam qui reuocantes
Circumſtant lacrumis rorantes ora,genas'que.
Quare animum quoque diſſolui fateare neceſſe;
Quandoquidem penetrant in eum contagia morbi.

1 Ita ſcripſi,cùm in q.l.eſſet Cum,in al. Quum.
2 Cum in vulg. lib. eſſet incohibeſcit. Lamb. fecit,em cohibeſſit. nos an, vt ex inquirere, anquir. alibi.

2. argum. Animá & corpus ſimul naſci,& creſcere, & ſimul interire.

3 in q.l.animusque
4 f. deſiunt
5 q.v.fatiſci

3. argum.

6 id. al. in.
7 Ita in v.l. vt & inf. Nam dolor ac morbus. vulg.laborem.

4. argum.

8 q.l.dementia
9 Ita erat in lib.noſtris. quod retuſſ. eſt.al.nutu.

Nam dolor, ac morbus leti fabricator vterque eſt;
Multorum exitio perdocti quod ſumus antè.
[1] *Præterea mentem ſanari, corpus vt ægrum,*
Et pariter flecti medicina poſſe videmus.
Denique cur hominem, cùm vini vis penetrauit
Acris, & in venas diſceſſit diditus ardor;
Conſequitur grauitas membrorum? præpediuntur
Crura vacillanti? tardeſcit lingua? madet mens?
Nant oculi? clamor, ſingultus, iurgia gliſcunt?
Et iam cetera de genere hoc quæcumque ſequuntur,
Cur ea ſunt, niſi quòd vehemens violentia vini
Conturbare animam conſueuit corpore in ipſo?
At quæcumque queunt conturbari, in'que pediri,
Significant, paullo ſi durior inſinuarit
Cauſſa, fore vt pereant æuo priuata futuro.
Quinetiam ſubita vi morbi ſæpe coactus
Ante oculos aliquis noſtros, vt fulminis ictu
Concidit; & ſpumas agit, ingemit, & tremit artus;
Deſipit, extentat neruos, torquetur, anhelat;
Inconſtanter & in iactando membra fatigat:
Nimirum, quia vis morbi diſtracta per artus
Turbat agens animam: [2] *ſpumantes vt in æquore ſalſo*
Ventorum validis feruiſcunt viribus vndæ.
Exprimitur porrò gemitus; quia membra dolore
Adficiuntur; & omnino, quod ſemina vocis
[3] *Eiciuntur, & ore foras glomerata feruntur,*
[4] *Quâ quaſi conſuerunt, & ſunt munita viaï.*
Deſipientia fit, [5] *quia vis animi, atque animaï*
Conturbatur; &, vt docui, diuiſa ſeorſum
Diſiectatur eodem illo diſtracta veneno.
Inde, vbi iam morbi ſe flexit cauſſa, redit'que
In latebras ater corrupti corporis humor:

Tum

1 ex cod. Anglic. hos interieci. qui etſi inf. paullo poſt repetantur, hic tamē non ſunt alieni: & illud, Et quoniam, &c. indicat hos verſus hic iam antea fuiſſe poſitos. iiſque hic oſtēdit, morbis obnoxiam eſſe mētem.

5. argum.

2 Ita ex v. l. reſtitui, ſ. littera in, Spumātes, extrita. vide indic. cuius rei ignoratio mendum creauit. q. v. ſpumās velut, malè.

3 Ita & hic malui. in libr. eliciuntur. vide indic.

4 Lamb. hunc verſum, vt ſpuriū, delet; cum ſit elegantiſſ.

5 cùm

Tum quaſi [1] vacillans primùm conſurgit; & omnis
Paullatim redit in ſenſus, animam'que receptat.
Hæc igitur tantis vbi morbis corpore in ipſo
Iactentur, miſeris'que modis diſtracta laborent:
Cur eadem credis ſine corpore in aëre aperto
Cum validis ventis ætatem degere poſſe?
Et quoniam mentem ſanari, corpus vt ægrum,
Cernimus, & flecti medicina poſſe videmus:
Id quoque præſagit mortalem viuere mentem.
Addere enim partis, aut ordine traicere æquum eſt,
Aut aliquid prorſum de ſumma detrahere, illum,
Commutare animum quicumque adoritur, & [2] infit;
Aut aliam quamuis natura flectere quærit.
At neque transferri ſibi partis, nec tribui vult,
Immortale quod eſt, quidquam, neque [3] defluere hilũ.
Nam quodcumque ſuis mutatum finibus exit,
Continuò hoc mors eſt illius, quod fuit antè.
Ergo animus ſiue ægreſcit, mortalia ſigna
Mittit, [4] vti docui, ſeu flectitur à medicina.
Vſque adeò falſæ rationi vera videtur
Res occurrere, & effugium præcludere eunti,
Ancipiti'que refutatu conuincere falſum.
Denique ſæpe hominem paullatim [5] cernimus ire,
Et membratim vitalem [6] deperdere ſenſum:
In pedibus primùm digitos liueſcere, & vnguis;
Inde pedes & crura mori: pòſt inde per artus
Ire alios tractim gelidi veſtigia leti.
Scinditur [7] atque [8] animæ quoniam natura, nec vno
Tempore ſincera exſiſtit, mortalis habenda eſt.
Quòd ſi forte putas ipſam ſe poſſe per artus
Introrſum trahere, & partis conducere in vnum,
Atque [9] adeò cunctis ſenſum deducere membris;

1 Ita o.l. vacillãtem poeta fecit verſum ratione rei. quod tralaticium eſt. nam τῦ vacillo, prima eſt breuis. Lambini talipedãs, etſi egregium & Ennianum ſit, non auſim recipere, cõtra o.l. fortaſſe etiam vacillo primam habuit ancipitem.

6. argum.

2 vulg. & ipſum

3 Ita rectè Lamb. vulg. diffluere. contrà, nos in nouã. Att. fecimus.

4 vt edocui

7. argum.

5 Ita in vet. pleriſq. in al. cernis obire; prius malim. vt antè, Cernimus, & flecti, &c.

6 v. q. diſperdere. f. diſpergere. vt mox, diſperſa.

7 Hoc in q. l. inuentum malui. vide indicem.

8 in al. animi. non malè.

9 Et hoc rectius eſt. in al. ideo

At locus ille tamen, quò copia tanta animaï
Cogitur, in ſenſu debet maiore videri:
Qui quoniã nuſquam eſt; nimirũ (vt diximus ante)
Dilaniata foras diſpergitur: interit ergo.
Quin etiam, ſi iam libeat concedere falſum,
Et dare, poſſe animam glomerari in corpore eorum,
Lumina qui linquunt moribundi particulatim:
Mortalem tamen eſſe animam fateare neceſſe eſt.
Nec refert, vtrùm pereat diſperſa per auras;
[1]An contracta ſuis è partibus obruteſcat.
Quãdo hominẽ totum magis, ac magis vndiq; ſenſus
Deficit, & vitæ minus, & minus vndique reſtat.
Et quoniam mens eſt hominis pars vna, locóque
Fixa manet certo, velut aures, atque oculi ſunt,
Atque alij ſenſus, qui vitam cumque gubernant:
Et veluti manus, atque oculus, narésue ſeorſum
Secreta à nobis [2]nequeunt ſentire, neque eſſe:
[3]Sed tamen in paruo [4]linquuntur tempore tali,
Sic animus per ſe non quit ſine corpore, & ipſo
Eſſe homine, illius quaſi quod vas eſſe videtur,
Siue aliud quiduis potis es [5]connexius eii
Fingere, quandoquidem connexus corpus adhæret.
Denique corporis, atque animi viuata poteſtas
Inter ſe coniuncta valent, vitáque fruuntur.
Nec ſine corpore enim vitalis edere motus
Sola poteſt animi per ſe natura; nec autem
Caſſum anima corpus durare, & ſenſibus vti.
Scilicet, auolſis radicibus vt nequit vllam
Diſpicere ipſe oculus rem, ſeorſum corpore toto;
Sic anima, atque animus per ſe nihil poſſe videntur:
Nimirum, quia per venas & viſcera mixtim,
Per neruos atque oſſa tenentur corpore ab omni:

1 Ita l. & vulg. & vet. Nonius Brutũ; an contractis in ſe partibus. f. contacta ſuis in p. ita & apud Virg. accidit 3. Georg. extremo; contractos artus, &c. ex v. l. contactos. ſed contracta, reſpondet diſperſæ.

8. argum.

2 nequeant

3 Et hunc ὀβελίζει Lamb.

4 fort. liquuntur

5 Ita v. l. o. niſi quod habent ferè, connectius. Marull. coniunctius.

9. argum.

Nec

Nec magnis interuallis primordia poſſunt
Libera diſſultare: [1]*ideò concluſa mouentur* 1 ſ.adeò.pulcrè hæc reſtituit Lamb.ex lib.vet.
Senſiferos motus,quos extra corpus in auras
Aëris haud poſſunt poſt mortem eiecta moueri:
Propterea quia non ſimili ratione tenentur.
Corpus enim,atque animans erit aër,ſi cohibere
Seſe anima,atque in eos poterit concludere motus,
Quos antè in [2]*venis,& in ipſo corpore agebat.* 2 Ita in lib. noſtris. vulg. neruis. quod eſt Marull.
Quare etiam atque etiam reſoluto corporis omni
Tegmine,& eiectis extra vitalibus auris,
Diſſolui ſenſus animi fateare neceſſe eſt,
Atque [3]*animam;quoniā coniuncta eſt cauſſa duobus.* 3 animæ
Denique cùm corpus nequeat perferre animaï 10.argum.
Diſcidium,quin id tetro tabeſcat odore:
Quid dubitas,quin ex imo,penitúsque coorta
Emanarit,vti fumus,diffuſa animæ vis?
Atque ideò tanta mutatum [4]*putre ruina* 4 q.l.vulg.pute. ſ. non malè.vt modò,tetro odore.
Conciderit corpus penitus,quia mota loco ſunt
Fundamenta foras animæ,manántque per artus,
Pérque viarum omnes flexus,in corpore qui ſunt,
Atque foramina? multimodis vt noſcere poſſis
Diſpertitam animæ naturam exiſſe per artus;
Et prius [5]*eſſe ſibi diſtractam corpore in ipſo,* 5 ſ.iſſe. vt mox, Irè anima.
Quàm prolapſa foras enaret in aëris auras.
Quin etiam finis dum vitæ vertitur intra, 11.argum.
Sæpe aliqua tamen e cauſſa labefacta videtur
[6]*Ire anima,& tota ſolui de corpore membra,* 6 Sic v.l.vulg. ferè. Mólliáque ex ingui cadere omnia corp.
[7]*Et quaſi ſupremo langueſcere tempore voltus:* 7 ſ.ſpurius eſt.à q l. abeit. vide tamen ſup. 87, 27. de vultu cadenti.
[8]*Quod genus eſt,animo malè factum cū perhibetur,* 8 Quod genus, aut an. &, liquiſſe vbi, &c.non malè.
Aut animam liquiſſe; vbi iam trepidatur,& omnes
Extremum cupiunt vires reprehendere vinclum.
Conquaſſatur enim tum mens,animáque poteſtas
Omnis

Omnis, & hæc ipſo cum corpore [1] conlabaſcunt;
Vt grauior paullo poſſit diſſoluere cauſſa.
Quid dubitas tandem, quin extra prodita corpus
Imbecilla foras, in aperto, tegmine dempto,
Non modò non [2] omnem poſſit durare per æuum,
Sed minimum quoduis nequeant conſiſtere tempus?
Nec ſibi enim quiſquam moriens ſentire videtur
Ire foras animam incolumem de corpore toto,
Nec prius ad iugulum, & ſuperas [3] ſuccedere fauces;
Verùm deficere in certa regione locatam:
Vt ſenſus alios in parti quemque ſua ſcit
Diſſolui. quòd ſi immortalis noſtra foret mens;
Non iam ſe moriens diſſolui conquereretur;
Sed magis ire foras, veſtem' que relinquere vt anguis,
Gauderet, prælonga ſenex aut cornua ceruus.
Denique cur animi numquàm mens, conſilium' que
Gignitur in capite, aut pedibus, manibus' ue; ſed vnis
Sedibus, & certis regionibus omnibus heret:
Si non certa loca ad naſcendum reddita cuique
Sunt; & vbi quidquid poſſit durare creatum?
[4] Atque ita multimodis [5] pro totis [6] artibus eſſe,
Membrorum vt numquã exſiſtat præpoſterus ordo.
Vſqueadeò ſequitur res rem; neque flamma creari
Fluminibus ſolita eſt, neque in igni gignier algor.

12.argum.

Præterea, ſi immortalis natura animai eſt;
Et ſentire poteſt, ſecreta à corpore noſtro:
[7] Certè; vt opinor, eam faciũdum eſt ſenſibus auctã:
Nec ratione alia noſmet proponere nobis
Poſſumus infernas animas Acherunte [8] vagari.
Pictores itaque, & ſcriptorum ſæcla priora
Sic animas introduxerunt ſenſibus auctas.
At, neque [9] ſeorſum oculi, neque nares, nec manus ipſa

Eſſe

1 Sic v. noſtri. Marull. conlabeſcũt.

2 Ita v. l. cur ergo mutemus, vel cum Marull. omne vt: vel cum Lãb. omne incolumis, ex lib. 5. vide inf. 96, 15.

3 accedere

4 Ita in v. l.

5 pro, par, in, de

6 Hunc verſum, & ſeq. ὀβελίζει. Lamb, ego minimè.

7 Ita in v. l. noſtr. in al. Qui, Quando, Quinque

8 Ita in vet. l. vulg. vocari in al. vocare. vt etiam non malũ ſit, vagare.

9 in q. v. forſum

Eſſe poteſt [1]animæ: neque [2]ſeorſum lingua, neq; aures
[3]Auditum per ſe poſſunt ſentire, nec eſſe.
Et quoniam toto ſentimus corpore ineſſe
Vitalem ſenſum; & totum eſſe animale videmus:
Si ſubitò medium celeri præciderit ictu
Vis aliqua, vt ſeorſum partem ſecernat vtramque:
Diſpertita procul dubio quoque vis animaï,
Et diſciſſa, ſimul cum corpore diſicietur:
At quod ſcinditur, & partis diſcedit in vllas,
Scilicet æternam ſibi naturam abnuit eſſe.
Falciferos memorant currus abſcindere membra
Sæpe ita de ſubitò permiſta cæde calentis,
Vt tremere in terra videatur ab artibus id quod
Decidit abſciſſum; cum mens tamē, atq; hominis vis
Mobilitate mali non quit ſentire dolorem:
Et ſimul, in pugnæ ſtudio quòd dedita mens eſt,
Corpore cùm reliquo pugnam, cædeſque [4]petiſſit;
Nec tenet, amiſſam læuam cum tegmine ſæpe
Inter equos abſtraxe rotas, falceſque rapacis:
Nec cecidiſſe alius dextram, cum ſcandit, & inſtat.
Inde alius conatur adempto ſurgere crure,
Cùm digitos agitat propter moribundus humi pes:
Et caput abſciſſum calido, viuenteque trunco,
Seruat humi voltum vitalem, oculoſque patentis;
Donec relliquias animaï reddidit omnis.
Quin etiam tibi ſi lingua vibrante minantis
Serpentis caudam procero corpore, vtrimque
Sit lubitum in multas partis diſcindere ferro:
Omnia iam ſeorſum cernas [5]anciſa recenti
Volnere tortari, & terram conſpergere tabo:
Ipſam ſeque retro partem petere ore priorem,
Volneris ardenti vt morſu premat icta dolore.

Omni-

1 Ita omnino leg. eſt; niſi & poëtam ineptiæ arguere volumus, & verſus aliquot deeſſe contra v. o. l. Seorſum, id eſt, abſque corpore.
2 in q. l. ſorſum.
3 Ita in vulg. & v. q. id eſt, ſonum ſeu rē auditā. alioqui eſſent hic tria, ſeorſum, abſque anima, per ſe. in q. l. tamen Abſq; anima. malè.

13. argum.

4 Ita ex v. l. ſcripſi

5 cernes inciſa.

Omnibus eſſe igitur totas dicemus in illis
Particulis animas? at ea ratione ſequetur
Vnam animātem animas habuiſſe in corpore multas.
Ergo diuiſa eſt ea, quæ fuit vna ſimul cum
Corpore: quapropter mortale vtrumque putandū eſt,
In multas quoniam partis diſcinditur æquè.
Præterea ſi immortalis natura animaï
Conſtat, & in corpus naſcentibus inſinuatur;
Cur ſuperanteactam ætatem meminiſſe nequimus?
Nec veſtigia geſtarum rerum vlla tenemus?
1 Ita ex v. l. reſtitui. in al. mutata. *Nam ſi tantopere eſt animi* [1]*vitiata poteſtas,*
2 Ita in vet. noſtris. in al. q. v. Omnis. [2]*Omnium vt actarum exciderit retinentia rerum:*
3 Sic Soſip. & v. l. *Non, vt opinor, ea ab leto iam* [3]*longiter errat.*
Quapropter fateare neceſſe eſt, quæ fuit antè,
Interiiſſe; & quæ nunc eſt, nunc eſſe creatam.
Præterea ſi iam perfecto corpore nobis
Inferri ſolita eſt animi viuata poteſtas,
4 Sic ex v. l. ſcripſi. ita inf. 106, 8. decurſo lumine vitæ. & inf. 100, 6. data lumina vitæ. vulg. limen inimus. *Tum cùm gignimur, & vitæ cùm* [4]*lumen adimus:*
Haud ita conueniebat, vti cum corpore, & vnà
Cum membris videatur in ipſo ſanguine creſſe;
Sed velut in cauea per ſe ſibi viuere ſolam
5 Hunc putat Lāb. eſſe νόθον. [5]*Conuenit, vt ſenſu corpus tamen affluat omne.*
Quare etiā atque etiā neque originis eſſe putandū eſt
Expertes animas, nec leti lege ſolutas.
Nam neque tantopere adnecti potuiſſe putandum eſt
Corporibus noſtris extrinſecus inſinuatas:
Quod fieri totum contrà manifeſta docet res.
Namque ita connexa eſt per venas, viſcera, neruos,
Oſſáque, vti dentes quoque ſenſu participentur;
Morbus vt indicat, & gelidaï ſtringor aquaï,
6 Sic o. l. & rectè. *Et lapis oppreſſus* [6]*ſubitis è frugibus aſper:*
Nec tam contexta cùm ſint, exire videntur

Incolu-

Incolumes poſſe,& [1]ſaluas exſoluere ſeſe
1 ſolus
Omnibus e neruis,atque oſſibus,articulis'que.
Quòd ſi forte putas intrinſecus inſinuatam
ἀνθυποφορά.
Permanare animam nobis per membra ſolere;
Tanto quæque magis cum corpore fuſa peribit:
Quod permanat enim,diſſoluitur; interit ergo.
Diſpertitur enim per caulas corporis omnis:
Vt cibus in membra, atque artus cùm diditur omnis,
Diſperit,atque aliam naturam ſufficit ex ſe:
Sic anima,atque animus,quamuis integra recens in
Corpus eunt,tamen in manando diſſoluuntur:
Dum quaſi per caulas omnis diduntur in artus
Particulæ; quibus hæc animi natura creatur,
Quæ nunc in noſtro dominatur corpore,nata
Ex illa,quæ tum [2]peritat partita per artus.
2 Cùm vet.lib.omnes, ita habeant; vulgatum, perijt, retineri nõ debuit.
Quapropter neque natali priuata videtur
Eſſe die natura animæ,nec funeris expers.
Natali animam nõ eſſe priuatam.
Semina præterea linquuntur,nec'ne animaï
Corpore in exanimo? quòd ſi linquuntur,& inſunt;
Haud erit,vt meritò immortalis poſſit haberi,
Partibus amiſſis quoniam [3]libata receſſit.
3 Ita o.l.
Sin ita ſinceris membris ablata profugit;
Vt nullas partis in corpore liquerit ex ſe:
Vnde [4]cadauere rancenti iam viſcere vermes
4 In al.cadauera; viuere.mallem ego viuere, ſed obſtat Exſpirát.quod verbum mihi valde ſuſpectum eſt. verùm vt dixi,cadauera,etiam bonum eſt.
Exſpirant? atque vnde animantum copia tanta
Exos,& exanguis tumidos perfluctuat artus?
Quòd ſi forte animas extrinſecus inſinuari
Ἀνθυποφορά.
Vermibus,& priuas in corpora poſſe venire
Credis; nec reputas cur millia multa animarum
Conueniant,vnde vna receſſerit: hoc tamen eſt,vt
Quærendum videatur,& in diſcrimen agendum;
Vtrùm tandem animæ venentur ſemina quæque

Vermi-

Vermiculorum, ipſæ que ſibi fabricentur, vbi ſint;
An iam corporibus perfectis inſinuentur.
At neque, cur faciant ipſæ, quare' ue laborent,
Dicere ſuppeditat. neq; enim, ſine corpore cùm ſunt,
Sollicitæ volitant morbis,[1] *algó que, famé que.*
Corpus enim magis his vitijs, & ſine laborat,
Et mala multa animus[2] *contage fungitur eius.*
Sed tamen his eſto quamuis facere vtile corpus,
Cùm ſubeant; at qua poſſint, via nulla videtur.
Haud igitur faciunt animæ ſibi corpora & artus.
Nec tamen[3] *vt qui iam perfectis inſinuentur*
Corporibus. neque enim poterunt ſubtiliter eſſe
Connexæ; neque conſenſu contagia fient.
Denique cur acris violentia triſte leònum
Seminium ſequitur?[4] *dolus vulpibus, & fuga ceruis*
A patribus datur, & patrius pauor incitat artus?
Et iam cetera de genere hoc, cur omnia membris
Ex incunte æuo generaſcunt,[5] *ingenió que;*
Si non certa ſuo quia ſemine, ſeminió que
Vis animi pariter creſcit cum corpore[6] *toto?*
Quod ſi immortalis foret, & mutare ſoleret
Corpora; permiſtis animantes moribus eſſent:
Effugeret canis Hyrcano de ſemine ſæpe
Cornigeri incurſum cerui; tremeret' que per auras
Aëris accipiter fugiens veniente columba:
Deſiperent homines, ſaperent fera ſæcla ferarum.
Illud enim falſa fertur ratione, quod aiunt
Immortalem animam mutato corpore flecti:
Quod mutatur enim, diſſoluitur; interit ergo:
Traiciuntur enim partes, atque ordine migrant.
Quare diſſolui quoque debent poſſe per artus,
Denique vt intereant vnà cum corpore cuncta.

Sin

1 Ita o.l. & Nonius. Lamb. mauult. algu.

2 Ita o. v. Marull. contagia. Lamb. contagi.

3 Sic v. l. in q. eſt, vt. τὸ eſt inrepſit. in q. vt qui cum perf.

4 Hanc ſcripturam in v. noſtr. repperi. in q.l. vulpes dolus. in q.l. ceruos. malè. varietas nata eſt ex verſ. inf. 174, 14. hoc ſæpe deprehẽdi. ſeq. verſ. corpore toto, &c. 27, 17. 92, 5. 103, 26. 150, 28. & alijs multis locis. voluit interdũ copiam oſtẽtare poëta. hoc alij non obſeruarunt.

5 Sic o.l. Lamb. tamen, inque genuntur. malè.

6 Ita v.l. in q. tamẽ, quoque. & ita vulg. hoc natum eſt, ex verſ. ſeq. pag. vide & præced. Seminium, &c.

Sin animas hominum dicent in corpora ſemper
Ire humana; tamen [1]quæram, cur e ſapienti
Stulta queat fieri: nec prudens ſit puer vllus:
Nec tam doctus equæ pullus, quàm fortis equi vis;
Si non certa ſuo quia ſemine, ſeminió que
Vis animi pariter creſcit cum corpore quoque.
Scilicet in tenero teneraſcere corpore mentem
[2]Confingent. quod ſi iam fit: fateare neceſſe eſt,
Mortalem eſſe animam; quoniam mutata per artus
Tantopere, amittit vitam, ſenſum' que priorem.
Quó ue modo poterit pariter cum corpore quoque
Confirmata cupitum ætatis tangere florem
Vis animi, niſi erit conſors in origine prima?
Quid ue foras ſibi vult membris exire [3]ſenectis?
An metuit concluſa manere in corpore putri?
Et domus ætatis ſpatio ne fiſſa vetuſto
Obruat? at non ſunt [4]immortali vlla pericla.
Denique connubia ad Veneris, partus' que ferarum
Eſſe animas præſtò deridiculum eſſe videtur:
Et ſpectare immortalis mortalia membra
Innumero numero, certaré que præproperanter
Inter ſe quæ prima, potiſſumá que inſinuetur:
Si non forte ita ſunt animarum fœdera pacta,
Vt quæ prima volans aduenerit, inſinuetur
Prima, neque inter ſe contendant viribus hilum.
Denique in æthere non arbor, non æquore in alto
Nubes eſſe queunt, nec piſces viuere in aruis;
Nec cruor in lignis, nec ſaxis ſuccus ineſſe:
Certum ac diſpoſitũ eſt, vbi quidquid creſcat & inſit.
Sic animi natura nequit ſine corpore oriri
Sola, neque a neruis, & ſanguine longius eſſe.
Hoc ſi poſſet enim; multo prius ipſa animi vis

1 quærés

2 Ita in vet. noſtr. & vulg. Confugient. Lambini ſcripturã. Non fugient, fugio.

3 In v. q. l. ſenectam.

4 In q. l. iam mortali. f. leg. iam immort.

In capite, aut humeris, aut imis calcibus eſſe
Poſſet, & innaſci quauis in parte ſoleret:
Tandem in eodẽ homine, atque in eodẽ vaſe maneret.
Quod quoniã in noſtro quoque conſtat corpore certũ:
Diſpoſitum'que videtur, vbi eſſe, & creſcere poſſit
Seorſum anima, atque animus: tãto magis infitiandũ
Totum poſſe extra corpus durare, [1]geni'que.
Quare, corpus vbi interijt, periiſſe neceſſe eſt
Confiteare animam diſtractam in corpore toto.
Quippe etenim mortale æterno iungere, & vnà
Conſentire putare, & fungi mutua poſſe,
Deſipere eſt. quid enim diuerſius eſſe putandum eſt,
Aut magis inter ſe diſiunctum, diſcrepitans'que,
Quàm, mortale quod eſt, immortali, atque perenni
Iunctum, in concilio ſæuas tolerare procellas?
Præterea quæcumque manent æterna, neceſſe eſt
Aut quia ſunt ſolido cum corpore, reſpuere ictus,
Nec penetrare pati ſibi quidquam, quod queat artas
Diſſociare intus partis; vt materiai
Corpora ſunt; quorum naturam oſtendimus antè:
Aut ideò durare ætatem poſſe per omnem,
Plagarum quia ſunt expertia, ſicut inane eſt;
Quod manet intactum, neque ab ictu fungitur hilũ:
Aut ideò, quia nulla loci ſit copia circùm,
Quò quaſi res poſſint diſcedere, diſſolui'que:
Sicut ſummarum ſumma eſt æterna; neque extrà
Quis locus eſt, quò diffugiãt; neque corpora ſunt, quæ
Poſſint incidere, & valida diſſoluere plaga.
At neque, vti docui, ſolido cum corpore mentis
Natura eſt; quoniam admiſtum eſt in rebus inane:
Nec tamẽ eſt vt inane; neque autem corpora deſunt,
Ex infinito quæ poſſint forte coorta

[1] Ita hic o. l. & Priſc. lib. 10.

Corrue-

[1]*Conruere hanc mentis violento turbine molem:*
Aut aliam quamuis cladem importare pericli.
Nec porrò natura loci, ſpatium'que profundi
Deficit, exſpergi quo poſſit vis animaï;
Aut alia quauis poſſit vi pulſa[2] *perire.*
Haud igitur leti præcluſa eſt ianua menti.
Quòd ſi forte ideò magis immortalis habenda eſt,
Quòd letalibus ab rebus munita tenetur:
Aut quia non veniunt omnino[3] *aliena ſalutis;*
Aut quià, quæ veniunt, aliqua ratione recedunt
Pulſa priùs, quàm, quid noceant, ſentire queamus:
Scilicet a vera longè ratione remotum eſt.
[4]*Præter enim quã quòd morbi èſt, cũ corpori ægrè eſt;*
Aduenit id, quod eam de rebus ſæpe futuris
Macerat, in'que metu malè habet, curis'que fatigat;
Præteritis'que admiſſa[5] *anis peccata remordent.*
Adde furorem animi proprium, atque obliuia rerum:
Adde quòd in nigras lethargi mergitur vndas.
Nihil igitur mors eſt, ad nos neque pertinet hilum;
Quandoquidem natura animi mortalis habetur:
Et velut anteacta nihil tempore ſenſimus ægri,
Ad confligendum venientibus vndique Pœnis;
Omnia cùm belli trepido concuſſa tumultu
Horrida contremuere ſub altis ætheris[6] *oris;*
In dubio'què[7] *fuëret, vtrorum ad regna cadendum*
Omnibus humanis eſſet, terra'que, mari'que:
Sic vbi non erimus; cum corporis, atque animaï
Diſcidium fuerit, quibus e[8] *ſumus vniter apti:*
Scilicet haud nobis quidquam, qui non erimus[9] *tum,*
Accidere omninò poterit, ſenſum'que mouere:
Non, ſi terra mari miſcebitur; & mare cælo.
Et ſi iam noſtro ſentit de corpore, poſtquàm

1 Ita o. l. Lamb. proruere.
2 teneri
3 Marull. peſſimè contra o. l. plena.
4 Hæc eſt veriſſ. ſcriptura ex v. noſtris reſtituta. in q. vulg. ægrotat. vt eſſet creticus 5. loco. vt & alibi.
5 Ita hunc locũ ſcripſi. in v. l. malis, manis. malè admiſſa. anis antiq. pro annis. hinc variatum.
6 Ita leg. vulg. auris.
7 Ita ex v. l. reſtitui qui vel fuere, vel fuerit, habebãt. fueret eſt diſyllab. q. v. vtroque.
8 Ita v. cod. vulg. he ſimus. verſum adulterinum, Nam ſi materiam &c, quia à libris vet. aberat, circumſcripſimus.
9 cùm non erimus

Diſtracta eſt animi natura, animæ'que poteſtas:
Nihil tamen hoc ad nos, qui [1] coitu, coniugio'que
Corporis, atque animæ conſiſtimus vniter apti.
Nec, ſi materiam noſtram conlegerit ætas
Poſt obitum, rurſum'que redegerit, vt ſita nunc eſt;
Atque iterum nobis fuerint data lumina vitæ;
Pertineat quidquàm tamē ad nos id quoque factum,
Interrupta ſemel cum ſit [2] retinentia noſtri:
Et nunc nihil ad nos de nobis attinet, antè
Qui fuimus: nec iam de illis nos adficit angor,
Quos de materia noſtra noua proferet ætas.
Nam cùm reſpicias immenſi temporis omne
Præteritum ſpatium: tum motus materiai
Multimodi quàm ſint: facilè hoc adcredere poſſis,
Semina ſæpe in eodem, vt nunc ſunt, ordine poſta.
Nec memori tamen id quimus reprehendere mente.
Inter enim iecta eſt vitai pauſa, vage'que
Deerrarunt paſſim motus ab ſenſibus omnes.
Debet enim [3] miſerè cui forte, ægre'que futurum eſt,
Ipſe quoque eſſe in eo tum tempore, cùm malè poſſit
Accidere. at quoniam mors eximit [4] im, prohibetq́;,
Illum, cui poſſint incommoda conciliari,
Hæc eadem, quibus e nunc nos ſumus, antè fuiſſe:
Scire licet nobis nihil eſſe in morte timendum;
Nec miſerum fieri, qui non eſt, poſſe; neque hilum
Differre, an nullo fuerit iam tempore natus,
Mortalem vitam mors cui immortalis ademit.
Proinde vbi ſe videas hominem indignarier ipſum
Poſt mortem fore, vt aut putreſcat corpore poſto,
Aut flammis interfiat, malis'ue ferarum:
Scire licet, non ſincerum ſonere; atque ſubeſſe
Cæcum aliquem cordi ſtimulum, quamuis neget ipſe
Cre-

1 in q. l compta. in al. coctu.

2 Hæc eſt veriſ. ſcriptura ex vet. lib. deprompta. Sententia perſpicua: cum ſemel deſijmus retineri, eſſe, manere. vulg. repentia. q. v. repetentia.

ἀνθυποφορά.

3 in v. q. miſer & quiſt ægreque futurus. ego etſi putem leg. miſere & quoi eſt, ægreq́; futurum eſt; nihil tamē mutaui, dū adſtipulantes habuero plures libros.

4 Ita quidem Lab. cum in v l. ſit, eſſe. in q. eſſe inde. Marull. & vulg. id prohibetq́;. mihi aqua heret.

5 ex vet. lib. qui partim ita, partim, & nunc, habēt; &, quibus nunc; reſtitui. vt, hæc eadem, referatur ad, fuiſſe. Marull. tamen, quibus ægri nos ſumus. Sic ſup. 99, 28. quibus e ſumus, &c. vbi etiam mēdum irrepſerat.

Credere ſe quemquam ſibi ſenſum in morte futurum.
Non, vt opinor, enim dat, quod promittit:[1] *& inde*
Ne radicitus e vita ſe tollit, & eicit;
Sed facit eſſe ſui quiddam ſuper[2] *inſcius ipſe.*
Viuus enim ſibi cùm proponit quiſque, futurum,
Corpus uti volucres lacerent in morte, feræ'que;
Ipſe ſui miſeret: neque enim ſe[3] *vindicit hilum,*
Nec remouet ſatis a proiecto corpore; & illud
Se fingit; ſenſu'que ſuo contaminat adſtans.
Hinc indignatur ſe mortalem eſſe creatum:
Nec videt in vera nullum fore morte alium ſe,
Qui poſſit viuus ſibi ſe lugere peremptum,
Stans'que iacentem; nec lacerari, vri'ue, dolere.
Nam ſi in morte malum eſt, malis, morſuq́; ferarum
Tractari: non inuenio qui non ſit acerbum
Ignibus impoſitum calidis torreſcere flammis;
Aut in[4] *melle ſitum ſuffocari, atque rigere*
Frigore, cùm in ſummo gelidi cubat æquore ſaxi;
Vrgeri'ue ſupernè obtritum pondere terræ.
[5] *At iam non domus accipiet te læta, neque uxor*
Optuma, nec dulces occurrent oſcula nati
Præripere, & tacita pectus dulcedine tangent:
[6] *Non poteris factis florentibus eſſe tuis*
Præſidio:[7] *miſero miſerè, aiunt, omnia ademit*
Vna dies infeſta tibi tot præmia vitæ.
Illud in his rebus non addunt; nec tibi earum
Iam deſiderium rerum ſuperinſidet vnà.
Quod benè ſi videant animo, dictis'que ſequantur,
Diſſoluant animi magno ſe angore, metu'que:
Tu quidem, vt es leto ſopitus; ſic eris æui
Quod ſupereſt, cunctis priuatus doloribus ægris:
At nos horrifico cineſactum te propè buſto

1 In quib. ſcript. lib. eſt, & inde, Nec rad. in q. & vnde. itaque aut vera eſt mea ſcriptura, aut quis aliis latet error. ne, pro, non. vulg. abûde Nec radic. &c.
2 ipſius
3 vulg. diuidit: in ſcrip. vidit. Lamb. vindicat. nos propius ad vet. lib.
4 De hoc ſepulturæ genere Xenoph. v. ἑλληνικ. & de lapide ſarcophago Plin. lib. 36. cap. 7.
5 Videtur poëta hic exprimere præficarum voces. ita enim & hodie in Hiſpania ferunt eas gannire.
6 Hic variatum eſt mirificè; credo, ob numeros rariores. vide in l. verſus Diphilius: v. l. q. facti ſ. e. tuisque. q. facti ti forentibus. al. factis florēti. eſſe cuiquā. alij aliter. q. præſidiu. vulg. factis fl. e. tuisq́; præſidiū. Lāb. factis tibi forētibus e. tuisque Præſidio. ego ex veſtigijs ita reſtitui. quid enim hic ſibi vellet, tibi? vide & ſup. 56, 9.
7 Ita ſerè. vulg. & in vet. in q. miſer a miſer. non malè.

Inſatiabiliter deflebimus, æternum'que
Nulla dies nobis mærorem e pectore demet.
106 *Illud [1] ab hoc igitur quærendum eſt, quid ſit amari*
Tantopere, ad ſomnum ſi res redit, atque quietem;
Cur quiſquam æterno poſſit tabeſcere luctu.
Hoc etiam faciunt, vbi diſcubuêre, tenent'que
Pocula ſæpe homines, & inumbrant ora coronis,
Ex animo vt dicant, breuis hic eſt fructus homullis;
Iam fuerit, neque pòſt vmquam reuocare licebit.
Tamquam in morte mali cumprimis hoc ſit eorum,
Quòd ſitis exurat miſeros, atque arida [2] torreat;
Aut aliæ cuius deſiderium inſideat [3] rei:
Nec ſibi enim quiſquam tum ſe, vitam'que requirit,
Cùm pariter mens, & corpus ſopita quieſcunt:
Nam licet æternum per nos ſic eſſe ſoporem,
Nec deſiderium noſtri nos [4] adigit vllum;
Et tamen haud quaquam noſtros tunc illa per artus
Longè ab ſenſiferis primordia motibus errant:
Quin correptus homo ex ſomno ſe conligit ipſe.
Multo igitur mortem minùs ad nos eſſe putandum,
Si minus eſſe poteſt, quàm quod nihil eſſe videmus.
Maior enim turba diſiectus materiaï
Conſequitur leto; nec quiſquam expergitus extat,
Frigida quem ſemel eſt vitaï pauſa ſecuta.
Denique ſi vocem rerum natura repentè
Mittat, & hoc alicui noſtrum ſic increpet ipſa:
Quid tibi tantopere eſt mortalis, quòd nimis ægris
Luctibus indulges? quid mortem congemis, ac fles?
Nam ſi grata fuit tibi vita anteacta, prior'que;
Et non omnia pertuſum congeſta quaſi in vas
Commoda perfluxere, atque ingrata interiere:
Cur non, vt plenus vitæ conuiua, recedis?

2 vulg. torrat. v. q. terrat q. terra.
3 Ita o. v. ferè. in q. tamen res, etiá benè. vide indic.
4 Ita v. l. in q v. idi-git. rectè etiam. Maroll. & vulg. attigit. Lamb. adficit. nimis longè.

προσωποποιΐα naturæ ad φιλοβιοῦντας καὶ μισοθανάτους.

Æquo

Aequo animóque capis ſecuram ſtulte quietem?
Sin ea quæ fructus cumque es, periere profuſa;
Vitáque in offenſu eſt; cur amplius addere quæris,
Rurſum quod pereat malè, & ingratũ occidat omne?
Non potiùs vitæ finem facis, atque laboris?
Nam tibi præterea quod machiner, inueniámque
Quod placeat, nihil eſt: eadem ſunt omnia ſemper.
Si tibi non annis corpus iam marcet, & artus
Confecti languent; eadem tamen omnia reſtant,
Omnia ſi perges viuendo vincere ſæcla:
Atque etiam potiùs, ſi numquam ſis moriturus.
Quid [1]*reſpondemus, niſi iuſtam intendere litem*
Naturam, & veram verbis exponere cauſſam?
At, qui obitum lamentetur miſer amplius æquo;
Non meritò inclamet magis, & voce increpet acri:
Aufer ab hinc lacrumas [2]*barde, & cõpeſce querelas:*
Grandior hic verò ſi iam, ſeniórque queratur;
Omnia perfructus vitaï præmia, [3]*marces:*
Sed quia ſemper aues, quod abeſt; præſentia temnis:
Imperfecta tibi elapſa eſt, ingratáque vita,
Et necopinanti mors ad caput adſtitit antè,
Quàm ſatur, ac plenus poſſis diſcedere rerum:
Nunc aliena tua tamen ætate omnia mitte;
Aequo animóque, agedum, iã alijs cõcede: neceſſe eſt:
Iure, vt opinor, agat, iure increpet, inciletque.
Cedit enim rerum nouitate extruſa vetuſtas
Semper, & ex alijs aliud reparare neceſſe eſt:
Nec quidquã in barathrũ, nec tartara [4]*deditur atra.*
Materies opus eſt, vt creſcant poſtera ſæcla:
Quæ tamen omnia te vita perfuncta ſequentur:
Nec [5]*minus ergo antè, hæc quàm cecidêre, cadentq́3.*
Sic aliud ex alio numquam deſiſtet oriri:

1 fort. reſpondeamus. vt ſup. 102, 11.

2 Ita in v. noſtris. in q. v. Baratre, Baratre, baratro. ex mala pronũtiatione. vt ex delibo, delibero. ex nigro, nigero &c. Barde, ſtulte. vt modò, ſtulte quietem.

3 f. leg. maeres? q. l. marces.

4 v. q. decidit

5 Sic v. noſtri. optimè. Marull. quã te. in v. q. quam tunc. in al. q. v. quã nunc. in al. quam tu. omnia malè. O, non exteritur in Ergo.

Vitá'que mancupio nulli datur, omnibus vſu.
Reſpice item quàm nihil ad nos anteacta vetuſtas
Temporis æterni fuerit, quàm naſcimur, antè.
Hoc igitur ſpeculum nobis natura futuri
Temporis exponit. poſt mortem denique noſtram
Num quid ibi horribile apparet? num triſte videtur
Quidquam? non'ne omni ſomno ſecurius exſtat?

1 Ita o.v. Marul. atqui. & ita vulg. malè.

[1]Atque ea nimirum quæcumque Acherūte profundo
Prodita ſunt eſſe, in vita ſunt omnia nobis.

Quæ ad inferos ducāt, ea vitæ vitia eſſe.

Nec miſer impendens magnum timet aëre ſaxum
Tantalus, vt fama eſt, caſſa formidine torpens:
Sed magis in vita diuûm metus vrget inanis
Mortales, caſum'que timēt, quem cumque ferat fors.
Nec Tityon volucres ineunt Acherunte iacentem:
Nec,[2] quoi ſub magno ſcrutentur pectore quidquam
Perpetuam ætatem [3]poſſent reperire profectò,
Quàmlibet immani proiectu corporis exſtet,
Qui non ſola nouem diſperſis iugera membris
[4]Obtineat, ſed qui terraï totius orbem:
Non tamen æternum poterit perferre dolorem;
Nec præbere cibum proprio de corpore ſemper.
Sed Tityos nobis hic eſt, in amore iacentem
Quem volucres lacerant, atque exeſt anxius angor;
Aut alia quauis ſcindunt [5]torpedine curæ.
Siſyphus in vita quoque nobis ante oculos eſt,
Qui petere a populo faſces, ſæuas'que ſecures
Imbibit; & ſemper victus, triſtis'que recedit.
Nā petere imperiū, quod inane eſt, nec datur vmquā;
Atque [6]in eo ſemper durum ſufferre laborem;
Hoc eſt aduerſo nixantem trudere monte
Saxum, quod tamen [7]a ſummo iam vertice rurſum
Voluitur, & plani raptim petit æquora campi.

2 in q. l. quod. in al. qui. ex ijs feci quoi, vt ſup. 19, 24. & 20, 16. q. l. Ne quid.
3 Ita v. l. Marull. poſſunt. Lamb. poterunt.
4 q. v. Optineat, antiq. more.
5 Ita v. noſtri. & aliorum ferè. in q. v. cuppedine. quod inrepſiſſe puto ex alijs locis inf. lib. 5. & 6. vide ind. cuppedo. Similia vide ſup. 95, 15. Contrà. Marull. ex hoc loco mutarat inf. lib. 5. & 6. torpedine, pro cupp. ſuppoſito.
6 q. c. ideo
7 e

Dein-

Deinde animi ingratam naturam paſcere ſemper;
Atque explere bonis rebus, ſatiareque numquam:
Quod faciunt nobis annorum tempora, circùm
Cùm redeunt, fetúſque ferunt, variósque lepôres;
Nec tamen explemur vitaï fructibus vmquam:
Hoc, vt opinor, id eſt, æuo florente puellas
Quod memorant, laticem pertuſum cōgerere in vas;
Quod tamen expleri nulla ratione poteſtur.
Cerberus & Furiæ iam verò, & lucis egenus
Tartarus horriferos eructans faucibus æſtus,
[1]Hæc neque ſunt vſquam, neque poſſunt eſſe profectò.
Sed metus in vita pœnarum pro malefactis
Eſt inſignibus inſignis, ſceleriſque [2]luela
Carcer, & horribilis de ſaxo iactus[3] deorſum,
Verbera, carnifices, [4]robur, pix, lamina, tedæ:
Quæ tamen & ſi abſunt; at mens ſibi conſcia facti
Præmetuens, adhibet ſtimulos, torretque flagellis:
Nec videt interea, qui terminus eſſe malorum
Poſſit, nec quæ ſit pœnarum denique finis;
Atque eadē metuit magis hæc ne in morte graueſcāt:
Hinc Acheruſia fit ſtultorum denique vita.
Hoc etiam tibi tute interdum dicere poſſis:
Lumina [5]ſis oculis etiam bonus Ancus reliquit,
Qui melior multis, quàm tu, fuit, improbe, rebus.
Inde alij multi reges, rerúmque potentes
Occiderunt, magnis qui gentibus imperitarunt.
Ille quoque ipſe, viam qui quondam per mare magnū
Strauit, iterque dedit legionibus ire per altum,
Ac pedibus ſalſas docuit [6]ſuperire lacunas,
Et contempſit, [7]equis inſultans, murmura ponti;
Lumine adempto animam moribundo corpore fudit.
Scipiades belli fulmen, Carthaginis horror,

1 qui

2 Ita leg. vide indicem in q.v. numela, vel vt in al. numella.

3 Ita Lamb. ex libro q. in quo erat deorum. in al. o. eorum.

4 Ita v.l. & vulg.

5 Ita o.v. etiam noſtri. Marullus hoc deformarat in ſic. quod & alibi accidit.

6 Ita v.l. in al. ſuperare.

7 Sic libri o. nō igitur admitto aquis, Lamb. Virg. Culice: Non Helleſpontus pedibus pulſatus equorum. q.l. contuſit equis.

Oſſa dedit terræ proinde ac famul infimus eſſet.
Adde repertores doctrinarum, atque lepôrum:
Adde Heliconiadū comites; quorum vnus Homerus
Sceptra potitus, eàdem alijs ſopitus quiete eſt.
Denique Democritum poſtquàm matura vetuſtas
Admonuit,[1] *memores motus langueſcere mentis;*
Sponte ſua leto caput obuius obtulit ipſe.
Ipſe Epicurus obît[2] *decurſo lumine vitæ,*
Qui genus humanum ingenio ſuperauit, & omnis
[3] *Reſtinxit, ſtellas exortus vti æthereus ſol.*
Tu verò dubitabis, & indignabere obire,
Mortua cui vita eſt propè iam viuo, atque videnti?
Qui ſomno partem maiorem conteris æui?
Et vigilans ſtertis, nec ſomnia cernere ceſſas,
Sollicitam'que geris caſſa formidine mentem?
Nec reperire potes, quid ſit tibi ſæpe mali, cùm
Ebrius vrgeris multis miſer vndique curis,
Atque[4] *animi incerto fluitans errore vagaris?*
Si poſſent homines, proinde ac ſentire videntur
Pondus ineſſe animo, quod ſe grauitate fatiget;
Et quibus id fiat cauſis[5] *cognoſcere, & vnde*
Tanta mali tamquam moles in pectore conſtet:
Haud ita vitam agerent, vt nunc plerūque videmus,
Quid ſibi quiſque velit, neſcire, & quærere ſemper,
Commutare locum, quaſi onus deponere poſſit.
Exit ſæpe foras magnis ex ædibus ille,
Eſſe domi quem pertæſum eſt, ſubitò'que reuertit;
Quippe foris nihilo melius qui ſentiat eſſe.
Currit agens mannos ad villam præcipitanter,
Auxilium tectis quaſi ferre ardentibus inſtans:
Oſcitat extemplo tetigit cum limina villæ;
Aut abit in ſomnum grauis, atque obliuia quærit;

1 Ita o. l. optimè. memores motus mentis, id eſt, mentem. Sic & inf. 131, 21. peſſimè Lāb. memorem. mētis motus vocat. memores poëtæ corporis, ſenſiferos.

2 vide ſup. 94, 18.

3 Ita in v. l. in q. v. reſtrinxit, vt & apud Lučat. ſed hac in re ſæpe variatum eſt. ſup. 16, 14. malè etiā hic. vulg. interpunctum eſt.

4 In vulg. & v. q. animo. malè.

5 Ita ex v. q. leg. vulg. quoque noſcere.

Aut etiam properans vrbem petit, atque reuiſit.
Hoc ſe quiſque modo fugit:[1] *at, quem ſcilicet, vt fit,*
Effugere haud potis eſt, ingratis heret, & angit;
Propterea, morbi quia cauſſam non tenet æger:
Quam benè ſi videat; iam rebus quiſque relictis
Naturam primùm ſtudeat cognoſcere rerum,
Temporis æterni quoniam, non vnius horæ,
Ambigitur ſtatus, in quo ſit mortalibus omnis
Aetas poſt mortem, quæ reſtat cumque,[2] *manenda.*
Denique tantopere in dubijs trepidare periclis
Quæ mala nos ſubigit vitaï tanta cupido?
[3]*Certè equidem finis vitæ mortalibus adſtat,*
Nec[4] *deuitari letum pote quin obeamus.*
Præterea verſamur ibidem, atque inſumus vſque:
Nec noua viuendo procuditur vlla voluptas.
Sed dum abeſt, quod auemus, id exſuperare videtur
Cetera; pòſt aliud, cùm contigit illud, auemus;
Et ſitis æqua tenet, vitaï ſemper hiantis:
Poſteráque, in dubio eſt, fortunã quam vehat ætas,
Quid'ue ferat nobis caſus, qui'ue exitus inſtet.
Nec prorſum vitam ducendo, demimus hilum
Tempore de mortis, nec[5] *delibare valemus,*
Quo minus eſſe diu poſſimus morte perempti.
Proinde licet quotuis viuendo condere ſæcla,
Mors æterna tamen nihilo minus illa manebit:
Nec minus ille diu iam non erit, ex hodierno
Lumine qui finem vitaï fecit, & ille,
Menſibus, atque annis qui multis óccidit antè.

T. LV-

1 Ita ex v. noſtr. reſtitui. in q. v. ad quem. ad, pro at. qua in re ſæpe variatum eſt. Marull. & vulg. quod.

2 vulg. manendo

3 Sic in vet. & q. vulg. al. Certa equidẽ. in q. Certè quidem.

4 Ita interpung. letum obire dixit. & inf. lib. 5.

5 In q. ?l. delibrare. quod & probat. Lamb. in q. deliberare. omnia mẽdoſe. vide indic.

T. LVCRETII CARI
DE RERVM NATVRA,
LIBER QVARTVS.

AVia Pieridum peragro loca, nullius antè
Trita ſolo: iuuat integros accedere fontis,
Atque haurire, iuuat'que nouos decerpere flores,
Inſignem'que meo capiti petere inde coronam,
Vnde prius nulli velarint tempora muſæ.
Primùm quòd magnis doceo de rebus, & artis
Relligionum animum nodis [1] exſoluere pergo:
Deinde, quòd obſcura de re tam lucida pango
Carmina, muſeo continguens cuncta [2] lepôre.
Id quoque enim non ab nulla ratione videtur:
Nam veluti, pueris abſinthia tetra medentes
Cum dare conantur, prius oras pocula circum
Contingunt mellis dulci, flauo'que liquore,
Vt puerorum ætas improuida ludificetur
Labrorum tenus: interea perpotet amarum
Abſinthii laticem, decepta'que non capiatur;
Sed potius tali [3] facto recreata valeſcat:
Sic ego nunc, quoniam hæc ratio plerumque videtur
Triſtior eſſe, quibus non eſt tractata, retrò'que
Volgus abhorret ab hac; volui tibi ſuauiloquenti
Carmine Pierio rationem exponere noſtram,
Et quaſi muſeo dulci contingere melle:
Si tibi forte animum tali ratione tenere
Verſibus in noſtris poſſem, dum [4] perſpicis omnem
Natu-

1 vide ſup. 30, 12.

2 liquore

3 Ita quidem. ſup. ſed hic in 4 lib. erat tactu. fort. tractu. trahere, vt [illegible] Græc. ſit epotare.

4 Ita & lib. q. & ſup. 30, 27. & ſup. 35, 20. quin vltima naturai Peruideas.

Naturam rerum, ac [1] præſentis vtilitatem.
Sed quoniam docui, cunctarum exordia rerum
Qualia ſint, & quàm varijs diſtantia formis
Sponte ſua volitent æterno percita motu;
Quóque modo poſſint res ex his quæque creari:
Atque, animi quoniam docui natura quid eſſet,
Et quibus e rebus cum corpore compta vigeret,
Quóue modo diſtracta rediret in ordia prima:
Nunc agere incipiã tibi, quod vehementer ad has res

De ſimulacris, ſeu imaginibus.

Attinet, eſſe ea, quæ rerum ſimulacra vocamus:
Quæ quaſi membranæ ſummo de corpore rerum
Derepta volitant [2] vltró que, citró que per auras:
Atque eadem nobis vigilantibus obuia mentes
Terrificant, atque in ſomnis, cùm ſæpe figuras
Contuimur miras, ſimulacrá que luce carentum:
Quæ nos horrificè languentis ſæpe ſopore
Excierunt, ne forte animas Acherunte reamur
Effugere, aut vmbras inter viuos volitare;
Né ue aliquid noſtri poſt mortem poſſe relinqui,
Cùm corpus ſimul, atque animi natura perempta
In ſua diſceſſum [3] dederunt primordia quæque.
Dico igitur rerum [4] effigias, tenuiś que figuras
Mittier ab rebus ſummo de [5] cortice earum:
Quæ quaſi [6] membrana, vel cortex nominitanda eſt:
Quòd ſpeciem, ac formam ſimilem gerit eius imago,
Cuiuſcumque cluèt de corpore fuſa vagari.
Id licet hinc quàmuis hebeti cognoſcere corde.
Principio, quoniam mittunt in rebus apertis
Corpora res multæ; partim diffuſa ſolutè,
Robora ceu fumum mittunt, ignesq́ue vaporem;
Et partim contexta magis, condenſá que, vt olim
Cum [7] veteris ponunt tunicas æſtate cicadæ;

Et vi-

1 f. perſentis

2 Ita v. l. vulg. vltro citr.

3 Ita côiectura doctus emendaui. in al. dederint. ita & inf. 38,25. & ſeq.

4 Ita l. v. vulg. effigies.

5 Sic o. v. ferè. vulg. corpore.

6 Ita ſcripſi ex Nonio, Cortex. in lib. membranæ.

7 teretes, & ita etiã inf. 171,12.

Et vituli cùm membranas de corpore ſummo
Naſcentes mittunt; & item cùm lubrica ſerpens
Exuit in ſpinis veſtem; nam ſæpe videmus
Illorum ſpolijs vepres volitantibus auctas.
Hæc quoniam fiunt, tenuis quoque debet imago
Ab rebus mitti ſummo de corpore earum:
Nam, cur illa cadant magis, ab rebus'que recedant,
Quàm quæ tenuia ſunt, [1] oſtendi eſt nulla poteſtas.
Præſertim cùm ſint in ſummis corpora rebus
Multa minuta, iaci quæ poſſint ordine [2] eodem,
Quo fuerint, [3] & con formæ ſeruare figuram;
Et multò citiùs, quanto minus endopediri
Pauca queunt, [4] vt ſunt in prima fronte locata:
Nam certè [5] iacier ac tergeri multa videmus
Non ſolùm ex alto, penitus'que, vt diximus antè;
Verùm de ſummis ipſum quoque ſæpe colorem:
Et volgò faciunt id lutea, [6] ruſſa'que vela,
Et ferruginea, cùm magnis intenta theatris
Per malos volgata, trabes'que trementia [7] fluitant.
Namque ibi conſeſſum caueaï ſubter, & omnem
[8] *Scænaï ſpeciem patrum, matrum'que, Deorum'que*
Inficiunt, cogunt'que ſuo fluitare colore:
Et quanto circùm mage ſunt incluſa theatri
Mœnia, tam magis hæc intus perfuſa lepôre
Omnia conrident [9] conrepta luce diei.
Ergo lintea de ſummo cùm corpore fucum
Mittunt, effigias quoque debent mittere tenuis
Res quæque; ex ſummo quoniam iaculātur vtraque.
Sunt igitur iam formarum veſtigia [10] certa,
Quæ volgò volitant ſubtili prædita filo,
Nec ſingillatim poſſunt ſecreta videri.
Præterea omnis [11] odos, fumus, vapor, atque aliæ res
Conſi-

1 Ita in v. noſtr. & al. v. ex vno cod. Lamb. hiſcēdi. vulg. oſtendit.
2 rerum
3 Sic vet. libr. in al. v. cum forma. etiam bene, ita pag. ſeq. ibi. Quādoquid &c. et ibi, Sunt igitur iā for. &, Sūt igitur tenues. vulg. ſolitā & formæ. Lāb. veterē.
4 Ita malim ex v. l. quam, &.
5 In v. l. iacere ac mergiri, corgeri, ier giri. vulg. iaculari. iacier rectum eſt. de tergeri dubito. Lāb. e nergere. vide ind. & ſup. 7, 25.
6 Ita v. l. vulg. ruſa.
7 v. l. q. fluctus. q. circum. al. alter. vulg. pendent. ego ex v. l. veſtigijs, & ratione ductus, fluitant, repoſui numerus hic aptiſsimus pepent errorē. vide & ſup. 78, 3.
8 Ita v. l. in q. v. Scænali. vulg. Scænalē. Sic & inf. 156, 14.
9 concepta
10 Cæca q. vulg. ita variatū. ſup. 17, 17.
11 Ita vet. lib. & Nonius.

Conſimiles, ideò diffuſa rebus abundant,
Ex alto quia dum veniunt intrinſecus orta,
Scinduntur per iter flexum, nec recta viarum
Oſtia ſunt, quà contendunt exire coorta.
At contrà tenuis ſummi membrana coloris
Cùm iacitur, nihil eſt, quod eam diſcerpere poſſit;
[1]In promptu quoniam eſt, in prima fronte locata.
Poſtremò in ſpeculis, in aqua, ſplendoré que in omni
Quæcumque apparent nobis ſimulacra, neceſſe eſt,
Quandoquidem ſimili ſpecie ſunt prædita rerum,
[2]Ex imaginibus miſſis conſiſtere eorum.
Nam, cur illa cadant magis, ab rebus'que recedant,
[3]Quàm quæ tenuia ſunt, [4]oſtendi eſt nulla poteſtas.
Sunt igitur tenues formarum, conſimiles'que
Effigiæ, ſingillatim quas cernere nemo
Cùm poſſit; tamen aſſiduo, crebró'que repulſu
Reiectæ reddunt ſpeculorum ex æquore viſum:
Nec ratione alia ſeruari poſſe videntur
Tantopere, vt ſimiles reddantur cuique figuræ.
Nunc age, quàm tenui natura conſtet imago
Percipe: & imprimis quoniam primordia tantùm
Sunt infra noſtros ſenſus, tantó'que minora,
Quàm quæ primùm oculi cœptant non poſſe tueri.
Nunc tamen id quoque vti cõfirmem, exordia rerum
Cunctarum quàm ſint ſubtilia, percipe paucis.
Primùm animalia ſunt iam partim tantula, eorum
Tertia pars nulla vt poſſit ratione videri:
Horũ inteſtinũ quoduis quale [5]eſſe putandũ eſt? (tus?
Quid cordis globus? aut oculi? quid mẽbra? quid ar-
Quantula ſunt? quid præterea primordia quæque,
Vnde anima, atque animi cõſtet natura, neceſſum eſt?
Non'ne vides, quàm ſint ſubtilia, quam'que minuta?

Præte-

1 Ita interpungendum. Enn. in frontẽ promptum gero. & ſup. alicubi.

2 Ita v. l. vt ſit choreus. malè hæc deprauarunt alij. Eſſe in. & Marull. Eſſe &.

3 Verſus hic antea interiectus, Corpora, res multæ quæ mittunt. corpore aperto, abeſt a v. noſtris. & gloſſam ſapit. & ſup. 110, 7. etiam abeſt.

4 Ita v. l. vt & paullo ante. vulg. oſtendit. Lamb. luſtendi.

Simulacra quàm ſint minuta.

5 Nonius, eis vtendum eſt. in v. l. harum. &, quo quis volet eſſe putandũ.

Præterea, quæcumque ſuo de corpore odorem
Exſpirant acrem, panaces, abſinthia tetra,
Abrotoni'que graues, & triſtia centauria:

1 v.l.o. duobus. hinc Lamb. ciebis. Marull. mouebis.
2 q.c. Quando potis noſcas

Horum vnumquoduis leuiter ſi forte [1] ciebis,
[2] Quamprimùm noſcas rerum ſimulacra vagari
Multa modis multis, nulla vi, caſſa'que ſenſu.

3 non eſt

Quorum quantula pars ſit imago, dicere [3] nemo eſt
Qui poſſit, neque eam rationem reddere dictis.
Sed ne forte putes ea demum ſola vagari,
Quæcumque ab rebus rerum ſimulacra recedunt;
Sunt etiam, quæ ſponte ſua gignuntur, & ipſa
Conſtituuntur in hoc cælo, qui dicitur aër:
Quæ multis formata modis ſublime feruntur;
Nec ſpeciem mutare ſuam liquentia ceſſant,
Et cuiuſquemodi formarum vertere in ora.
Vt nubes facilè interdum concreſcere in alto
Cernimus; & mundi ſpeciem violare ſerenam,

4 In lib. ferè. mulcentes. in q. etiam motu. vide mulgeo, in ind. g. mutarunt librarii ſæpe in c vel s. ex pronuntiatione. gero, fero &c.
5 Sic in lib. noſtris: placet Lucretio hiatus. in q. v. vt in vulg. magni mõtes. q.l. mõtes magnos. malè.

Aëra [4] mulgentes motum. nam ſæpe gigantum
Ora volare videntur, & vmbram ducere latè:
Interdum montes [5] magni, auolſa'que ſaxa
Montibus anteire, & ſolem ſuccedere præter;
Inde alios trahere, atque inducere bellua nimbos.
Nunc ea quàm facili, & celeri ratione gerantur,
Perpetuo'que fluant ab rebus, lapſa'que cedant.

Quemad. gignãtur ſimulacra.

6 in q.l. quidquam

Semper enim ſummum [6] quidquid de rebus abundat,
Quod iaculentur: & hoc alias cùm peruenit in res,
Tranſit, vt imprimis veſtem: ſed vbi aſpera ſaxa,
Aut in materiem ligni peruẽnit; ibi iam

7 Sic in vet. noſtr. rectiſsimè. vt inf. ſcinditur. excidium indicans. & mox, opponit ſalutem. al. accidit. quod eſt Marulli.

Scinditur, vt nullum ſimulacrum reddere poſſit.
At cùm, ſplendida quæ conſtant, oppoſta fuerunt,
Denſaq́; vt imprimis ſpeculũ eſt; nihil [7] occidit horũ:
Nam neque vti veſtem, poſſunt tranſire, neque antè

Scindi, quàm meminit læuor præſtare ſalutem.
Quapropter fit, vt hinc nobis ſimulacra [1] *gerantur.*
Et quamuis ſubitò, quouis in tempore, quamque
Rem contra ſpeculum ponas, appâret imago:
Perpetuò fluere vt noſcas e corpore ſummo
Texturas rerum tenuis, tenuis'que figuras.
Ergo multa breui ſpatio ſimulacra geruntur;
Vt meritò [2] *celer his rebus dicatur origo.*
[3] *Et quaſi multa breui ſpatio ſummittere debet*
Lumina ſol, vt perpetuò ſint omnia plena:
Sic a rebus item ſimili ratione neceſſe eſt
Temporis in puncto rerum ſimulacra ferantur
Multa modis multis in cunctas vndique partis:
Quãdoquidem ſpeculũ [4] *quoi cũque obuertimus, illuc*
Res tibi reſpondent ſimili forma, atque colore.
Præterea modò cùm fuerit liquidiſſima cæli
Tempeſtas, perquàm ſubitò fit turbida fœdè
Vndique, vti tenebras omnis Acherunta [5] *rearis*
Liquiſſe, & magnas cæli compleſſe cauernas.
Vſqueadeò tetra nimborum nocte coorta,
Impendent atræ formidinis ora supernè:
Quorum quantula pars ſit imago, dicere nemo eſt,
Qui poſſit, neque eam rationem reddere dictis.

De celeri ſimulacrorum motu.

Nunc age, quàm celeri motu ſimulacra ferantur,
Et quæ mobilitas ollis tranantibus auras
Reddita ſit, longo vt ſpatio breuis hora [6] *teratur,*
In [7] *quem quæque locum diuerſo numine tendunt;*
Suauidicis potiùs, quàm multis verſibus edam:
Paruus vt eſt cygni melior canor, ille gruum quàm
Clamor in [8] *ætherеis diſperſus nubibus auſtri.*
Principio perſæpe leuis res, atque minutis
Corporibus factas, celeris licet eſſe videre.

1 q.v. & vulg. redũdent. in q.l. reſultẽt.
2 Ita in lib. noſtris. rectiſſ.
3 Hoc ab iis deprauatum fuit cõtra v.l. qui particulę quaſi, vſum nõ tenebãt.
4 Ita ſcripſi, cùm in libr. eſſet partim quod, partim quo. vide ſup. 28, 17. in q. l. aduertimus. in q. oris, pro illuc. in q. ſibi. in vulg. ibi.
5 Ita ferè v. l: q. Acherunte recto. vt ſit Græc. vti liquiſſe, ὥστε. Marull. reamur.
6 Ita q. vulg. in al. l. ferantur. hypallage ſubeſt.
7 malè Marull. contra v.l. momine. q. l. quemcumque.
8 ætherei, malè. inf. 135, 26. & alij poëtæ id epitheton attribuũt nubibus.

In quo iam genere eſt ſolis lux, & vapor eius,
Propterea quia ſunt e primis facta minutis:
Quæ quaſi [1] cuduntur, per'que aëris interuallum
Non dubitant tranſire ſequenti concita plaga.
Suppeditatur enim confeſtim lumine lumen,
Et quaſi protelo ſtimulatur fulgure fulgur.
Quapropter ſimulacra pari ratione neceſſe eſt
Immemorabile per ſpatium tranſcurrere poſſe
Temporis in puncto: primùm, quòd paruula cauſſa
Eſt [2] procul, a tergo quæ prouehat, atque propellat:
Deinde, quòd vſqueadeò textura prædita rara
Mittuntur, facilè vt quaſuis penetrare queant res,
Et quaſi permanare per aëris interuallum.
Præterea ſi, quæ penitus corpuſcula rerum
Ex alto in terras mittuntur, ſolis vti lux,
Ac vapor, hæc puncto cernuntur lapſa diei
Per totum cæli ſpatium diffundere ſeſe;
Per'que volare mare, ac terras, cælum'que rigare,
[3] Quod ſuperà eſt; vbi tã volucri hæc leuitate ferũtur:
Quid quæ ſunt igitur [4] in prima fronte parata,
Cum iaciuntur, & emiſſum res nulla moratur,
Non'ne vides citius debere, & longius ire?
[5] Multiplicis'que loci ſpatium tranſcurrere eodem
Tempore, quo ſolis peruolgant lumina cælum?
Hoc etiam imprimis ſpecimen [6] verum eſſe videtur,
Quàm celeri motu rerum ſimulacra ferantur,
Quòd ſimul ac primùm ſub diuo ſplendor aquaï
Ponitur; extemplò cælo ſtellante, ſerena
Sidera reſpondent in aqua radiantia mundi.
Iam'ne vides igitur, quàm puncto tempore imago
Aetheris ex oris ad terrarum [7] accidat oras?
Quare etiam atque etiã [8] minima hæc fateare neceſſe (eſt

Corpo-

1 Ita plerique omnes libri. Sic inf. procudit. in q. truduntur. non malè, vt inf. ſæpe.
2 Ita v. l. Marull. ſatis.
3 hic verſus in v. q. ponitur ſup. poſt illum, Eſt procul.
4 Ita omnino leg. ex v. vulg. iam.
5 Ita in lib. noſt. Marull. & vulg. multiplexq. vide & ſup.
6 v. q. veri.
7 Sic v. noſtri. ita inf. hic ita in Ennij verſu: Cæſa accidiſſet abiegna ad terr. &c. vulg. cecidiſſet.
8 Ita o. l. in q. mira. quæ nota valet, minima. Lamb. miſti.

Corpora, quæ feriant oculos, viſum'que laceſſant;
Perpetuo'que fluant certis ab rebus [1] *odores:*
Frigus vt a fluuiis, calor a ſole, æſtus ab vndis
Aequoris, exeſor mœrorum litora circum.
Nec variæ ceſſant voces volitare per [2] *aures.*
Denique in os ſalſi venit humor ſæpe ſaporis,
Cùm mare verſamur propter; diluta'que contrà
Cùm tuimur miſceri abſinthia, tangit amaror.
Vſqueadeò omnibus ab rebus res quæque fluenter
Fertur, & in cunctas dimittitur vndique partis.
Nec mora, nec requies inter datur vlla fluendi:
Perpetuò quoniam ſentimus, & omnia ſemper
Cernere, odorari licet [3] *& ſentire ſonare.*
Præterea quoniam manibus tractata figura
In tenebris quædam, cognoſcitur eſſe eadem, quæ
Cernitur in luce, & claro candore; neceſſe eſt
Conſimili cauſſa tactum, viſum'que moueri.
Nunc igitur, ſi quadratum tentamus; & id nos
Commouet in tenebris: in luci quæ poterit res
Accidere ad ſpeciem, quadrata niſi eius imago?
Eſſe in imaginibus quapropter cauſſa videtur
Cernendi, neque poſſe ſine his res vlla videri.
Nunc ea quæ dico rerum ſimulacra, feruntur
Vndique; & in cunctas iaciuntur didita partis.
Verùm, nos oculis quia ſolis cernere quimus,
Propterea fit, vti ſpeciem quò vertimus, omnes
Res ibi eam contrà feriant forma, atque colore.
Et quantùm quæque a nobis res abſit, imago
Efficit, vt videamus, & internoſcere curat.
Nam cum mittitur, extemplò [4] *procudit, agit'que*
Aëra, qui inter ſe cumque eſt, oculos'que locatus.
Is'que ita per noſtras acies perlabitur omnis;

 Et

1 Ita o.l. ſed Marul. Lamb. obe rtu. malè. cõmemorat poëta eſſe corpora primũ quæ oculos, deinde nares, vt ſunt odores; deinde tactum, vt frigus; aures, vt ſoni; linguam, vt ſapores feriant.
2 Ita omnino leg. puto etiam non cõſentientib. lib. ſcio. lib. 6. ter, quaterue, auras. in q. l. eſſe pro aures. ſententiã vide in adnot. ad verſ. paullo ante poſitũ. Perpetuoque: & vide inf. 223, 16. ita dicit poëta volitare & trãſuolitare, manare, tranſmittere, penetrare, peruolitare, tranſire, meare, tranare.
3 Ita vet. q. vulg. ſonorem. Lãb. exaudire ſonorem. peſſimè. tẽpus Gall. tãpus, ſentire, ſantire.
4 q. v. protrudit. vide 114, 4.

Et quaſi perterget pupillas, atque ita tranſit.
Propterea fit, vti videamus quàm procul abſit
Res quæque: & quanto plus aëris antè agitatur,
Et noſtros oculos perterget longior aura;
Tam procul eſſe magis res quæque remota videtur.
Scilicet hæc ſummè celeri ratione geruntur,
Quale ſit vt videamus; & vnà quàm procul abſit.
Illud in his rebus minimè mirabile habendum eſt,
Cur ea, quæ feriant oculos ſimulacra, videri
Singula cùm nequeant, res ipſæ perſpiciantur:
Ventus enim quoque paullatim cùm verberat, & cùm
Acre ferit frigus, non [1] priuam quamque ſolemus
Particulam venti ſentire, & frigoris eius;
Sed magis [2] vniuorſum, fieri'que perinde videmus
Corpore tum plagas in noſtro, tamquam [3] aliqua res
Verberet, atque ſui det ſenſum corporis extra.
Præterea lapidem digito cùm tundimus, ipſum
Tangimus extremum ſaxi, ſummum'que colorem:
Nec ſentimus eum tactu, verùm magis ipſam
Duritiem penitus ſaxi ſentimus in alto.
Nunc age, cur vltra ſpeculum videatur imago,
Percipe; nam certè penitus [4] remota videtur.
Quod genus illa, foris quæ verè tranſpiciuntur,
Ianua cùm per ſe tranſpectum præbet apertum,
Multa facit'que foris ex ædibus vt videantur.
[5] Ipſe etenim duplici, gemino'que fit aëre viſus.
Primus enim eſt, citra poſtis [6] quum cernitur aër:
Inde fores ipſæ dextrâ, læua'que ſequuntur.
Pòſt extraria lux oculos perterget, & aër
Alter, & illa, foris quæ verè tranſpiciuntur.
Sic vbi ſe primùm ſpeculi proiecit imago,
Dum venit ad noſtras acies, procudit, agit'que

Aëra,

1 Ita ex v. c. id eſt ſingulam. ſequitur enim, Sed magis vniuorſum. Sic etiã ſup. 85, 14. q. c. habẽt, prima, pro priua, mendosè.
2 Ita leg. vt ſit creticus. vel fiat cõtractio. vt inf. 225, 19.
3 Ita rectè. eſt autẽ verſus μειουρος. in al. aliquæ. alij aliter.

Vltra ſpeculũ cur videatur imago.

4 Ita meliùs ex v. q. in al. ſemota. malè, vide re. in indic. & inf. penitusque remota, pag. ſeq.
5 Ita ex v. noſtr. lego. in al. tamen: Iſ quoque enim. duriùs.
6 Ita ferè in o. v. vulg. qui.

Aëra, qui inter ſe cumque eſt, oculos'que locatus:
Et facit, vt priùs hunc omnem ſentire queamus,
Quã ſpeculũ. ſed vbi ſpeculũ quoque ſenſimus ipſum;
Continuò, [1] hæc in id, à nobis quæ fertur imago,
Peruenit, & noſtros oculos reiecta reuiſit;
Atque alium præ ſe propellens aëra voluit
Et facit, vt priùs hunc, quàm ſe videamus: eo'que
Diſtare à ſpeculo tantùm [2] remota videtur.
[3] Quare etiam atque etiam minimè [4] mirarier eſt par
Illis, quæ reddunt ſpeculorum ex æquore viſum
[5] Aëribus binis, quoniam res conſit [6] vtrimque.
Nunc ea, quæ nobis membrorum dextera pars eſt,
In ſpeculis fit [7] vti læua videatur, eò quòd
Planiciem ad ſpeculi veniens cùm offendit imago,
Non conuertitur incolumis; ſed recta retrorſum
Sic eliditur, vt ſi quis prius, arida quàm ſit
[8] Cretea perſona, allidat pilæ'ue, trabi'ue;
Atque ea continuò rectam ſi fronte figuram
Seruet, & eliſam retrò ſeſe exprimat ipſa;
Fiet, vt, antè oculus fuerit qui dexter, hic idem
Nunc ſit læuus, & e læuo ſit mutua dexter.
[9] Fit quoque, de ſpeculo in ſpeculũ vt tradatur imago:
Quinque etiam [10] ſex vt fieri ſimulacra ſuerint.
Nam quæcumque retro parte interiore latebunt;
Inde tamen, quamuis tortè, penitus'que remota
Omnia, per flexos aditus educta licebit
Pluribus hæc ſpeculis videantur in ædibus eſſe.
Vſqueadeò e ſpeculo in ſpeculum tralucet imago:
Et cùm læua data eſt, fit rurſum, vt dextera fiat:
[11] Inde retrorſum reddit, & conuertit eôdem.
Quinetiam quæcumque latuſcula ſunt ſpeculorum
Adſimili lateris flexura prædita noſtri:

1 vulg. a nobis in eum

2 ſemota, vulg.

3 Hos tres vt ſpurios, contra o.l. delet Lamb. perperã. cũ bonus ſit ſenſus.
4 al. mirari eſt par.
5 Aciebus
6 Ita in vet. vulg. vtroque.

Cur dextra quæ ſunt, in ſpeculis, videantur læua; & cõtrà.

7 vulg. vt in læua. in q.v. vt læua. ego vti læua. vt ſit tribrachus. quæ res, vt ſæpe dixi, mendũ peperit. in læua, barbarum eſt.
8 vulg. Cerea.
9 Hic melior eſt ordo quam qui in alijs q.
10 Ita ex q.l.v. malim, vt ſex ſeptem Horat. ep. t. lib. 1. & Terent. Eunuch. in al. ſexue.

11 Ita v.l. niſi quod antiq. more de, quo Pierius, habebant redit. Lãb. addidit, ſe. rectè for. vt olim fuerit, l, &. ego vet. ſcripturam repoſui. nã &, reddit, vt, conuertit, abſolutè accipi poßit, & in, reddit, choreus pro ſpõdeo. inf. etiam 118.
12. vtitu, reddita.

Dextera ea propter nobis ſimulacra remittunt
Aut quia de ſpeculo in ſpeculum transfertur imago;
Inde ad nos eliſa bis aduolat: aut etiam quod
Circumagitur, cùm vênit imago; propterca quòd
Flexa figura docet ſpeculi conuertier ad nos.
Endogredi porrò pariter ſimulacra, pedem'que
Ponere nobiſcum credas, geſtum'que imitari;
Propterea quia, de ſpeculi qua parte recedas,
Continuò nequeunt illinc ſimulacra reuerti:
Omnia quandoquidem cogit natura referri,
Ac reſilire ab rebus ad æquos reddita flexus.
Splendida porrò oculi fugitant, vitant'que tueri:
Sol etiam cæcat, contrà ſi [a] cernere pergas;
Propterea quia vis magna eſt ipſius; & altè
Aëra per purum grauiter ſimulacra feruntur,
Et feriunt oculos turbantia compoſituras.
Præterea ſplendor, quicumque eſt acer, adurit
Sæpe oculos, ideò quòd ſemina poſſidet ignis
Multa, dolorem oculis quæ gignunt inſinuando.
Lurida præterea fiunt quæcumque tuentur
Arquati, quia luroris de corpore eorum
Semina multa fluunt ſimulacris obuia rerum;
Multa'que ſunt oculis in eorum denique mixta,
Quæ contage ſua palloribus omnia pingunt.
E tenebris autem, quæ ſunt in luce, tuemur;
Propterea, quia cum propior caliginis aër
Ater init oculos prior, [a] & poſſidit apertos;
Inſequitur candens confeſtim lucidus aër,
Qui quaſi purgat eos, ac nigras diſcutit vmbras
Aëris illius: nam multis partibus hic eſt
Mobilior, multis'que minutior, & mage pollens.
Qui ſimul atque vias oculorum luce repleuit;

Atque

a Ita ex vet. malim. vulg. & in al. tendere.

Ex tenebris quæ ſunt in luce, videri.

a Ita malim, petente ad ſententia. in lib. poſsedit. ita ſæpe variatum.

Atque patefecit, quas antè obſederat ater;
Continuò rerum ſimulacra adaperta ſequuntur;
Quæ ſita ſunt in luce, laceſſunt'que vt videamus.
Quod contrà facere in tenebris [1] e luce nequimus;
Propterea, quia poſterior caliginis aër
Craſſior inſequitur; qui cuncta foramina complet;
Obſidit'que vias oculorum, ne ſimulacra
Poſſint vllarum rerum [2] conlecta moueri.
Quadratas'que procul turris cùm cernimus vrbis,
Propterea fit, vti videantur ſæpe rotundæ,
Angulus obtuſus quia longè cernitur omnis,
Siue etiam potiùs non cernitur, ac perit eius
Plaga, nec ad noſtras acies [3] arlabitur ictus;
Aëra per multum quia dum ſimulacra feruntur,
Cogit hebeſcere eum crebris offenſibus aër:
Hinc vbi ſuffugit ſenſum ſimul angulus omnis,
Fit, quaſi vt ad [4] tornum ſaxorum ſtructa tuantur;
Non tamen vt coram quæ ſunt, verè'que rotunda,
Sed quaſi adumbratim paullùm ſimulata videntur.
Vmbra videtur item nobis in ſole moueri,
Et veſtigia noſtra ſequi, geſtum'que imitari,
Aëra ſi credas priuatum lumine poſſe
Endogredi, motus hominum, [5] geſtus'que ſequentem.
Nam nihil eſſe poteſt aliud niſi lumine caſſus
Aër, id quod nos vmbram perhibere ſuëmus.
Nimirum, quia terra locis ex ordine certis
Lumine priuatur ſolis, quacumque meantes
Officimus; repletur item, quod liquimus eius.
Propterea fit, vti videatur, quæ fuit vmbra
Corporis, e regione eadem nos vſquè ſecuta.
Semper enim noua ſe radiorum lumina fundunt,
Primá'que diſpereunt, [6] quaſi in ignem lana trahatur.

1 In al. a

2 In libris quidem, conlecta: ſed vide indic. & inf. 121. 7.

De quibuſdã viſus captionibus.

De turribus.

3 Ita ex veſtigijs v. l. in quibus hic erat deriuab. & derrabitur, reſtitui. vulg. delabitur, inlabitur.

4 Ita in v. in q. turrim Lamb. quaſi tornata vt

De vmbra hominum et aliorum mobilium.

5 geſtumque

6 Ita Lamb. & v. q. conſentiunt. in al. quaſi margine, al. quaſi imagine, haud ſcio tamen, an quid latet.

Propterea facilè & ſpoliatur lumine terra;
Et repletur item, nigras'que ſibi abluit vmbras.

Sẽſus eſſe certos ac veros, eorumq́. fallacias naſci ab animi opinatu. vide & inf. 122, 23.

Nec tamen hic oculos falli concedimus hilum.
Nam quocumque loco ſit lux, atque vmbra, tueri
Illorum eſt. eadem verò ſint lumina, nec'ne;
Vmbra'que, quæ fuit hic, eadem num tranſeat illuc;
An potiùs fiat, paullo quod diximus antè;
Hoc animi demum ratio diſcernere debet:
Nec poſſunt oculi naturam noſcere rerum.
Proinde animi vitium hoc oculis adfingere noli.

De naui, ſtellis, & mõtib. & alijs quib.

Qua vehimur naui, fertur, cùm ſtare videtur;
Quæ manet in ſtatione, ea præter creditur ire:
Et fugere ad puppim colles, campi'que videntur,
Quos agimus præter nauim, velis'que volamus.
Sidera ceſſare æthereis adfixa cauernis
Cuncta videntur, & aſſiduo ſunt omnia [1] motu:
Quandoquidem longos obitus exorta reuiſunt,
Cùm permenſa ſuo ſunt cælum corpore claro.
Sol'que pari ratione manere, & luna videtur
In ſtatione; ea quæ ferri res indicat ipſa.
Exſtantes'que procul medio de gurgite montes,
Claſſibus inter quos liber patet exitus; [2] ÿdem
Apparent: & longè diuolſi licet, ingens
Inſula coniunctis tamen ex his vna videtur.
Atria verſari, & circumcurſare columnæ
Vſqueadeò fit uti pueris videantur, vbi ipſi
Deſierunt verti, vix vt iam credere poſſint,
Non ſupra ſeſe ruere omnia tecta minari.
Iam'que rubrum tremulis iubar ignibus erigere altè
Cum cœptat natura; ſuprá'que extollere montes:
Quos tibi [3] tum ſupra ſol montis eſſe videtur,
Comminus ipſe ſuo contingens feruidus igni;

Vix

1 q. l. mota

2 Hæc, ijdem Ap. c. l. d. licet, abſunt a v. q. l.

3 In q. v. vbi cùm. in q. vbi tum.

Vix abſunt nobis miſſus bis mille ſagittæ;
Vix etiam curſus quingentos ſæpe veruti.
Inter eos, ſolem'que iacent immania ponti
Aequora, ſubſtrata æthereis ingentibus oris:
Interiecta'que ſunt terrarum millia multa;
Quæ variæ retinent gentes, & ſæcla ferarum.
At [1] conlectus aquæ digitum non altior vnum,
Qui lapides inter ſiſtit per ſtrata viarum,
Deſpectum præbet ſub terras impete tanto,
A terris quantum cæli patet altus hiatus:
Nubila deſpicere, & cælum vt videare videre, &
Corpora, [2] mirandè, ſub terras abdita cælo.
Denique, vbi in medio nobis equus acer [3] obheſit
Flumine, & in rapidas amnis deſpeximus vndas:
Stantis equi corpus tranſuorſum ferre videtur
Vis, & in aduerſum flumen contrudere raptim.
Et quocumque oculos traiecimus, omnia ferri,
Et fluere adſimili nobis ratione videntur.
Porticus æquali quamuis eſt denique ductu,
Stans'que in perpetuum paribus ſuffulta columnis;
Longa tamen parte ab ſumma cùm tota videtur,
Paullatim trahit anguſti faſtigia coni,
Tecta ſolo iungens, atque omnia dextera læuis;
Donec in obſcurum coni conduxit acumen.
In pelago nautis ex vndis ortus, in vndis
Sol fit vti videatur obire, & condere lumen:
Quippe vbi nihil aliud niſi aquam, cælumq̃, tuentur;
[4] Ne leuiter credas labefactari vndique ſenſus.
At maris ignaris, in portu clauda videntur
Nauigia, apluſtris fractis, obnitier vndis.
Nam quæcumque ſupra rorem ſalis edita pars eſt
Remorum, recta eſt; & recta ſupernè [5] guberna:

1 Ita malim in al. v. cōiectus. in q. vulg. commictus.

2 Ita v. in q. v. mirandæ. Marull. & vulg. mirādo. malè.

3 Ita rectè Lamb. ex v. l. vulg. adheſit. vt & in v. q.

4 Ita in v. l. vulg. Nec. malè.

De remorum obliquitate in aquis.

5 Ita optimè in v. in q. tamen gubernat. malè. id & Lib. rectè. in q. etiam, ſuperna. malè.

1 Quæ

[1]Quæ demerſa liquore obeunt, refracta videntur
Omnia conuerti, ſurſum'que ſupina reuerti;

2 Lam. rectiùs f. vt τὸ Et, in metiendo, adiectatur verbo reuerti. i. q. flexa. a long. ob pr.

Et reflexa propè [2]in ſummo fluitare liquore.
Rara'que per cælum cùm venti nubila portant
Tempore nocturno; tum ſplendida ſigna videntur
Labier aduerſum nimbos, atque ire ſupernè
Longè aliam in partem, quàm quò ratione feruntur.
At ſi forte oculo manus vni ſubdita ſubter

3 Sic v. Marull. & vulg. eum; quodã

Preſſit; [3]cum quodam ſenſu fit, vti videantur
Omnia, quæ tuimur, fieri tum bina tuendo;

4 Hæc verif. ſcriptura, quæ & in v. noſt. eſt. vulg. flagrantia, peſſumè.

Bina lucernarum [4]florentia lumina flammis,
Bina'que per totas ædis geminare ſuppellex:
Et duplicis hominum facies, & corpora bina.
Denique cùm ſuaui deuinxit membra ſopore
Somnus, & in ſumma corpus iacet omne quiete:
Tum vigilare tamen nobis, & membra mouere
Noſtra videmur, & in noctis caligine cæca
Cernere cenſemus ſolem, lumen'que diurnum:

5 Concluſique

[5]Concluſo'que loco cælum, mare, flumina, montes
Mutare, & campos pedibus tranſire videmur:
Et ſonitus audire, ſeuera ſilentia noctis
Vndique cùm conſtent; & reddere dicta tacentes.
Cetera de genere hoc mirando multa videmus;

6 Ita huic verſ. ex v. l. ſcripſi. in q. v. ægrius. Marull. ſecernere. contra v. l. Lamb. hos duos ὀβελίζει.

Quæ violare fidem quaſi ſenſibus omnia quærunt;
Nequidquam, quoniam pars horum maxima fallit
Propter opinatus animi, quos addimus ipſi,
Pro viſis vt ſint, quæ non ſunt ſenſibus viſa.

7 addit

In academicos, qui aiũt, nihil ſciri poſſe.

[6]Nam nihil egregius eſt, quàm res diſcernere apertas
A dubijs, animus quas ab ſe protinus [7]abdit.
Denique, nihil ſciri ſiquis putat, id quoque neſcit,

8 v. l. ferè, quoniã. hinc feci quom. vulg. quo.

An ſciri poſſit, [8]quom ſe nihil ſcire fatetur.
Hunc igitur contra mittam contendere cauſſam,

Qui

Qui capite ipſe ſuo inſtituit veſtigia retrò.
Et tamen hoc quoque vti cõcedam ſcire; at id ipſum
Quæram, cùm in rebus veri nihil viderit antè;
Vnde ſciat, quid ſit ſcire, & neſcire viciſſim:
Notitiam veri quæ res, falſi que crearit;
Et dubium certo quæ res differre probarit.
Inuenies primis ab ſenſibus eſſe creatam
Notitiam veri, neque [a] ſenſibus poſſe refelli:
Nam maiore fide debet reperirier illud,
Sponte ſua veris quod poſſit vincere falſa.
Quid maiore fide porrò, quàm ſenſus haberi
Debet? an ab ſenſu falſo ratio orta, valebit
Dicere eos contra, quæ tota ab ſenſibus orta eſt?
Qui niſi ſint veri, ratio quoque falſa fit omnis.
An poterunt oculos aures reprehendere? an auris
Tactus? an hunc porrò tactum ſapor arguet oris?
An confutabunt nares, oculi'ue reuincent?
Non, vt opinor, ita eſt. nam ſeorſum cuique poteſtas
Diuiſa eſt; ſua vis cuique eſt. ideó'que neceſſe eſt,
[a] *Quod molle, aut durũ eſt; gelidũ, feruens'ue; ſeorſum*
Id molle, aut durum; gelidum, feruens'ue videri:
Et ſeorſum varios rerum ſentire colores,
Et quæcumque coloribus ſunt coniuncta neceſſe eſt.
Seorſus item ſapor oris habet vim; ſeorſus odores
Naſcuntur; ſeorſum ſonitus: ideó'que neceſſe eſt
Non poſſint alios alij conuincere ſenſus.
Nec porrò poterunt ipſi reprendere ſeſe:
Aequa fides quoniam debebit ſemper haberi.
Proinde, quod in quoq; eſt his viſum tẽpore, verũ eſt.
Et, ſi non poterit ratio diſſoluere cauſſam,
Cur ea, quæ fuerint iuxtim quadrata, procul ſint
Viſa rotunda: tamen præſtat rationis egentem

Redde-

[a] Ita coniectura ductus ſcripſi, poſtulante ſententia. in lib. ſenſus. vide & ſup. 36, 37.

[a] Ita Lamb. rectè, vt puto. vulg. alter multo.

Reddere mendoſè cauſſas vtriuſque figuræ,
Quàm manibus manifeſta ſuis emittere [1] quæque;
Et violare fidem primam, & conuellere tota
Fundamenta, quibus nixatur vita, ſalus'que.
Non modò enim ratio ruat omnis; vita quoque ipſa
Concidat extemplò, niſi credere ſenſibus auſis,
Præcipitis'que locos vitare, & cetera, quæ ſint
In genere hoc fugienda; ſequi, contraria quæ ſint.
[2] Illa tibi eſt igitur verborum copia caſſa.
Denique vt in fabrica, ſi praua eſt regula prima;
Norma'que ſi fallax rectis regionibus exit;
Et libella aliqua ſi ex parti claudicat hilum;
Omnia mendoſè fieri, atque [3] obſtipa neceſſum eſt,
Praua, cubantia, prona, ſupina, atque abſona tecta;
Iam ruere vt quædam videantur velle, ruant'que,
Prodita iudicijs fallacibus omnia primis:
Sic igitur ratio tibi rerum praua neceſſe eſt,
Falſa'que ſit, falſis quæcumque ab ſenſibus orta eſt.

Hactenus de viſu, nunc de alijs ſenſib⁹. De auditu.

Nunc alij ſenſus quo pacto quiſque ſuam rem
Sentiat, haudquaquam ratio ſcrupoſa relicta eſt.
Principio auditur ſonus, & vox omnis, in auris
Inſinuata ſuo pepulere vbi corpore ſenſum.

Corporeã eſſe vocem.

Corpoream quoque enim vocem conſtare fatendũ eſt,
Et ſonitum; [4] quoniam poſſunt impellere ſenſus.
Præterradit enim vox fauces ſæpe; facit'que
Aſperiora [5] foris gradiens arteria clamor.
Quippe, per anguſtum turba maiore coorta
Ire foras vbi cœperunt primordia vocum:
[6] Scilicet expletis quoque ianua raditur oris.
Haud igitur dubium eſt, quin voces, verbaq; conſtẽt
Corporeis e principijs, vt lædere poſſint.
Nec te fallit item, quid corporis auferat, & quid
Detra-

1 Ita in v. optimè. in al. quæquã. in vulg. & in q. v. quoquam.

2 Verſum illum ſeq. Omnis quæ contra ſenſus inſtructa parata eſt, qui in vulg. quidem exſtat; a v. l. autem aberat; atque adeo ineptum, non admiſi.

3 Ita ferè in v. l. apud Feſt. obſtita. Sed ego Feſti librũ ibi mendoſum eſſe contẽdo. & pro obſtitum, leg. obſtipũ. nam obſtitum aliud ſignificat. vide & nixari, in indic.

4 In noct. Att. lib. 10 c. 26. quantum, mẽdoſe credo, ex ea nota, qm̃.

5 Sic v. l. Marul. foras, & ita vulg.

6 Verſum, Rauca ſuis, & iter lædit, qua vox it in auras, qui ſequebatur hũc, Scilicet, ab opt. v. l. exulem, nõ admiſi.

Detrahat ex hominum neruis, ac viribus ipſis
Perpetuus ſermo nigraï noctis ad vmbram,
Auroræ perductus ab exoriente nitore;
Præſertim ſi cum ſummo eſt clamore profuſus.
Ergo corpoream vocem conſtare neceſſe eſt;
Multa loquens quoniam amittit de corpore partem.
Nec ſimili penetrant auris primordia forma,
Cùm tuba depreſſo grauiter ſub murmure mugit,
[1]*Et reboat raucum retrocita barbara bombum;*
Vallibus & cygni [2]*nece torti ex Heliconis*
Cùm liquidam tollunt lugubri voce querelam.
Haſce igitur penitus voces cùm corpore noſtro
Exprimimus, rectóque foras emittimus ore;
Mobilis articulat verborum dædala lingua,
Formaturáque labrorum pro parte figurat.
Aſperitas autem vocis fit ab aſperitate
Principiorum, & item læuor læuore creatur.
Ac, vbi non longum ſpatium eſt, vnde illa profecta
Perueniat vox quæque; neceſſe eſt verba quoque ipſa
Planè exaudiri, diſcerníque articulatim:
Seruat enim formaturam, ſeruatque figuram.
At ſi interpoſitum ſpatium [3]*ſit longius æquo;*
Aëra per multum confundi verba neceſſe eſt,
Et conturbari vocem, dum tranſoluat auras.
Ergo fit, ſonitum vt poſſis audire, neque [4]*hilum*
Internoſcere, verborum ſententia quæ ſit.
Vſqueadeò confuſa venit vox, inque pedita.
Præterea edictum ſæpe vnum perciet auris
Omnibus in populo miſſum præconis ab ore.
In multas igitur voces vox vna repentè
Diffugit, in priuas quoniam ſe diuidit auris;
Obſignans formam verbis, clarúmque ſonorem.

1 Ita partim coniectura ductus, partim a vet. lib. adiutus reſtitui. ita & Catull. de nupt. Pel. Lamb. hunc ἐβωνίζει. malè. in v. q. & vulg. reuocat. in q. barbita. malè.

2 Hanc puto veriſſ. ſcripturã: cygni nece torti. i. morti vicini. v. l. ne tortis, ne torti, nete, nece tortis. q. vulg. nece detorti. in pleriſ. vulg. et gelida cygnit nece torti ex antro Helic. quod Marull. commetus eſt. Lãb. gelidis orti ex Helic. q. v. etiã. Et validis nece tortis ex Hel. mendoſiſſ. i litera in verbo torti, mendo cauſſam dedit.

3 fit. rectiùs, vt puto.

4 Probo coniecturam Lamb. in lib. illa, illam.

At,

At, quæ pars vocum non auris incidit ipſas,
Præterlata perit fruſtra diffuſa per auras:
Pars [1] *ſolidis adliſa locis reiecta ſonorem*
Reddit: & interdum fruſtratur imagine verbi.
Quæ [2] *bene cum videas, rationem reddere poſſis*
Tute tibi, atque alijs; quo pacto per loca ſola,
Saxa paris formas verborum ex ordine reddant,
Palantis comites cùm montes inter opacos
Quærimus, & magna diſperſos voce ciemus.
Sex [3] *etiam ſeptem loca vidi reddere voces,*
Vnam cùm iaceres: ita colles collibus ipſis
Verba [4] *repulſantes iterabant dicta* [5] *referre.*
Hæc loca capripedes Satyros, nymphasque tenere
Finitimi fingunt, & Faunos eſſe loquuntur:
Quorum noctiuago ſtrepitu, ludóque iocanti
Adfirmant vulgò taciturna ſilentia rumpi;
Chordarúmque ſonos fieri, dulcésque querelas,
Tibia quas fundit digitis pulſata canentum;
Et genus agricolûm latè ſentiſcere, cùm Pan
Pinea ſemiferi capitis velamina quaſſans,
Vnco ſæpe labro calamos percurrit hiantis;
Fiſtula ſilueſtrem ne ceſſet fundere muſam.
Cetera de genere hoc monſtra, ac portenta loquuntur,
Ne loca deſerta ab diuis quoque forte putentur
Sola tenere; ideò iactant miracula dictis;
Aut aliqua ratione alia ducuntur: vt omne
Humanum genus eſt auidum nimis auricularum.
Quod ſupereſt, non eſt mirandum, qua ratione
[6] *Quæ loca per nequeunt oculi res cernere apertas,*
Hæc loca per voces veniant, aurísque laceſſant.
[7] *Conloquium clauſis foribus quoque ſæpe tenemus:*
Nimirum, quia vox per flexa foramina rerum
Incolu-

1 In q. ſolis. ſ. non malè.

De vocis imaginibus.

2 Ita v. q.

3 In lib. etiam, aut ſeptem. ego auſus ſum illud aut inducere. vide ind. Sex ſeptem.

4 propulſantes v. q.

5 referri

Qua viſus non tranet, vocem tranare.

6 Per loca quæ

7 Ita ex v. l. reſtituimus. in q. videmus.

Incolumis tranſire poteſt; ſimulacra renutant:
Perſcinduntur enim, niſi recta foramina tranant:
Qualia ſunt vitri, ſpecies quæ [1] trameat omnis.
Præterea partis in cunctas diuiditur vox:
Ex alijs aliæ quoniam gignuntur, [2] vbi vna
Diſſiluit ſemel in multas exorta; quaſi ignis
Sæpe ſolet ſcintilla ſuos ſe ſpargere in ignis.
Ergo replentur loca vocibus, abdita retrò
Omnia quæ circùm fuerint, ſonitu'que cientur.
At ſimulacra vijs directis omnia tendunt,
Vt ſunt miſſa ſemel. quapropter cernere nemo
Se ſupra potis eſt; at voces accipere extrà.
Et tamen ipſa quoque hæc dum tranſit clauſa viarū
Vox, obtunditur, atque auris confuſa penetrat:
Et ſonitum potius, quàm verba, audire videmur.

De Sapore.

[3] Hæc quis ſentimus ſuccum, lingua atque palatum,
Pluſculum habent in ſe rationis, [4] plus operai'que.
Principio ſuccum ſentimus in ore, cibum cùm
Mandendo exprimimus: ceu plenam ſpongiam aquaï
Si quis forte manu premere, [5] exſiccare'que cœpit.
Inde quod exprimimus, per caulas omne palati
Diditur, & raræ [6] per plexa foramina linguæ.
Hæc vbi læuia ſunt manantis corpora ſucci;
Suauiter attingunt, & ſuauiter omnia tractant,
Humida linguaï circùm ſudantia templa:
At contrà pungunt ſenſum, lacerant'que coorta,
Quanto quæque magis ſunt aſperitate repleta.
Deinde voluptas eſt e ſucco in fine palati:
Cùm verò deorſum per fauces præcipitauit;
Nulla voluptas eſt, dum diditur omnis in artus.
Nec refert quidquàm, quo victu corpus alatur,
Dummodò, quod capias, concoctum didere poſſis

Arti-

1 Ita ex v.l. q. ſcripſi. in q.v. trauolat. vide ind q. vulg. erauiat. peſsimè. q. v. qua. vide inf. 207, 12.
2 Ita Lamb. vulg. vbi tum. in ver. vbina, vbinu, vbinam.
3 In v.o. Huc quî
4 Ita in v.l. Marull. plus operai. Lamb. pluſque operai.
5 Ita in v. rectè.
6 In q.l. perplexa

Artibus,& ſtomachi humectum ſeruare tenorem.

Quare alia alijs contraria ſint.

Nunc alijs alius cur ſit cibus,vt videamus,
Expediam; quaré ue,alys quod triſte,& amarũ eſt,
Hoc tamen eſſe aliys poſſit [1] prædulce videri.
Tantá que in his rebus diſtantia,differitas'que eſt;
Vt quod [2] alys cibus eſt,aliys fuat acre venenum.
[3] Eſt vtique vt ſerpens,hominis quæ tacta ſaliuis
Diſperit,ac ſeſe mandendo conficit ipſa.
Præterea nobis veratrum eſt acre venenum;
At capris adipes,& coturnicibus auget.
Id quibus vt fiat rebus cognoſcere poſſis;
Principio meminiſſe decet,quæ diximus antè,
Semina multimodis in rebus mixta [4] tenere.
Porrò omnes,quæcumque cibum capiunt animantes,
Vt ſunt diſſimiles extrinſecus,& generatim
Extima membrorum [5] circumtextura coërcet;
[6] Proinde & ſeminibus diſtant,variant'que figuris.
Semina cùm porrò diſtent; differre neceſſe eſt
Interualla,vias'que,foramina quæ perhibemus,
Omnibus in membris,& in ore,ipſó'que palato.
Eſſe minora igitur quædam,maiorá'que debent;
Eſſe triquetra aliys,alys quadrata neceſſe eſt;
Multa rotunda,modis multis multangula quædam:
Namque figurarum vt ratio,motus'que repoſcunt;
Proinde foraminibus debent differre figuræ;
Et variare viæ,proinde ac textura coërcet.
[7] Hinc,vbi quod ſuaue eſt alijs,alijs fit amarum.
Illis,queis ſuaue eſt,læuiſſuma corpora debent
Contrectabiliter caulas intrare palati:
At contrà,quibus eſt eadem res intus acerba;
Aſpera nimirum penetrant,hamatá'que fauces.
Nunc facilè ex his eſt rebus cognoſcere quæque.

Quip-

1 In v.al.eſt,perdulce.etiam rectè.

2 Ita leg.non,alis. vide indic.

3 Ita vulg.& noſt.l. Lāb.neſcio cur mutarit,Sæpe etenim ſer.h.contacta ſal.

4 Sic ex v.q.malui. 4 al.teneri.

5 Ita ex v.noſt.malim,cùm & mox ſequatur,textura coërcet.in al. tamẽ,circumcæſura.

6 Sic ex v.l.reſtitui.poſtulante id omnino ſententia & verbis proximis id cõprobantib.vulg.ex. conſtant. figura.

7 Ita in v. in al.hoc

Quippe, vbi cui febris bili ſuperante coorta eſt,
Aut alia ratione aliqua eſt vis excita morbi;
Perturbatur ibi totum iam corpus, & omnes
Commutantur ibi poſituræ principiorum:
Fit, prius ad ſenſum vt quæ corpora conueniebant,
Nunc non conueniant; & cetera ſint magis apta,
Quæ penetrata queunt ſenſum progignere acerbum.
Vtraque enim ſunt in mellis commiſta ſapore,
Id quod iam [1] ſuperà tibi ſæpe oſtendimus antè.
Nunc age, quo pacto naris adiectus odoris
Tangat, agam. primùm res multas eſſe neceſſe eſt,
Vnde fluens [2] voluat varius ſe fluctus odorum.
Nam fluere, & mitti volgò, ſpargí que putandum eſt.
Verùm alijs alius magis eſt animantibus aptus,
Diſſimilis propter formas. ideó que per auras
Mellis apes quamuis [3] longè ducuntur odore;
Vulturij que cadaueribus: tum fiſſa ferarum
Vngula quò tulerit greſſum, [4] promiſſa canum vis
Ducit: & humanum longè [5] præſentit odorem
Romulidarum arcis ſeruator candidus anſer.
Sic alijs alius nidor datus, ad ſua quemque
Pabula ducit, & a tetro reſilire veneno
Cogit, eó que modo ſeruantur ſæcla ferarum.
Hic odor ipſe igitur, naris quicumque laceſſit,
Eſt, alio vt poſſit [6] promitti longius alter.
Sed tamen haud [7] quiſquam tam longè fertur eorum,
Quàm ſonitus, quàm vox; mitto iã dicere, quàm res,
Quæ feriunt oculorum acies, viſum' que laceſſunt.
Errabundus enim tardè venit, ac perit antè
Paullatim facilis diſtractus in aëris auras:
Ex alto primùm quia vix emittitur ex re.
Nam penitus fluere, [8] atque recedere rebus odores

K *Signi-*

De odore.

[1] lib. 2.

[2] ſoluat

[3] Ita in v. noſtr. vulg. longe.

[4] Ita leg. vulg. permiſſa. vide ind.

[5] præſenſit

[6] Ita puto leg. non, permitti. vide ind.

[7] In v. q. quidquã. vt ſit mutatio generis.

[8] Ita v. l. rect. Sic ſup. 110, 7. inf. 131, 10. & 134, 2.

Significat, quòd fracta magis redolere videntur
Omnia, quòd contrita, quòd igni [1] concalefacta,
Deinde videre licet maioribus eſſe creatum
Principijs [2] voci; quoniam per ſaxea ſæpta
Non penetrat, quà vox volgò, ſonitus'que feruntur.
Quare etiam quod olet, non tam facile eſſe videbis
Inueſtigare in qua ſit regione locatum:
Refrigeſcit enim cunctando plaga per auras;
Nec calida ad ſenſus [3] decurrit nuntia rerum.
Errant ſæpe canes itaque, & veſtigia quærunt.
Nec tamen hoc ſolis in odoribus, atque ſaporum
In genere eſt: ſed item ſpecies rerum, atque colores
Non ita conueniunt ad ſenſus omnibus omnes,
Vt non ſint alijs quædam magis acria viſu.
Quin etiam gallum noctem explaudentibus alis
Auroram clara conſuetum voce vocare,
[4] Nenu queunt rapidi contrà conſtare leones,
In'que tueri; ita continuò meminere fugaï:
Nimirum, quia ſunt gallorum in corpore quædam
Semina; quæ, cùm ſunt oculis immiſſa leonum,
Pupillas interfodiunt, acrem'que dolorem
Præbent, vt nequeant contrà durare feroces:
Cùm tamen hæc noſtras acies nihil lædere poſſint;
Aut quia non penetrant, aut quòd penetrantibus illis,
Exitus ex oculis liber datur, in remeando
Lædere ne poſſint ex vlla lumina parte.

De animi motu. hactenus docuit ſine imaginib. ſentiri & cerni non poſſe; nunc, ne quidē cogitari. vide Cic. ad Caſsiū lib. 15. epiſt.

Nunc age, quæ moueant animum res accipe, & vnde,
Quæ veniunt, veniant in mentem, percipe paucis.
Principio hoc dico, rerum ſimulacra vagari
Multa modis multis in cunctas vndique partis
Tenuia, quæ facile inter ſe iunguntur in auris,
Obuia cùm veniunt, vt aranea, bractea'que auri.
Quip-

1 Sic ex v. l. ſcripſi, licet vulg. & q. v. cō labefacta. verſus ſequentes & ſentētia poſtulant, concal. imò ipſa elegantia. vt nihil dicam de futura alioqui βαττολογία.

2 Egregia Lambini coniectura. in lib. autem, quàm vox.

3 Ita Lamb. etſi libri habeant decurrunt. vt nuntia, iungatur cum plaga.

4 Egregiè Lamb. ex v. l. vulg. Hunc nequeunt. al. Quem in q. v. Nec nequeunt.

Quippe etenim multo magis hæc ſunt tenuia textu,
Quàm quæ [1]percutiunt oculos, viſum'que laceſſunt: 1 Ita v. rectè. Sic ſup. feriunt 129, 28. vulg. percipiunt oculos, al. oculi.
Corporis hæc quoniam penetrant per rara; cient'que
Tenuem animi naturam intus, ſenſum'que laceſſunt.
Centauros itaque, & Scyllarum membra videmus,
Cerbereas'que canum facies, ſimulacra'que eorum,
Quorum morte obita tellus amplectitur oſſa:
[2]Omne genus quoniam paſſim ſimulacra feruntur; 2 Omnigenum.
Partim ſponte ſua quæ fiunt aëre in ipſo:
Partim quæ varijs ab rebus cumque recedunt:
Et quæ [3]conſiunt ex horum facta figuris. 3 Sic v. q. rectè. vnde poſteà factũ, cõficiunt, & conſiſtũt. ita enim etiam in q. l. eſt.
Nam certè ex viuo Centauri non fit imago;
Nulla fuit quoniam talis natura [4]animantis. 4 Ita v. noſtr. in al. animantum. vulg. animai. malè.
Verùm vbi equi, atque hominis caſu [5]cõcurrit imago; 5 Hoc rectius ex v. l. quam in al. cõuenit. q. v. Accreſcit
Hereſcit facilè extemplò, quod diximus antè,
Propter ſubtilem naturam, & tenuia texta.
Cetera de genere hoc eâdem ratione creantur.
Quæ cùm mobiliter ſumma leuitate feruntur,
Vt priùs oſtendi; facilè vno commouet ictu
Quælibet vna animum nobis ſubtilis imago:
Tenuis enim mens eſt, & mirè mobilis ipſa.
Hæc fieri, vt memoro, facilè hinc cognoſcere poſſis,
Quatinus hoc ſimile eſt [6]oculis, quod mẽte videmus, 6 illi
Atque oculis [7]ſimili fieri ratione neceſſe eſt: 7 Ita in vet. rectè vulg. ſimilis.
Nunc igitur docui quoniam me forte [8]leones 8 leonum in v. l.
Cernere per ſimulacra, oculos quæcumque laceſſunt:
Scire licet mentem ſimili ratione moueri
Per ſimulacra, leonum cetera, quæ videt æquè,
Nec minùs, atq; oculi; niſi quòd mage tenuia cernit.
Nec ratione alia, cùm ſomnus membra profudit,
Mens animi vigilat, niſi quòd ſimulacra laceſſunt
Hæc eadem noſtros animos, quæ, cùm vigilamus:

 Vſque-

Vſqueadeò, certè vt videamur cernere eum, quem
Reddita vitai iam mors, & terra potita eſt.
Hoc ideò fieri cogit natura, quod omnes
Corporis [1] affecti ſenſus per membra quieſcunt,
Nec poſſunt falſum veris conuincere rebus.
Præterea [2] meminiſſe iacet, languet'que ſopore;
Nec diſſentit eum mortis, leti'que potitum
Iampridem, quem mens viuum ſe cernere credit.
Quod ſupereſt, non eſt mirum ſimulacra moueri,
Brachiá'que in numerum iactare, & cetera membra.
Nam fit, vt in ſomnis facere hoc videatur imago.
Quippe, vbi prima perit, alió'que eſt altera nata
[3] Endo ſtatu; prior hæc geſtum mutaſſe videtur.
Scilicet id fieri celeri ratione putandum eſt.
[4] Tanta eſt mobilitas, & rerum copia tanta,
Tanta'que ſenſibili quouis eſt tempore in [5] vno;
Copia particularum vt poſſit ſuppeditare.
Multaque in his rebus [6] quæruntur, multá'que nobis
Clarandum eſt, planè ſi res exponere auemus.

Quare quod libuerit, ſtatim cogitemus.

Quæritur imprimis, quare, quod cuique lubido
Venerit, extemplò mens cogitet eius idipſum.
An'ne voluntatem noſtram ſimulacra tuentur?
Et ſimulac volumus, nobis [7] obcurrit imago?
Si mare, ſi terram cordi eſt, ſi denique cælum,
Conuentus hominum, pompam, conuiuia, pugnas;
Omnia ſub verbo'ne creat natura, parat'que?
Cùm præſertim aliis eàdem in regione, loco'que
Longè diſſimilis animus res cogitet omnis?
Quid porrò, in numerum procedere cùm ſimulacra
Cernimus in ſomnis, & mollia membra mouere,
Mollia mobiliter cùm alternis brachia mittunt?
Et repetunt oculis geſtum pede conuenienti?

Scili-

1 Ita q. v. rectiſſ. in al. adfecti. vulg. effecti.

2 Ita v. q. rectè. in q. v. meus ipſa; quod ex gloſſa inrepſit. ſup. 165, 5 vide & inf. 137. & ſeq.

3 Hoc malui quàm quod in lib. inde. Sic & inf. 527, 6.

4 Tres hos verſus ὀβελίζει Lamb. ego nõ auſim ob librorum conſenſum, etſi eos vix intelligã.

5 Sic & coniectura ductus interpũxi.

6 quęrendũ q. vulg.

7 Ita o. l. id eſt, accurrit.: nam verbo accurrendi vtitur hic Cic. 2. de diuin. & lib. 15. ep. ad Caſ.

Scilicet arte [1] valent ſimulacra, & docta vagantur,
Nocturno facere vt poſſint in tempore ludos?
An magis illud erit verum, quia tempore in [2] vno
[3] Conſentimus, id eſt, cùm vox emittitur vna;
Tempora multa latent, ratio quæ comperit eſſe:
Propterea fit, vti quouis in tempore quæque
Præſtò ſint ſimulacra locis in queisque parata?
[4] Tanta eſt mobilitas, & rerum copia tanta.
Et quia tenuia ſunt, niſi [5] quæ contendit, acutè
Cernere nõ potis eſt animus. proinde omnia, quæ ſunt
Præterea, pereunt, niſi ſic ſeſe ipſe parauit.
Ipſe parat ſeſe porrò, ſperat'que futurum,
Vt videat, quod conſequitur rem quamque: fit ergo.
Non'ne vides, oculos etiam, cùm, tenuia quæ ſint,
Cernere cœperunt, contendere ſe, atque parare:
Nec ſine eo fieri poſſe, vt cernamus acutè?
Et tamen in rebus quoque apertis noſcere poſſis,
Si non aduortas animum, proinde eſſe quaſi omni
Tempore [6] ſemotum fuerint, longé'que remotum.
Cur igitur mirum eſt, animus ſi cetera perdit,
[7] Præter, quàm quibus eſt in rebus deditus ipſe?
Deinde adopinamur de ſignis maxima paruis;
Ac nos in fraudem induimus, [8] fruſtramur id ipſi.
Fit quoque, vt interdum non ſuppeditetur imago
Eiuſdem generis; ſed fœmina quæ fuit antè,
In manibus vir tum factus videatur adeſſe:
Aut alia ex alia facies, ætas'que ſequatur:
Quod ne miremur, ſopor, atque obliuia curant.
Illud in his rebus vitium vehementer ineſto;
Effugere illorum'que errorem [9] præmeditemur,
Lumina qui faciunt oculorum clara creata,
Proſpicere vt poſſimus; &, vt proferre viaï

K 3 Pro-

1 q.v. madent

2 In v.q. illo

3 Ita ferè v. l. in al. Cũ ſentimus, id vt

4 Duos illos verſus Hoc, vbi prima petit, vt alieno loco inculcatos, cũ Lãb. circumſcripſimus.

5 Ita l.o. Lãb. tamẽ leg. ſe. rectius f. vt mox contendere ſe atq; p. & tamẽ vet. ſcriptura nõ eſt mala, vt mox. Præter quam queis eſt in rebus deditus.

6 Lamb. ſemotæ fuerint. remotæ. ego non auſim contra o.l. imo nolim.

7 Ita in v. noſtr. & al. in q. queis.

8 Sic ferè o. l. v. in q. vulg. fruſtrà nimis. Lamb. cõijcit, fruſtramur &.

Priùs oculos linguã, aures eſſe nata quã eorũ vſum.

9 Ita ex v. l ſcripſi. in q. erat præmetitemur. hinc in al. præmetuentur. noſtra verſ. eſt ſcriptura, quam τὸ interpretãtur, imò totus locus poſtulat.

Proceros paſſus, ideò faſtigia poſſe
Surarum, ac feminum pedibus fundata plicari;
Brachia tùm porrò validis ex apta lacertis
Eſſe, manus'que datas vtraque à parte miniſtras,
Vt facere ad vitam poſſimus, quæ foret vſus:
Cetera de genere hoc inter quæcumque pretantur;
Omnia peruerſa præpoſtera ſunt ratione:
1 f. adeò
Nihil [1] ideò quoniam natum eſt in corpore, vt vti
Poſſemus; ſed quod natum eſt, id procreat vſum.
Nec fuit ante videre oculorum lumina nata:
Nec dictis orare priùs, quàm lingua creata eſt:
2 Ita v.l. vulg. præcedit. malè. nam mox, creatæ ſunt, fuere, &c.
Sed potiùs longè linguæ [2] præceſſit origo
Sermonem: multó'que creatæ ſunt prius aures,
Quàm ſonus eſt auditus: & omnia denique membra
Antè fuere, vt opinor, eorum quàm foret vſus.
Haud igitur potuere vtendi creſcere cauſſa.
At contrà conferre manu certamina pugnæ,
Et lacerare artus, fœdaré'que membra cruore,
Antè fuit multo, quàm lucida tela volarent:
Et volnus vitare prius natura coëgit,
Quàm daret obiectum parmaï læua per artem.
Scilicet & feſſum corpus mandare quieti,
Multo antiquius eſt, quàm lecti mollia ſtrata:
Et ſedare ſitim priùs eſt, quàm pocula, natum.
Hæc igitur poſſunt vtendi cognita cauſſa
Credier, ex vſu quæ ſunt, vitá'que reperta.
Illa quidem ſeorſum ſunt omnia, quæ priùs ipſa
Nata, dedere ſuæ pòſt notitiam vtilitatis.
Quo genere imprimis ſenſus, & membra videmus.
Quare etiam atque etiã procul eſt, vt credere poſſis,
De cauſſa famis & ſitis.
Vtilitatis ob officium potuiſſe creari.
Illud item non eſt mirandum, corporis ipſa

Quòd

Quòd natura cibum quærit cuiuſque animantis.
Quippe etenim fluere, [1] atque recedere corpora rebus [1] ſup. 129, 32.
Multa modis docui; ſed plurima debent
Ex animalibus his, quæ ſunt exercita motu:
Multá que per ſudorem ex alto preſſa feruntur;
Multa per os exhalantur, cùm languida anhelant.
His igitur rebus rareſcit corpus; & omnis
Subruitur natura: dolor quam conſequitur rem:
Propterea capitur cibus, vt ſuffulciat artus;
Et recreet vires interdatus; atque patentem
Per membra ac venas vt amorem [2] obturet edendi.
Humor item diſcedit in omnia, quæ loca cumque
Poſcunt humorem: glomeratá que multa vaporis
Corpora, quæ ſtomacho præbent incendia noſtro,
Diſſupat adueniens liquor, ac reſtinguit, vt ignem;
Vrere ne poſſit calor ampliùs aridus artus.
Sic igitur tibi anhela ſitis de corpore noſtro
Abluitur; ſic expletur ieiuna cupido.
Nunc quî fiat, vti paſſus proferre queamus,
Cùm volumus, varié que datum ſit membra mouere; [3]
Et quæ res tantum hoc oneris protrudere noſtri
Corporis inſuerit, dicam: tu percipe dicta.
Dico animo noſtro primùm ſimulacra meàndi
Accidere, atque animum pulſare, vt diximus antè.
Inde voluntas fit. neque enim facere incipit vllam
Rem quiſquam, quàm mens prouidit, quid velit, antè.
At, quod prouidet, illius rei conſtat imago.
Ergo animus cùm ſeſe ita commouet, vt velit ire,
In' que gredi; ferit extemplò, quæ in corpore toto
Per membra, atque artus, animaï diſſita vis eſt:
Et facile eſt factu, quoniam coniuncta tenetur:
Inde ea proporrò corpus ferit. atque ita tota

[2] Ita lego ex vet. vulg. obduret. ex veſtig. etiam vet. lib. fort. obcludat. quod congruit verbo, patentem.

De motu membrorum, hoc eſt, de ambulando.

 Paulla-

Paullatim moles protruditur, atque mouetur.
Præterea tum rareſcit quoque corpus; & aër,
Scilicet vt debet, qui ſemper mobilis exſtat,
Per patefacta venit, penetrat'que foramina largus:
Et diſpergitur ad partis ita quaſque minutas
Corporis. hinc igitur rebus fit vtrimque duabus,
[1]Corporis vt hæc nauis velis, vento'que feratur.
Nec tamen illud in his rebus mirabile conſtat,
Tantula quòd tantum corpus corpuſcula poſſunt
Contorquere, & onus totum conuertere noſtrum.
Quippe etenim ventus ſubtili corpore tenuis
Trudit agens magnam magno molimine nauim.
Et manus vna regit quantouis impete euntem;
Atque gubernaclum contorquet quolibet [2]vna:
Multa que per trochleas, & tympana pōdere magno
Commouet, atque leui ſuſtollit machina niſu.

De Somno, quemadmodum fiat.

Nunc quibus ille modis ſomnus per membra quietem
Inriget, atque animi curas e pectore ſoluat;
Suauidicis potiùs, quàm multis verſibus edam;
Paruus vt eſt cygni melior canor, ille gruum quàm
Clamor in æthereis diſperſus nubibus auſtri.
Tu mihi da tenuis auris, animum'que ſagacem;
Ne fieri negites, quæ dicam, poſſe; retro'que
Vera repulſanti [3]diſcedas pectore dicta;
Tutemet in culpa cum ſis, ne cernere poſſis.
Principio ſomnus fit, vbi eſt diſtracta per artus
Vis animæ, partim'que foras eiecta receſſit;
Et partim contruſa magis conceſſit in altum.
Diſſoluuntur enim tum demum membra, fluuntq́;.
Nam dubium non eſt, animai quin opera ſit
Senſus hic in nobis: quem cùm ſopor impedit eſſe;
Tum nobis animam perturbatam eſſe putandum eſt,
Eie-

1 Sic ex v. noſtris ſcripſi. in q. v. ac: q. v. de. q. v. hac. s littera abſumitur in, corporis. Marull. fecerat, Corpus, vt ac.

2 Ita v. l. noſtr. meliùs, quàm al. vnum vel vnus.

3 diſcedant. vulg. q.

Eiectam'que foras; non omnem; namque iacêret
Aeterno corpus perfuſum frigore leti:
Quippe vbi nulla latens animaï pars remaneret
In membris; cinere vt [1] *multa latet obrutus ignis;*
Vnde reconflari ſenſus per membra repentè
Poſſit, vt ex igni cæco conſurgere flamma.
Sed quibus hæc rebus nouitas conſletur, & vnde
Perturbari anima, & corpus langueſcere poſſit,
Expediam. tu fac ne ventis verba profundam.
Principio externa corpus de parte neceſſum eſt,
Aëriis quoniam vicinum tangitur auris,
Tundier, atque eius crebro pulſarier ictu.
Propterea'que ferè res omnes, aut corio ſunt,
Aut [2] *etiam conchis, aut callo, aut cortice tectæ.*
Interiorem etiam partem ſpirantibus aër
Verberat hic idem cum ducitur, atque reflatur.
Quare vtrimque ſecus cùm corpus vapulet; & cùm
Perueniant plagæ per parua foramina nobis
Corporis ad primas partis, elementa'que prima:
Fit quaſi paullatim nobis per membra ruina.
Conturbantur enim poſituræ principiorum
Corporis, atque animi ſic, vt pars inde animaï
Eiiciatur, & introrſum pars abdita cedat:
Pars etiam diſtracta per artus, non queat eſſe
Coniuncta inter ſe, nec motu mutua fungi.
Inter enim ſæpit [3] *coitus natura, vias'que.*
Ergo ſenſus abit mutatis motibus altè.
Et quoniam non eſt, quaſi quod ſuffulciat artus;
Debile fit corpus, langueſcunt omnia membra;
Brachia, palpebræ'que cadunt, poplitesq́ue [4] *procubant.*
Deinde cibum ſequitur ſomnus; quia quæ facit aër,
Hæc eadem cibus, in venas dum diditur omnis,

1 multo

Cur anima partim foras eiici, partim in altu ſubiici, partim per membra diſpergi poſſit.

2 Sic v. l. in q. v. Aut etiam aut. vt f. leg. ſit Aut: ſeta, aut. quod & Lamb. voluit. Marull. hũc locum etiam deprauauit.

3 Ita o. l. q. coetus. quod idem eſt. malè. ergo Lãb. aditus: Marull. ſæptus.

4 Ita ex veſtig. v. l. in q. erat procubanti. vt ſit luxatus verſus, optimè cõgruẽs luxatis poplitibus. verſum ſeq. Sæpe etiam ſummittitur, viresq́ue reſoluunt, vt ineptum & prorſus νόθον, deleui, licet ſit in v. l. παρεμβέβληται ex mendoſa hac ſcriptura.

Efficit, & multo ſopor ille grauiſſimus exſtat,
Quem ſatur aut laſſus capias: quia plurima tum ſe
Corpora conturbant magno [1] concuſa labore.
Fit ratione eâdem coniectus porrò animai
[2] *Altior; atque foras eiectus largior eius;*
Et diuiſior inter ſe, ac diſtractior intus.

De ſomnijs.

Et [3] quoi quiſque ferè ſtudio deuinctus adhæret;
Aut quibus in rebus multùm ſumus antè morati;
Atque in qua ratione fuit contenta magis mens;
In ſomnis eadem plerumque videmur obire:
Cauſſidici cauſſas agere, & componere leges:
Endoperatores pugnare, ac prœlia obire:
Nautæ contractum cum ventis [4] degerere bellum;
Nos agere hoc autem; & naturam quærere rerum
Semper, & inuentam patrijs exponere chartis.
Cetera ſic ſtudia, atque artes plerumque videntur
In ſomnis animos hominum fruſtrata tenere.
Et quicumque dies multos ex ordine ludis
Aſſiduas [5] dederunt operas; plerumque videmus,
Cùm iam deſtiterunt ea ſenſibus vſurpare,
At [6] relliquias tamen eſſe vias in mente patentis,
Quà poſſint eadem rerum ſimulacra venire.
Permultos itaque illa dies eadem obuerſantur
Ante oculos; etiam vigilantes vt videantur
Cernere ſaltantis, & mollia membra mouentis;
Et citharæ liquidum carmen, chordaſque loquentis
Auribus accipere; & conſeſſum cernere eundem,
Scenaïque ſimul varios ſplendere decôres.
Vſqueadeò magni refert ſtudium, atque voluntas,
Et quibus in rebus conſuerint eſſe operati
Non homines ſolùm, ſed verò animalia cuncta:
Quippe videbis equos fortis, cùm membra iacebunt,

In ſom-

1 Hanc veram puto ſcripturam ex q. v. aliam verò cōfuſa, etiam non malā, ex gloſſa irrepſiſſe. vide indic.

2 Artior in q.l. vide ſup. 137, 23.

3 q.l. quo. al. cui.

4 Ita leg. vt ſit pæō: vel gerere vt ſit tribrachus. in q.v. degere velum. in q. degerere velum. vulg. degere. degere vel agere bellum, barbarum puto.

5 Ita in v. l. rectiſſ. hac in re peccatum ſæpiſſ. eſt. vulg. dederint, deſtiterint.

6 Ita omnino leg. ex v. l. vel vt in q. viai. vias pro viæ. At, licet initio ſit poſitum (vt alias ſæpe) iungi tamen debet; in metiendo, cū verbo vſurpare. hæc ignorata pepererūt mendum, & in verſu, & in ſententia. legi etiam poſſet, At relliquias, vt in q.l.

In ſomnis ſudare tamen, ſpirareq́ue [1] ſæpe;
Et quaſi de [2] palma ſummas contendere vires,
[3] Tunc quaſi carceribus patefactis, ſæpe quiete.
Venantumq́ue canes in molli ſæpe quiete
Iactant crura tamen ſubitò, vocesq́ue repentè
Mittunt, & [4] crebras reducunt naribus auras,
Vt veſtigia ſi teneant inuenta ferarum.
Expergefactiq́ue ſequuntur inania ſæpe
Ceruorum ſimulacra, fugæ quaſi dedita cernant:
Donec diſcuſſis redeant [5] terroribus ad ſe.
At conſueta domi catulorum blanda propago
[6] Degere, ſæpe leuem ex oculis, volucremq́ue ſoporem
Diſcutere, & corpus de terra corripere inſtant,
Proinde quaſi ignotas facies, atque ora tuantur:
Et [7] quo quæque magis ſunt aſpera [8] ſeminiorum;
Tam magis in ſomnis eadem ſæuire neceſſum eſt.
At variæ fugiunt volucres, [9] pinniſq́ue repentè
Sollicitant diuûm nocturno tempore lucos,
Accipitres ſomno in leni ſi prœlia, pugnaſq́ue
Edere ſunt perſectantes, viſæq́ue volantes.
Porrò hominum mentes magnis quæ motibus edunt?
Magna etenim ſæpe in ſomnis, faciuntq́ue, geruntq́.
Reges expugnant, capiuntur, prœlia miſcent;
Tollunt clamores, quaſi ſi iugulentur ibidem:
Multi depugnant, gemituſq́ue doloribus edunt;
Et, quaſi pantheræ morſu, ſæuiue leonis
Mandantur, magnis clamoribus omnia complent.
[10] Multi de magnis per ſomnum rebus loquuntur;
Indicioq́ue ſui facti perſæpe fuere.
Multi mortem obeunt: multi, de montibus altis
Se quaſi præcipitent ad terram corpore toto,
Exterrentur; & ex ſomno quaſi mentibus capti,

Vix

1 ſemper, v. q.

2 palmis

3 Hic f. νόθος eſt, id quod etiam Lamb. exiſtimat.

4 crebrò

5 Lamb. erroribus ex conjectura Turneb. ego nihil muto. nã & ſup. lib. 1. & inf. lib. 6. animi terrorẽ diſcutere, dixit poëta.

6 Hunc verſ. Lamb. interſeruit. in noſt. l. non erat. & haud ſcio, an rectiùs abeſſe poſſit.

7 Lamb. quàm. ego a lib. nõ diſcedo. nã & quo & quanto & quàm magis, rectè dicitur.

8 Ita o. ferè v. l. optimè. quæque ſeminiorum, pro quæque ſeminia. Marull. & vulg. ſemina eorũ.

9 Ita v. l. in al. pennis.

10 Hic verſ. a v. q. abeſt.

Vix ad ſe redeunt permoti corporis æſtus.
Flumen item ſitiens, aut fontem propter amœnum
Adſidet, & totum propè faucibus occupat amnem.
[1] Pueri ſæpe lacum propter, ſe, ac dolia curta
Somno [2] deuincti credunt extollere veſtem,
Totius humorem [3] ſaccatum vt corporis fundant:
Cum Babylonica magnifico ſplendore rigantur.
Tum, quibus ætatis freta primitus inſinuantur,

De rebus Venereis, & ſeminis profuſione.

Semen vbi ipſa dies membris matura creauit;
Conueniunt ſimulacra foris e corpore [4] quoique
Nuntia præclari vultus, pulcri'que coloris;
Qui ciet irritans loca turgida ſemine multo:
Vt quaſi tranſactis ſæpe omnibus rebus, profundant
[5] Fluminis ingentis fluctus, veſtem'que cruentent.
Sollicitatur id in nobis, quòd diximus antè,
Semen, adulta ætas cum primùm roborat artus:
Namque alias aliud res commouet, atque laceſſit;
Ex homine humanum ſemen ciet vna hominis vis:
Quod ſimulat'que ſuis eiectum ſedibus exit;
Per membra, atque artus decedit corpore toto
In loca conueniens neruorum certa, ciet'que
Continuò partis genitalis corporis ipſas.
Irritata tument loca ſemine, fit'que voluntas
[6] Eycere id, quò ſe contendit dira lubido:
Id'que petit corpus mens, vnde eſt ſaucia amore.
[7] Namque omnes plerumque cadunt in volnus, & illã
Emicat in partem ſanguis, vnde icimur ictu,
Et ſi comminus eſt, [8] hoſtem ruber occupat humor.
Sic igitur, Veneris qui telis accipit ictum,
Siue puer membris muliebribus hunc iaculatur,
Seu mulier toto iactans e corpore amorem;
Vnde feritur, eò tendit, geſtit'que coire,

Et

1 In v. q. puri. non malè. Lamb. puſi. al. multi, peſsimè.
2 In v. noſt. deuicti.
3 Præcl. Turneb. cũ in q. l. eſſet ſaccutũ ſacratum, ſiccatũ.
4 Ita ex v. l. reſtitui in al. q. quoque. in al. quæque.
5 Leg. putarẽ ſeminis, aut fleminis, ſed a lib. non auſim recedere. inf. etiã variatum eſt. 225, 16.
6 Verſum ſeq. Incitat irritans &c. vt ſpurium (nam & a V. noſt. aberat, & alieno loco inculcatus erat) ablegaui.
7 Tres hos verſus ὀβελίζει Lamb. peſsimè.
8 Ita v. noſtr. & al. vulg. os tum, malè.

Et iacere humorem in corpus de corpore ductum.
[1]Namque voluptatem præſagit [2]multa cupido.
Hac Venus eſt nobis: hinc autem eſt nomen amoris:
Hinc [3]illa primùm Veneris dulcedinis in cor
Stillauit gutta, & ſucceſſit [4]frigida cura.
[5]Nā ſi abeſt, quod ames; preſtò ſimulacra tamen ſunt
Illius, & nomen dulce obuerſatur ad auris.
Sed fugitare decet ſimulacra, & pabula amoris
[6]Abſtergêre ſibi, atque aliò conuertere mentem;
Et iacere humorem [7]conlectum in corpora quæque:
Nec retinere ſemel [8]conuerſum vnius amore;
Et ſeruare ſibi curam, certum'que dolorem:
Vlcus enim viueſcit, & inueteraſcit alendo,
In'que dies gliſcit furor, atque ærumna graueſcit,
Si non prima nouis conturbes volnera plagis,
Volgiuaga'que vagus Venere antè recentia cures,
Aut aliò poſſis animi traducere motus.
Nec Veneris fructu caret is, qui vitat amorem;
Sed potiùs, quæ ſunt ſine pœna, commoda ſumit:
Nam [9]certè pura eſt ſanis magis inde voluptas;
Quàm miſeris. etenim potiundi tempore in ipſo
Fluctuat [10]incertis erroribus ardor amantum.
Nec conſtat quid primùm oculis, manibusq; fruātur.
Quod petiere, premunt artè, faciunt'que dolorem
Corporis, & dentis inlidunt ſæpe labellis,
Oſcula'que [11]adfigunt, quià non eſt pura voluptas:
Et ſtimuli ſubſunt, qui inſtigant lædere idipſum,
Quodcumque eſt, rabies vnde illæ [12]hæc germina ſurgũt.
Sed leuiter pœnas frangit Venus inter amorem,
Blanda'que refrenat morſus admixta voluptas.
Namque in eo ſpes eſt, vnde eſt ardoris origo,
Reſtingui quoque poſſe ab eodem corpore flammam.

Quod

1 In q. l. Iamq;, muta. iamque probo. vt inf. 142, 8.
2 q. l. muta
3 Hæc veriſſ. ſcriptura. vulg. illæ prius. f. etiam illa, vt l. q. v. vt ſit iambus pro ſpondeo.
4 Feruida q. l. & Marull.
5 In v. q. Nanique

Præclara admonitio de amore.

6 Hoc ex v. lib. repoſui. vt & inf. 367, 2. 429, 8. rectiſſime. vulg. abſtergere.
7 Ita v. q. in al. v. vt in vulg. coniectum.
8 Sic v. l. ferè o. & vulg. ſed Marull. & Lamb. ex q. c. conceptum.
9 Hæc eſt v. l. ſcriptura. Marulli, certa & pura eſt.
10 q. incertus
11 q. adfligunt
12 Ita v. noſtri. in q. meo, ille. malè. & ita ferè Lamb.

Quod fieri contrà coràm natura repugnat:
Vnáque res hæc eſt, cuius[1] *quàm pluria habemus,*
Tam magis ardeſcit dira cuppedine pectus.
Nam cibus, atque humor membris adſumitur intus:
Quæ quoniam certas poſſunt obſidere partes,
Hoc facilè expletur laticum, frugúmque cupido:
Ex hominis verò facie, pulcróque colore,
Nihil datur in corpus præter ſimulacra fruendum
[2]*Tenuia, quæ vento ſpes captat ſæpe miſella.*
Vt bibere in ſomnis ſitiens cùm quærit, & humor
Non datur, ardorem in membris qui ſtinguere poſſit;
Sed laticum ſimulacra petit, fruſtráque laborat;
In medióque ſitit[3] *torrenti flumine potans.*
Sic in amore Venus ſimulacris ludit amantis:
Nec ſatiare queunt ſpectando corpora coràm:
Nec manibus quidquam teneris abradere membris
Poſſunt, errantes incerti corpore toto.
Denique cùm membris conlatis flore[4] *vtuntur*
Aetatis;[5] *dum iam præſagit gaudia corpus,*
Atque in eo eſt Venus, vt muliebria conſerat arua:
Adfigunt auidè corpus, iungúntque ſaliuas
Oris; & inſpirant preſſantes dentibus ora,
Nequiquam; quoniam nihil inde abradere poſſunt,
Nec penetrare, & abire in corpus corpore toto.
Nam facere interdum id velle, & certare videntur:
Vſqueadeò cupidè Veneris compagibus hærent,
Membra voluptatis dum vi labefacta[6] *liqueſcunt.*
Tandem vbi ſe[7] *erupit neruis*[8] *conlecta cupido;*
Parua fit ardoris violenti pauſa parumper:
Inde redit rabies eadem, & furor ille reuiſit;
Cùm ſibi, quod cupiant ipſi, contingere quærunt;
Nec reperire, malum id poſſunt quæ machina vincat.
Vſque-

1 Ita in v. l. vulg. quo. dira etiã eſt in v. l. Sic ſup. 140, 24. dira lubido. vulg. illa.
2 In lib. quidem raptat. ſed captat ego ſcripſi. vento ſ. pro fruſtrà, id eſt, quæ non tam ſibi, quàm vento: vt ea ille diſferat, captat. ita mox, fruſtraque laborat.
3 q. c. v. torrentis
4 Ita ex v. l. ſcripſi in q. v. tuũtur. in al. luuntur. quæ ex, vtuntur, deprauata ſunt. in vulg. & v. q. fruuntur, etiam non malè. ſed gloſſam ſapit.
5 Ita o, l. Sic ferè ſup. 141, 2. vulg. iã tum. q. v. iam dum.
6 liqueſcant
7 Ita rectè. vide indicem.
8 vulg. coniecta. vide ind. conlectus.

Vſqueadeò incerti tabeſcunt volnere cæco.
Adde quòd abſumunt viris, pereunt'que labore.
Adde quòd alterius ſub nutu degitur ætas.
Labitur interea res, & vadimonia fiunt:
Languent officia; atque ægrotat fama vacillans:
Vnguenta, & pulcra in pedibus Sicyonia rident:
Scilicet & grandes viridi cùm luce ſmaragdi
Auro includuntur; teritur'que thalaſſina veſtis
Aſſiduè, & Veneris ſudorem exercita potat:
Et bene parta patrum fiunt anademata, mitræ:
Interdum in pallam,[1] Melitenſia, Ceá que vertunt.
Eximia veſte, & victu conuiuia, ludi,
Pocula crebra, vnguenta, coronæ, ſerta parantur:
[2]Nequiquam; quoniam medio de fonte lepôrum
Surgit amari aliquid, quod in ipſis floribus angat:
Aut cùm conſcius ipſe animus ſe forte remordet,
Deſidioſè agere ætatem, luſtris'que perire:
Aut quòd in ambiguo verbum iaculata reliquit;
Quòd cupido adfixum cordi viueſcit, vt ignis:
Aut nimiùm iactare oculos, alium'ue tueri
Quòd putat, in voltu'que videt veſtigia riſus.
Atque in amore mala hæc proprio, ſummeq́[3] ſecundo
Inueniuntur: in aduerſo verò, atque inopi ſunt,
Prendere quæ poſſis oculorum lumine aperto
Innumerabilia. vt melius vigilare ſit antè,
Qua docui ratione, cauere'que, ne inliciaris.
Nam vitare, plagas in amoris ne [4]laciamur,
Non ita difficile eſt, quàm captum retibus ipſis
Exire, & validos Veneris perrumpere nodos.
Et tamen implicitus quoque poſſis, in'que peditus
Effugere infeſtum, niſi tute tibi obuius obſtes;
Et prætermittas animi vitia omnia primùm:

Tùm

1 Hanc veram puto ſcripturam. vide & indic. v. l. tamē alidenſia chiaque, habent. & q. v. atque alidenſia.

2 Ita v. q.

Terentianum.

4 Ita Lamb. in v. iaciamur.

Tùm quæ corporis ſunt eius,quam [1] *præpetis,ac vis.*
[2] *Nam hoc faciunt homines plerumque cupidine cæci;*
Et tribuunt ea,quæ non ſunt his commoda verè.
Multimodis igitur prauas,turpiſ'que videmus
Eſſe in delicijs,ſummó'que in honore vigere:
[3] *Atque alios alij inrident,Venerem'que ſuädent*
Vt plâcent,quoniam fœdo adflictantur amore;
Nec ſua reſpiciunt miſeri mala maxima ſæpe.
[4] *Nigra melichrōus eſt:immūda & fœtida, acoſmos:*
Cæſia, Palladion:[5] *neruoſa,& lignea,Dorcas:*
Paruula, pumilio;[6] *charitôn mia, tota merum ſal:*
Magna,atque immanis; cataplexis,plenaq́; honoris:
Balba,loqui non quit; traulizi: muta,pudens eſt:
At flagrans,odioſa, loquacula; Lampadion fit.
[7] *Iſchnon eromenion tum fit,cùm viuere non quit*
Præ macie:rhadine verò eſt,iam mortua tuſſi.
At [8] *Lamia,& mammoſa,Ceres eſt ipſa ab Iaccho.*
Simula,Silena ac Satyra eſt:labioſa, philema.
Cetera de genere hoc longum eſt,ſi dicere coner.
Sed tamen eſto iam quantouis oris honore,
Cui Veneris membris vis omnibus exoriatur:
Nēpe aliæ quoq; ſunt; nempe hac ſine viximus antè;
Nempe eadem facit & ſcimus facere omnia turpi;
Et miſeram tetris ſe ſuffit odoribus ipſa:
Quam famulæ longè fugitant,furtimq́; cachinnant.
At lacrumans excluſus amator limina ſæpe
Floribus & ſertis operit, poſtiſ'que ſuperbos
Vnguit amaracino, & foribus miſer oſcula figit.
Quem ſi iam admiſſum [9] *venientem offenderit aura*
Vna modò,cauſſas abeundi quærat honeſtas;
Et meditata diu cadat altè ſumpta querela,
Stultitiá'que ibi ſe damnet,tribuiſſe quòd illi

Plus

1 Ita v.l. Sic prædulcis. l. q. perpetis.

2 Hanc adiunxi parenthesios notam, vt Lucretius rectius intelligatur.

Hic vide lector ingeniū & elegātiam poëtæ. Ouid. etiam hæc, ſed nihil ad hunc.

3 Hos tres verſus non rectè delet Lamb. ſunt in o. l.

4 Hæc Græca nomina ſcripſi, prout in v. l. exſtant, & ipſe ſcribenda indicaui.

5 Næuoſa vulg. ex Marullo malè, contra o. l.

6 Ita v. l. o. f. etiam mia: torta, ſeu torua, ſed ego libros ſequor. & paruam cū magna coniungit poëta.

7 Ita o. v. l. etiam, Iſchnoēromenion. reliqua omnia ſe benè habere videtur, ex o. v. l. nihil ergo mutand.

8 Ita ex v. l. ſcripſi. Lamiæ erant mammoſæ teſte Dione Chryſoſt. de Cereris mâmis Arnob. lib. 3. & 6. Lāb. gemina. non puto geminum pro obeſo, reperiri. quod tamē Lab. putat. ab Iaccho, id eſt, Iacchi. vide indic. ab.

9 Ita libri noſtri & alij vet. vulg. ferè, veniens.

Plus videat, quàm mortali concedere par eſt.
Nec Veneres noſtras hoc fallit. quo magis ipſæ
Omnia ſummopere hos vitæ [1]poſtſcænia cælant,
Quos retinere volunt, adſtrictos'que eſſe in amore;
Nequicquam, quoniam tu animo tamen omnia poſſis
Protrahere in lucem, atque omnis anquirere [2]vſus.
Et ſi bello animo eſt, & non odioſa viciſſim,
Prætermittet te humanis concedere rebus.
Nec mulier ſemper ficto ſuſpirat amore:
Quæ complexa viri corpus cum corpore iungit,
Et tenet [3]adſuctis humectans oſcula labris.
Nam facit ex animo ſæpe; & communia quærens
Gaudia, ſollicitat ſpatium decurrere amoris.
Nec ratione alia volucres, armenta, feræ'que,
Et pecudes, & equæ maribus ſubſidere poſſent;
Si non, ipſa quòd illorum [4]ſubat, ardet abundans
Natura, & Venerem ſalientum læta retractant.
Non'ne vides etiam quos mutua ſæpe voluptas
Vinxit, vt in vinclis communibus excrucientur?
In triuijs [5]quum ſæpe canes diſcedere auentes,
Diuorſi cupidè ſummis ex viribus tendunt;
Cùm interea validis Veneris compagibus hærent:
Quod facerent numquam, niſi mutua gaudia noſſent;
Quæ [6]lacere in fraudem poſſent, vinctos'que tenere.
Quare etiã atque etiã, vt dico, eſt cõmunis voluptas.
Et commiſcendo, cùm ſemen forte virile
[7]Femina immulſit, ſubita vi corripuit'que;
Tum ſimiles matrum materno ſemine fiunt:
Vt patribus patrio. ſed quos vtriuſque figuræ
Eſſe vides [8]iuxtim [9]miſcentes volta parentum;
Corpore de patrio, & materno ſanguine creſcunt,
Semina cùm Veneris ſtimulis excita per artus

1 Ita Lamb. egregiè. in v. l. poſtcenia, & poſttenia. Marull. & vulg. proſcænia, peſsimè.

2 Ita omnes v. l: q. riſus. vulg. in vſus: hiatus ille Ennianus. nec mutandus qui etiam variantiæ dedit cauſſam. f. abuſus quod tamen Latinum ſatis hic non videtur.

3 Ita v. l. vulg. adſuetis, mendosè.

4 al. ſubit. in vulg. ſubito quod Marull. commentus erat.

5 Ita v. l. rectè. eſt enim exemplũ, verſuũ illorum. Nonne vides, &c. vulg. quin. malè.

6 v. l. & vulg. iacere.

De ſimilitudine liberorũ cũ parẽtibus.

7 Ita ex v. qui habebant, femina vimulcit. vulg. femineum mulſit. imo in antiq. femina immulcit.

8 Ita v. plerique. al. miſtim.

9 In q. v. referentes

Obuia conflixit conſpirans mutuus ardor:
Et [1] neque vtrum ſuperauit eorum, nec ſuperatū eſt.
Fit quoque, vt interdum ſimiles exſiſtere auorum
Poſſint, & referant proauorum ſæpe figuras,
Propterea, quia multimodis primordia multis
Mixta ſuo celant in corpore ſæpe parentes,
Quæ patribus patres tradunt a ſtirpe profecta.
Inde Venus [2] varia producit ſorte figuras:
Maiorum'que refert voltus, voces'que, comas'que.
Quandoquidem nihilo [3] magis hæc de ſemine certo
Fiunt, quàm facies, & corpora, membra'que nobis.
Et muliebre oritur patrio de ſemine ſæclum:
Materno'que mares exſiſtunt corpore creti.
Semper enim partus duplici de ſemine conſtat:
Atque vtri ſimile eſt magis id, quodcumque creatur,
Eius habet plus parte æqua, quod cernere poſſis;
Siue virûm ſuboles, ſiue eſt muliebris origo.
Nec diuina ſatum genitalem numina cuiquam
[4] Abſtergent, pater a natis ne dulcibus vmquam
Appelletur, & vt ſterili Venere exigat æuum:
Quod plerique putant; & multo ſanguine mæſti
Conſpergunt aras; adolent'que altaria donis,
Vt grauidas reddant vxores ſemine largo.
Nequiquam diuûm numen, ſortes'que fatigant.
Nam ſteriles nimiùm craſſo ſunt ſemine partim:
Et liquido præter iuſtum, tenui'que viciſſim.
Tenue, locis quia non potis eſt adfigere adhæſum,
Liquitur extemplò, & reuocatū cedit ab ortu:
Craſſius hoc porrò, quoniam concretius æquo
Mittitur; aut non tam prolixo prouolat ictu;
Aut penetrare locos æquè nequit; aut [5] penetratum
Aegrè admiſcetur muliebri ſemine ſemen.

[1] Ita v. l. vulg. neutrum. f. etiam ne vtrum.

[2] Ita q. l: q. varie. & q. forte. Sæpe q. variè, forte.

[3] Sic o. l. f. leg. minus. atq; ita variatum etiā ſup. 52, 28.

[4] Ita v. l. vulg. abſterrent. vide ind.

[5] Ita o. v. ferè. recti ſſ. Lamb. penetratis.

Nam

Nam multùm harmoniæ Veneris differre videntur:
Atque alias alij complent magis, ex alijs´que
Suſcipiunt aliæ pondus magis, in´que graueſcunt.
Et multæ ſteriles hymenæis antè fuerunt
Pluribus; & nactæ [1]pòſt ſunt tamen, vnde puellos
Suſcipere, & partu poſſent diteſcere dulci.
Et, quibus antè domi [2]fecundæ ſæpe nequiſſent
Vxores parere, inuenta eſt illis quoque compar
Natura, vt poſſent natis munire ſenectam.
Vſqueadeò magni [3]id refert; vt ſemina poſſint
Seminibus commiſceri genitaliter apta,
[4]Craſſa´que conueniant liquidis, & liquida craſſis.
Atque adeò refert, quo victu vita colatur:
Namque alijs rebus concreſcunt ſemina membris,
Atque alijs extenuantur, tabent´que viciſſim.
Et quibus ipſa modis tractetur blanda voluptas,
Id quoque permagni refert. nam more ferarum,
Quadrupedum´que magis ritu, plerumque putantur
Concipere vxores, quia ſic loca ſumere poſſunt
Pectoribus poſitis ſublatis ſemina lumbis.
Nec molles opus ſunt motus vxoribus hilum.
Nam mulier prohibet ſe concipere, atque repugnat,
Clunibus ipſa viri Venerem ſi læta retractet;
Atque [5]exoſſato ciet omni pectore fluctus.
[6]Eicit enim ſulci recta regione, via´que
Vomerem, atque locis auertit ſeminis ictum.
[7]Id´que ſua cauſſa conſuerunt ſcorta moueri,
Ne complerentur crebrò, grauidæ´que iacerent;
Et ſimul ipſa viris Venus vt concinnior eſſet:
Coniugibus quod nihil noſtris opus eſſe videtur.
Nec diuinitus interdum, Veneris´que ſagittis,
Deteriore fit vt forma muliercula ametur:

1 egregiè Lãb. vulg. poſſunt tamẽ inde. ita inf. ferè. 227, 23.

2 Ita o.l. malè Lãb. infecundæ. ſæpe fit vt fecunda vxor ex aliquo nõ cõcipiat, quia nõ eſt compar natura.

3 Cõiectura ductus poſtulante ſentẽtia, id, interieci.

4 Lamb. poſt hunc verſ. poſuerat hunc: Quæ cui iuncta viro ſit femina per Veneris res. ſed libris repugnantib. non auſim.

5 In q.v. exoſſatim.

6 Præclarè Lamb. quod & n.v.l. confirmatur.

7 In v.q. Ipſa.

 Nam

Nam facit ipſa ſuis interdum femina factis,
Morigeris'que modis, & mundo[1] *corporis cultu,*
Vt facilè inſueſcat ſecum vir degere vitam.
Quod ſupereſt, conſuetudo concinnat amorem:
Nam leuiter quamuis, quod crebro tunditur ictu,
Vincitur[2] *in longo ſpatio tamen, atque labaſcit.*
Non'ne vides etiam guttas in ſaxa cadentis
Humoris, longo in ſpatio pertundere ſaxa?

1 Ita Lamb. ex v. l. veſtigijs. in q. erat corpore culto. vulg. corpore culta.

2 Ita n. v. l. id. rectè.

T. LVCRETII CARI
DE RERVM NATVRA,
LIBER QVINCTVS.

Plus homini bus profuiſſe qui ſapientiã inuenerit, q̃ Cererem, Liberum, Herculem.

Quis potis eſt dignum[3] *polenti pectore carmen*
Condere pro rerum maieſtate,[4] *hisq́; repertis?*
Quis'ue valet verbis tantum,[5] *queis pingere laudes*
Pro meritis, eius poſſit, qui talia nobis
Pectore parta ſuo, quæſitá'que præmia liquit?
Nemo, vt opinor, erit mortali corpore cretus.
Nam ſi, vt ipſa petit maieſtas cognita rerum,
Dicendum eſt; deus[6] *ipſe fuit, deus, inclute Memmi,*
Qui princeps vitæ rationem inuênit eam, quæ
Nunc appellatur ſapientia; qui'que per artem
Fluctibus e tantis vitam, tantis'que tenebris,
In tam tranquillo, & tam clara luce locauit.
Confer enim diuina aliorum antiqua reperta.
Namque Ceres fertur fruges, Liber'que liquoris
Vitigeni laticem mortalibus inſtituiſſe:

3 Sic leg. hinc lib. q. palenti, & palanti.

4 Ita v. l.

5 Ita cõiectura ductus ſcripſi. in libris ferè, quis fingere. vel, vt in q. vulg. fundere. quã phraſim non intelligo.

6 Ita v. l. vulg. ille

Cùm

Cum tamen his poſſet ſine rebus vita manere:
Vt fama eſt aliquas etiam nunc viuere gentis.
At benè non poterat ſine puro pectore viui.
Quo magis hic meritò nobis deus eſſe videtur:
Ex quo nunc etiam per magnas didita gentis
Dulcia permulcent animos ſolatia vitæ.
Herculis antiſtare autem ſi facta putabis;
Longius a vera multo ratione ferere.
Quid Nemeæus enim nobis nunc magnus hiatus
Ille leonis obeſſet? & horrens Arcadius ſus?
Denique quid Cretæ taurus, Lernæá que peſtis
Hydra venenatis poſſet vallata colubris?
Quid'ue tripectora tergemini vis Geryonaï?
Et Diomedis equi ſpirantes naribus ignem,
Thracen, Biſtoniaſ'que plagas, atq; Iſmara propter,
Tantopere officerent nobis? vnciſ'que timendæ
Vnguibus Arcadiæ volucres Stymphala colentes?
Aureá que Heſperidum ſeruans fulgentia mala
Aſper, acerba tuens, immani corpore ſerpens,
Arboris amplexus ſtirpem? quid denique obeſſet
Propter [1] Atlanteum litus, pelagé que ſeuera,
Quò neque noſter adit quiſquã, nec barbarus audet?
Cetera de genere hoc quæ ſunt portenta perempta,
Si non victa forent, quid tandem viua nocerent?
Nihil, vt opinor. ita ad ſatiatem terra ferarum
Nunc etiam ſcatit, & trepido terrore repleta eſt
Per nemora ac montis magnos, ſiluaſ'que profundas:
Quæ loca vitandi plerumque eſt noſtra poteſtas.
At niſi purgatum eſt pectus, quæ prœlia nobis,
Atque pericula [2] tunc ingratis inſinuandum?
Quantæ conſcindunt hominem cuppedinis acres
Sollicitum curæ? quanti'que perinde timores?

[1] Egregiè Lamb. ex v. l. vulg. Oceani propter. pelagique ſonora.

[2] In lib. ſunt. non rectè.

Quid'ue ſuperbia, ſpurcitia, ac petulantia, quantas
Efficiunt clades? quid luxus, deſidies'que?
Hæc igitur qui cuncta ſubegerit, ex animo'que
Expulerit dictis, non armis: non'ne decebit
Hunc hominem numero diuûm dignarier eſſe?
Cum bene præſertim multa, ac diuinitus ipſis
Immortalibus de diuis dare dicta ſuërit;
Atque omnem rerum naturam pandere dictis.
Cuius ego ingreſſus veſtigia, [1] nunc rationes
Perſequor; ac doceo dictis, quo quæque creata
Fœdere ſint, in eo quàm ſit durare neceſſum;
Nec validas æui valeant reſcindere leges:
Quo genere imprimis animi natura reperta eſt
Natiuo primùm conſiſtere corpore creta;
Nec poſſe incolumis magnum durare per æuum:
Sed ſimulacra ſolere in ſomnis fallere mentem,
Cernere [2] cùm videamur eum, quem vita reliquit.
Quod ſupereſt, nunc [3] huc rationis detulit ordo,
Vt mihi mortali conſiſtere corpore mundum,
Natiuum'que ſimul ratio reddunda ſit, eſſe:
Et quibus ille modis congreſſus materiaï
Fundarit terram, cælum, mare, ſidera, ſolem,
Lunaï'que globum: tum quæ tellure animantes
Exſtiterint; & quæ nullo ſint tempore natæ:
Quo'ue modo genus humanum variante loquela
Cœperit inter ſe veſci per nomina rerum:
Et quibus ille modis diuum metus inſinuarit
Pectora, terrarum qui in orbi ſancta tuetur
Fana, lacus, lucos, aras, ſimulacra'que diuûm.
Præterea ſolis curſus, lunæ'que meatus
Expediam, qua vi flectat natura gubernans:
Ne forte hic inter cælum, terram'que reamur

1 Ita in v.q. & noſt. melius, quàm in al. dum.

2 vti, in v.q.

3 vulg. me huc. ſed, τὸ me, a v. ferè abeſt.

Argumenta libri

Libe-

Libera ſponte ſua curſus luſtrare perennis
Morigera ad fruges augendas, atque animantis:
Ne'ue aliqua diuûm volui ratione putemus.
Nam, bene qui didicere deos ſecurum agere æuum,
Si tamen interea mirantur, qua ratione
Quæ'que [1]geri poſſint, præſertim rebus in illis,
Quæ ſupra caput æthereis cernuntur in oris:
Rurſus in antiquas referuntur relligiones,
Et dominos acris adſciſcunt, omnia poſſe
Quos miſeri credunt; ignari, quid queat eſſe,
Quid nequeat; finita poteſtas denique cuique
Quánam ſit ratione, [2]vtque altè terminus hereat.
Quod ſupereſt, ne te in promiſſis plura moremur,
Principio, maria, ac terras, cælum'que tuêre:
Horum naturam triplicem, tria corpora, Memmi,
Tris ſpecies tam diſſimilis, tria talia texta,
Vna dies dabit exitio: multos'que per annos
Suſtentata ruet moles, & machina mundi.
[3]Nec me animi fallit, quàm res noua, mirá'que menti
[4]Accidat, exitium cæli, terræ'que futurum;
Et quàm difficile id mihi ſit peruincere dictis:
Vt fit, vbi inſolitam rem adportes auribus antè,
Nec tamen hanc poſſis oculorum ſubdere viſu,
Nec iacere [5]endo manus, via qua munita fidei
Proxima fert humanum in pectus, templá'que mẽtis.
Sed tamen effabor: dictis dabit ipſa fidem res
Forſitan, & grauiter terrarum motibus orbis
Omnia conquaſſari in paruo tempore cernes:
Quod procul à nobis flectat [6]fortuna gubernans;
Et ratio potiùs, quàm res perſuadeat ipſa,
Succidere horriſono poſſe omnia victa fragore.
Qua priùs aggrediar quàm de re fundere fata

1 Lamb. geni. non rectè.

2 ſup. 3, 21.

3 Protherapeuſi & ſup. 68, 4. ſimili de cauſſa vtitur.

4 q. Accidit

5 Ita v. l. vulg. indu.

6 q. l. natura. ego fortuna, malim. nã illud, Et ratio potius, reſpondet fortunæ. ſup. 150, 31. dixit, natura gubernans. hinc & hic in q. l. eſt, natura. Epicureum eſt, omnia tribuere fortunæ.

Priùs quædã remouet impedimenta, quę & obiici poſſent & deterrere Memmium, quàm ad quæſtionem præcipuam, Mundum interiturum, veniat. vide etiam Macrob. lib. 2. in Som. Scip.

Sanctiùs, & multo certa ratione magis, quàm
Pythia quæ tripode e Phœbi, lauró que profatur;
Multa tibi expediam doctis ſolatia dictis:
Relligione refrenatus ne forte rearis
Terras, & ſolem, & cælum, mare, ſidera, lunam
Corpore diuino debere æterna manere:
Propterea que putes ritu par eſſe gigantum
Pendere eos pœnas immani pro ſcelere omnis,
Qui ratione ſua diſturbent mœnia mundi;
Præclarum que velint cæli reſtinguere ſolem:
Immortalia mortali ſermone notantes.
Quæ procul vſqueadeò diuino [1] ab numine diſtent,
In que deûm numero quæ ſint indigna videri;
Notitiam potiùs præbere vt poſſe putentur;
Quid ſit vitali motu, ſenſú que remotum.
Quippe etenim non eſt, cum quouis corpore vt eſſe
Poſſe animi natura putetur, conſilium que.
Sicut in æthere non arbor, non æquore ſalſo
Nubes eſſe queunt, neque piſces viuere in aruis;
Nec cruor in lignis, nec ſaxis ſuccus ineſſe.
Certum, ac diſpoſitũ eſt, vbi quidquid creſcat, & inſit.
Sic animi natura nequit ſine corpore oriri
Sola, neque a neruis, & ſanguine [2] longiter eſſe.
Hoc ſi poſſet enim; multò priùs ipſa animi vis
In capite, aut humeris, aut imis calcibus eſſe
Poſſet, & innaſci quauis in parte ſoleret:
Tandem in eodẽ homine, atque in eodẽ vaſe maneret.
Quod quoniam noſtro quoque conſtat corpore certũ;
Diſpoſitum que videtur, vbi eſſe, & creſcere poſſit
Seorſum anima, atque animus: tãto magis infitiandũ,
Totum poſſe extra corpus, formam que animalem
Putribus in glebis terrarum, aut ſolis in igni,

1 abeſt a v. noſtr.

Senſu diuino non eſſe prædita, mare, terram cælũ, &c. quia ne quidem ſenſu ſint prædita vllo.

2 Ita v. l. vulg. longius.

Aut

Aut in aqua durare, aut altis ætheris oris.
Haud igitur conſtant diuino prædita ſenſu,
Quandoquidem nequeunt vitaliter eſſe animata.
Illud item non eſt, vt poſſis credere, ſedes
Eſſe deûm ſanctas in mundi partibus vllis.
Tenuis enim natura deûm, longé que remota
Senſibus a noſtris animi vix mente videtur.
Quæ quoniam manuum tactum ſuffugit & ictum:
Tactile nihil nobis quod ſit, contingere debet.
Tangere enim non quit, quod tangi non licet ipſum.
Quare etiam ſedes quoque noſtris ſedibus eſſe
Diſſimiles debent, tenues de corpore eorum:
Quæ tibi poſteriùs largo ſermone probabo.
Dicere porrò, hominum cauſſa voluiſſe parare
Præclaram mundi naturam, propterea'que
Id laudabile opus diuûm laudare decere,
Aeternum' que putare, atque immortale futurum;
Nec fas eſſe, deûm quod ſit ratione vetuſta
Gentibus humanis fundatum perpetuo æuo,
Sollicitare ſuis vllum de ſedibus vmquam,
Nec verbis vexare; & ab imo euertere [1] ſummam;
Cetera [2] de genere hoc adfingere, & addere, Memmi,
Deſipere eſt. quid enim immortalibus, atque beatis
Gratia noſtra queat largirier emolumenti,
Vt noſtra quidquam cauſſa gerere aggrediantur?
Quid'ue noui potuit tanto poſt antè quietos
Inlicere, vt cuperent vitam mutare priorem?
Nam gaudere nouis rebus debere videtur,
Cui veteres obſunt: ſed, cui nihil accidit ægri,
Tempore in anteacto cùm pulcrè degeret æuum;
Quid potuit nouitatis [3] amorem accendere tali?
[4] *An credo, in tenebris vita, ac mærore iacebat,*

Cælum non eſſe ſedem ac domicilium deorum.

Mundum nõ eſſe a dijs hominũ cauſſa creatum.

1 Ita in q. l. optimè.

2 v. q. de hoc genere

Vide Cic. 1. de nat. deor.

3 vulg. amore accedere. ſæpe pro accendere & incend. ſcripſerunt acced. & inced. & contrà.

4 Sic interpung.

Donec diluxit rerum genitalis origo?

1 Ita leg. putaui. vulg. fueras. vide indic.

Quid'ue mali [1] fueret nobis non eſſe creatis?
Natus enim debet quicumque eſt, velle manere
In vita, donec retinebit blanda voluptas.
Quij numquam verò vitæ guſtauit amorem,

2 In q. l. creato

Nec fuit in numero; quid obeſt non eſſe [2] creatum?
Exemplum porrò gignundis rebus, & ipſa
Notities hominum diuis vnde inſita primùm,
Quid vellent facere vt ſcirent animo'que viderent?
Quo'ue modo eſt vmquam vis cognita principiorum,
Quid'nam inter ſeſe permutato ordine poſſent?

3 Ita v. l. vulg. ſpeciem. & mox, Marull. ac Lamb. contra l. creando,

Si non ipſa dedit [3] ſpecimen natura creandi?
Namque ita multa modis multis primordia rerum
Ex infinito iam tempore percita plagis,
Ponderibus'que ſuis conſuerunt concita ferri,
Omnimodis'que coire, atque omnia pertentare,
Quæcumque inter ſe poſſint congreſſa creare:
Vt non ſit mirum ſi in talis diſpoſituras
Deciderunt quoque, & in talis venêre meatus,

4 Lamb. genitur. malè.

Qualibus hæc rerum [4] geritur nunc ſumma nouando.

Alia argumẽta quibus docet non eſſe creatũ mundum hominum cauſſa a dijs.

Quòd ſi iam rerum ignorem primordia quæ ſint,
Hoc tamen ex ipſis cæli rationibus auſim
Confirmare, alijſque ex rebus reddere multis,
Nequaquam nobis diuinitus eſſe paratam
Naturam rerum: tanta ſtat prædita culpa.
Principio, quantum cæli tegit impetus ingens,

5 Marull. aliam. peſsimè.

Inde [5] auidam partem montes, ſiluæ'que ferarum

Diuiſio terrę

Poſſedêre, tenent rupes, vaſtæ'que paludes,
Et mare, quod latè terrarum diſtinet oras.
Inde duas porrò propè partis feruidus ardor,
Aſſiduus'que geli caſus mortalibus aufert.
Quod ſupereſt arui, tamen id natura ſua vi

Senti-

Sentibus obducat, ni vis humana reſiſtat,
Vitaï cauſſa valido conſueta bidenti
Ingemere; & terram preſſis proſcindere aratris.
Si non fecundas vertentes vomere glebas,
Terraï'que ſolum ſubigentes cimus ad ortus;
Sponte ſua nequeant liquidas exſiſtere in auras.
Et tamen interdum magno quæſita labore,
Cùm iam per terras frondent, atque omnia florent;
Aut nimijs torret feruoribus æthereus ſol;
Aut ſubiti perimunt imbres, gelidæ'que pruinæ;
Flabra'que ventorum violento turbine vexant.
Præterea genus horriferum, natura ferarum,
Humanæ genti infeſtum, terra'que, mari'que,
Cur alit, atque auget? cur anni tempora morbos
Adportant? quare mors immatura vagatur?
Tùm porrò puer, vt ſæuis proiectus ab vndis
Nauita, nudus humi iacet, infans, indigus omni
[1]*Vitaï auxilio; cùm primùm in luminis oras*
Nixibus ex aluo matris natura profudit:
Vagitu'que locum lugubri complet, vt æquum eſt
Cui tantum in vita reſtet tranſire malorum.
At variæ creſcunt pecudes, armenta, feræ'que:
Nec [2]*crepitacula eis opus ſunt; nec cuiquã adhibẽda (eſt*
Almæ nutricis blanda, atque infracta loquela:
Nec varias quærunt veſtis pro tempore cæli.
Denique non armis opus eſt, non mœnibus altis,
Queis ſua tutentur; quando omnibus omnia largè
Tellus ipſa parit, natura'que dædala rerum.
Principio quoniam terraï corpus, & humor,
Aurarum'que leues animæ, calidi'que vapores,
E quibus hæc rerum conſiſtere ſumma videtur,
Omnia natiuo, ac mortali corpore conſtant;

1 Hoc omnino placet, etſi libri diſſentiant. nam, vt lib. habent, vitali auxil. Lat. non dicitur. Sic ſup. 110, 2. inf. 193, 10. 226, 13.

2 Ita diſertè in l. noſtr. optimè. ita & Lamb. Marull. & vulg. crepitacillis opus. vide indic.

Partes mũdi interire, ergo & mundum.

Debet

1 Ita v. noſtr. rectè. eodem, ſ. corpore. vulg & in q.l. omnia eadem. Lamb. malè. tota eadem.

Cui⁹ pars natiua ſit, totú natiuú eſſe.

Debet [1] *eodem omnis mundi natura putari:*
Quippe etenim quorum partis, & membra videmus
Corpore natiuo, & mortalibus eſſe figuris;
Hæc eadem fermè mortalia cernimus eſſe,
Et natiua ſimul. quapropter maxima mundi
Cùm videam membra, ac partis, conſumpta regigni:
Scire licet, cæli quoque idem, terrá que fuiſſe
Principiale aliquod tempus, cladem'que futuram.

2 Ita q.l. in al. corripuiſſe. Lăb. ne me arrip. malè. hiatus eſt Ennianus & Lucretianus.

Illud in his rebus [2] *ne arripuiſſe rearis*
Memmi, quòd terram, atque ignem mortalia ſumpſi
Eſſe, neque humorem dubitaui, auras'que perire;
Atque eadem gigni, rurſus'que augeſcere dixi:

De terra.

Principio pars terraï non nulla peruſta
Solibus aſſiduis, multa pulſata pedum vi
Pulueris exhalat nebulam, nubes'que volantis,
Quas validi toto diſpergunt aëre venti.
Pars etiam glebarum ad diluuiem reuocatur
Imbribus, & ripas radentia flumina rodunt.

3 Ita libri vulg. o. & v. noſtri. rectè. multis locis ea coniungit poëta. Lăb. alid.

4 Ita v. & vulg. l. Lamb. tamen, limatur. malè.

Præterea, pro parte ſua quodcumque [3] *alit auget,*
Roditur: & quoniam dubio procul eſſe videtur
Omniparens, eadem rerum commune ſepulcrum:
Ergo terra tibi [4] *libatur, & aucta recreſcit.*
Quod ſupereſt, humore nouo mare, flumina, fontis

De aqua.

Semper abundare, & latices manare perennis,
Nihil opus eſt verbis, magnus decurſus aquarum
Vndique declarat: ſed primùm quidquid aquaï
Tollitur, in ſummá que fit, vt nihil humor abundet;
Partim quòd validi verrentes æquora venti
Diminuunt, radijs'que retexens æthereus ſol;
Partim quòd ſubter per terras diditur omnis:
Percolatur enim virus, retró que remanat
Materies humoris, & ad caput amnibus omnis

Con-

Conuenit; inde ſuper terras fluit agmine dulci,
Quà via ſecta ſemel liquido pede detulit vndas.
Aëra nunc igitur dicam, qui corpore toto De aëre, ſiue anima.
Innumerabiliter priuas mutatur in [1] *horas.* [1] Ita omnino leg. vide indic. vulg. oras.
Semper enim quodcumque fluit de rebus, id omne
Aëris in magnum fertur mare: qui niſi contrà
Corpora retribuat rebus, recreet'que fluentis;
Omnia iam reſoluta forent, & in aëra verſa.
Haud igitur ceſſat gigni de rebus, & in res
[2] *Recidere aſſiduè, quoniam fluere omnia conſtat.* [2] Marull. Decidere. malè, contra v. l.
Largus item liquidi fons luminis æthereus ſol De igni & ſole.
Inrigat aſſiduè cælum candore recenti,
Suppeditat'que nouo confeſtim lumine lumen.
Nam primùm quidquid fulgoris diſperit ei,
Quocumque accidit; id licet hinc cognoſcere poſſis,
Quòd ſimulac primùm nubes ſuccedere ſoli
Cœpere, & radios inter quaſi rumpere lucis;
Extemplò inferior pars horum diſperit omnis,
Terra'que inumbratur, quà nimbi cumque feruntur:
Vt noſcas ſplendore nouo res ſemper egere;
Et primum iactum fulgoris quemque perire;
Nec ratione alia res poſſe in ſole videri,
Perpetuò ni ſuppeditet lucis caput ipſum.
Quin etiam nocturna tibi, terreſtria quæ ſunt, De lampade & lucerna.
Lumina, pendentes lychni, clara'que coruſcis
Fulguribus pingues multa caligine tedæ,
Conſimili properant ratione, ardore miniſtro,
Suppeditare nouum lumen, tremere ignibus inſtant;
Inſtant, nec loca lux inter quaſi rupta relinquit:
Vſqueadeò properanter ab omnibus ignibus eius
Exitium celeri toleratur origine flammæ.
Sic igitur, ſolem, lunam, ſtellas'que putandum

Ex

Ex alio, atque alio lucem iactare ſubortu;
Et primum quidquid [1]*flammaï perdere ſemper:*
Inuiolabilia hæc ne credas forte vigere.

De ædificijs quemadmodũ intereant.

Denique non lapides quoque vinci cernes ab æuo?
Non altas turris ruere, & putreſcere ſaxa?
Non delubra deûm, ſimulacráque feſſa fatiſci?
Nec ſanctum numen fati [2]*protollere finis*
Poſſe, neque aduerſus naturæ fœdera niti?
Denique non monumenta virûm dilapſa videmus,
[3]*Quærere proporrò ſibi cumque ſeneſcere credas?*
Non ruere auolſos ſilices a montibus altis?
Nec validas æui vires perferre, patíque
Finiti? neque enim caderent auolſa repentè,
Ex infinito quæ tempore pertoleraſſent
Omnia tormenta ætatis priuata fragore.
Denique iã tuere hoc circùm, ſupráque; quod omnẽ
Continet amplexu terram; quod procreat ex ſe
Omnia, quod quidam memorant, recipítque perẽpta;
Totum natiuum mortali corpore conſtat.
Nam quodcumque alias ex ſe res auget, alítque,
[4]*Deminui debet, recreari cùm recipit res.*

Alia argumẽta, de origine & interitu mundi.

Præterea ſi nulla fuit genitalis origo
Terrarum, & cæli; ſempérque æterna fuere:
Cur ſuperà bellum Thebanum, & funera Troiæ,
Non alias alij quoque res cecinere poëtæ?
Quò tot facta virûm toties cecidere? neque vſquam
Aeternis famæ monumentis inſita florent?
Verùm, vt opinor, habet nouitatem ſumma, recensq́;
Natura eſt mundi, neque pridem exordia cepit.
Quare etiam quædam nunc artes expoliuntur;
Nunc etiam augeſcunt: nunc addita nauigijs ſunt
Multa: modò organici melicos peperere ſonores.

Deni-

1 flammarũ. Marul.

2 Ita ex v. l. veſtigijs reſtitui. protollere fines, id eſt, proferre. adluſum ad id quod ſup. 3, 21. vulg. procellere, mendoſè. v. l. protellere. ita inf. 198, 15.

3 Ita l. v. in q. omniq́ue. ſententia videtur; vt credas ea quærere ſibi aliquãdo ſenectutẽ. haud ſcio etiã an ſit ſpurius. Marull. primus & hunc deprauauit Cedere proporro, ſubitoq́ue ſeneſcere caſu. quæ hæc eſt impudentia?

4 Ita ferè lib. v. Marull. & vulg. Di.

Denique natura hæc rerum,ratióque reperta eſt
Nuper,& hanc primus cumprimis ipſe repertus
Nunc ego ſum,in patrias qui poſſim vertere voces.
Quòd ſi forte fuiſſe antehac eadem omnia credis;
Sed periſſe [1] *hominum torrenti ſæcla vapore;* [1] q.l. omnium
Aut cecidiſſe vrbis magno vexamine mundi;
Aut ex imbribus aſſiduis exiſſe rapaces
Per terras amnes,atque oppida cooperuiſſe:
Tanto quippe magis victus fateare neceſſe eſt,
Exitium quoque terrarum,cælíque futurum.
Nam cùm res tantis morbis,tantíſque periclis
Tentarentur; ibi ſi triſtior incubuiſſet
Cauſſa,darent latè cladem,magnáſque ruinas.
Nec ratione alia mortales eſſe videmur
Inter nos; niſi quòd morbis ægreſcimus iſdem,
Atque illi,quos a vita natura remouit.
Præterea quæcumque manent æterna,neceſſe eſt Quę res tandem poſſint eſſe æternę.
Aut,quia ſunt ſolido cum corpore,reſpuere ictus,
Nec penetrare pati ſibi quidquam,quod queat artas
Diſſociare intus partis; vt materiaï
Corpora ſunt,quorum naturam oſtendimus antè:
Aut ideò durare ætatem poſſe per omnem,
Plagarum quia ſunt expertia;ſicut inane eſt,
Quod manet intactum,neque ab ictu fungitur hilū:
Aut etiam,quia nulla loci ſit copia circùm,
Quò quaſi res poſſint diſcedere,diſſoluíque,
Sicut ſummarum ſumma eſt æterna,neque extrà
Quis locus eſt,quò diſſiliant; neque corpora ſunt,quæ
Poſſint incidere,& valida diſſoluere plaga.
At neque,vti docui,ſolido cum corpore mundi
Natura eſt,quoniam admixtum eſt in rebus inane:
Nec tamen eſt vt inane: neque antē corpora deſunt,

Ex

Ex infinito quæ poſſint forte coorta
[1]Conruere hanc rerum violento turbine ſummam,
Aut aliam quamuis cladem importare pericli.
Nec porrò natura loci, ſpatium'que profundi
Deficit, exſpergi quò poſſint mœnia mundi,
Aut alia quauis poſſint vi pulſa perire.
Haud igitur leti præcluſa eſt ianua cælo,
Nec ſoli, terræ'que, nec altis æquoris vndis;
Sed patet immani, & vaſto reſpectat hiatu.
Quare etiam natiua neceſſum eſt confiteare
Hæc eadem. neque enim mortali corpore quæ ſunt,
Ex infinito iam tempore adhuc potuiſſent
Immenſi validas æui contemnere vires.
Denique, tantopere inter ſe cùm maxima mundi
Pugnent membra, pio nequaquàm concita bello;
Non'ne vides aliquam longi certaminis ollis
Poſſe dari finem? vel cùm ſol, & vapor omnis
Omnibus epotis humoribus exſuperarint:
Quod facere intendũt, neque adhuc conata patrãtur.
Tantum ſuppeditant amnes, vltro'que minantur
Omnia diluuiare ex alto gurgite ponti:
Nequidquam, quoniam verrentes æquora venti
Diminuunt, radijs'que retexens æthereus ſol:
Et ſiccare priùs confidunt omnia poſſe,
Quàm liquor incepti poſſit contingere finem.
Tantum ſpirantes æquo certamine bellum
Magnis de rebus inter ſe cernere certant,
Cùm ſemel in terra fuerit ſuperantior ignis;
Et ſemel, vt fama eſt, humor regnarit in aruis.
Ignis enim ſuperauit, & [2]ambens multa peruſſit,
Auia cùm Phaëthonta rapax vis ſolis equorum
Æthere raptauit toto, terras'que per omnis.

At pa-

[1] Ita v.l. Lamb. tamen, Proruere. malc.

[2] q.l. ambiens

At pater omnipotens ira tum percitus acri
Magnanimum Phaëthonta repenti fulminis ictu
Deturbauit equis in terram; ſol'que cadenti
Obuius, æternam ſuſcepit lampada mundi;
Diſiectoſq́; redegit equos, iunxitq́; trementis;
Inde ſuum per iter recreauit cuncta gubernans:
Scilicet vt veteres Graiûm cecinere poëtæ.
Quod procul à vera eſt animi ratione repulſum.
Ignis enim ſuperare poteſt, vbi materiaï
Ex infinito ſunt corpora plura coorta;
Inde cadunt vires aliqua ratione reuictæ;
Aut pereunt res exuſtæ torrentibus auris.
Humor item quondam cœpit ſuperare coortus,
Vt [1]*fama eſt, hominum multos quando obruit vndis.*
Inde vbi vis aliqua ratione auerſa receſſit,
Ex infinito fuerat quæcumq; coorta:
Conſtiterunt imbres, & flumina vim minuerunt.
Sed quibus ille modis [2]*coniectus materiaï*
Fundarit cælum, ac terram, ponti'que profunda,
[3]*Solis, lunaï curſus; ex ordine ponam.*
Nam certè neque conſilio primordia rerum
Ordine ſe quæque, atque ſagaci mente locarunt:
Nec quos quæque darent motus, pepigere profectò:
Sed quia multa modis multis primordia rerum
Ex infinito iam tempore percita plagis,
Ponderibus'que ſuis conſuerunt concita ferri,
Omnimodis'que coire, atque omnia pertentare,
Quæcumque inter ſe poſſent congreſſa creare;
Propterea fit, vt magnum volgata per æuum
Omnigenos cœtus, & motus experiundo,
Tandem conueniant; [4]*ea quæ coniuncta, repentè*
Magnarum rerum fiant exordia ſæpe,

1 Hanc ſcripturam & interpunctionem agnoſcunt o. l. Lib. lectio non placet. eſt hominū: vrbes.

Origo mundi & omniū rerum ex atomis.

2 ita & hic ſcripſi. vulg. coniectus. vide ind.

3 In al. Solisq́ue & lunæ

4 Ita v. l. noſtr. diſertè. in al. quæ conuenere. non malè. vulg. malè. ea quæ conuenta. coniuncta, etiam mox. ver. 14.

Terraï, maris, & cæli, generiſque animantum.
Hic neque tum ſolis rota cerni lumine largo
[1] Ita rectè v.l. & Macrob. in al. Alta volans.
[1] Altiuolans poterat, nec magni ſidera mundi,
Nec mare, nec cælum, nec denique terra, neque aër,
Nec ſimilis noſtris rebus res vlla videri;
Sed noua tempeſtas quædam, molesque coorta.
Diffugere inde loci partes cœpere, pareſque
Cum paribus iungi res, & diſcludere mundum,
Membráque diuidere, & magnas diſponere partis
Omnigenis e principiis: diſcordia quorum,
Interualla, vias, connexus, pondera, plagas,
Concurſus, motus turbabat, prœlia miſcens,
Propter diſſimilis formas, variaſque figuras;
Quòd non omnia ſic poterant coniuncta manere,
Nec motus inter ſeſe dare conuenientis:
Hoc eſt a terris altum ſecernere cælum,
Et ſeorſum mare vti ſecreto humore pateret;
[3] Macrob. Seorſum
[3] Seorſus item puri, ſecretique ætheris ignes.
Terræ ortus.
Quippe etenim primùm terraï corpora quæque,
Propterea, quòd erant grauia, & perplexa, coibant,
In medióque imas capiebant omnia ſedes.
Quæ quanto magis inter ſe perplexa coïbant,
Tam magis expreſſere ea, quæ mare, ſidera, ſolem,
Lunamque efficerent, & magni mœnia mundi.
Omnia enim magis hæc e læuibus, atque rotundis
Seminibus, multóque minoribus ſunt elementis,
Quàm tellus. ideò per rara foramina terræ
Partibus erumpens primus ſe ſuſtulit æther
Signifer, & multos ſecum leuis abſtulit ignis;
Non alia longè ratione, ac ſæpe videmus,
Aurea cùm primùm gemmantis rore per herbas
Matutina rubent radiati lumina ſolis;

Exha-

Exhalant'que lacus nebulam, fluuii'que perennes:
[1]Ipſa quoque interdum tellus fumare videtur.
Omnia quæ ſurſum cùm conciliantur in alto;
Corpore concreto ſubtexunt nubila cælum:
Sic igitur tum ſe leuis, àc diffuſilis æther
Corpore concreto circumdatus vndique ſæpſit:
Et latè diffuſus in omnis vndique partis,
Omnia ſic auido complexu cetera ſæpſit.
Hunc exordia ſunt ſolis, lunæ'que ſecuta:
[2]Inter vtros'que globi quorum vertuntur in auris:
Quæ neque terra ſibi adſciuit, nec maxumus æther:
Quòd neque tam fuerint grauia, vt depreſſa ſederent;
Nec leuia, vt poſſent per ſummas labier oras.
Et tamen inter vtros'que ita ſunt, vt corpora[3] viua
Verſent, & partes vt mundi totius exſtent.
Quod genus in nobis quædam licet in ſtatione
Membra[4] manere, tamē cùm ſint ea, quæ moueantur.
His igitur rebus retractis, terra repentè,
Maxûma qua nunc ſe ponti plaga cærula tendit;
Succidit, & ſalſo ſuffodit gurgite foſſas.
In'que dies quanto circum magis ætheris æſtus,
Et radij ſolis cogebant vndique terram
Verberibus crebris extrema ad limina[5] apertam,
In medio vt propulſa ſuo condenſa coïret;
Tam magis expreſſus ſalſus de corpore ſudor
Augebat mare manando, campos'que natantis;
Et tanto magis illa foras elapſa volabant
Corpora multa vaporis, & aëris, alta'que cæli
Denſebant procul à terris fulgentia templa.
Sidebant campi, creſcebant montibus altis
Adſcenſus: neque enim poterant ſubſidere ſaxa,
Nec pariter tantumdem omnes ſuccumbere partes.

1 Ipſaque &

De ſolis & lunæ ortu.

2 Hunc putat eſſe νόθον Lamb. in q. vtraſque. auras. videtur vel circũſcribendus hic verſus, vel potius noſtra parenth. includendus.

3 Ita o.l.Lãb. bino

4 Vulg. manere tamen, c. ſ.e. q. moueant nos. malè. infra 164, 24.

5 Sic Turneb. & Lamb. egregiè. libri partem. apertam, congruit verbis, cogebant, condenſa, coiret.

Sic igitur terræ concreto corpore pondus
Conſtitit, atque omnis mundi quaſi limus in imum
Confluxit grauis, & ſubſedit funditus, vt fæx.

De mari, aëre, æthere.

Inde mare, inde aër, inde æther ignifer ipſe,
Corporibus liquidis ſunt omnia pura relicta,
Et leuiora aliis alia, & liquidiſſimus æther,
Atque leuiſſimus aëreas ſuper influit auras;
Nec liquidum corpus turbantibus aëris auris
Commiſcet; ſinit hæc violentis omnia verti
Turbinibus; ſinit incertis turbare procellis:
Ipſe ſuos ignis certo fert impete labens.
Nam modicè fluere, atque vno poſſe æthera niſu,
Significat [1] *Ponti mare, certo quod fluit æſtu,*
Vnum labendi conſeruans vſque tenorem.

1 v. l. Ponto. ſed lego Ponti. nam vt Ouid. lib. 7. Meta. Oceani mare dicit refluum; ita Ponti mare non eſſe refluum, ſed vnum ſeruare æſtus tenorem Strabo, Plin. & alij ſcribunt. quod & vult Lucret. miror quid Lamb. velit, qui reponit, tantum.

De motu Siderum.

Motibus aſtrorum nunc quæ ſit cauſſa canamus.
Principio magnus cæli ſi vertitur orbis:
Ex vtraque polum [2] *parti premere aëra nobis*
Dicendū eſt; [3] *extra q; claudere & claudere vtrimq;;*
Inde alium ſuprà fluere, atque intendere eodem,
Quò voluenda micant æterni ſidera mundi:
Aſt alium ſubter, contrà qui ſubuehat orbem:
Vt fluuios verſare rotas, atque hauſtra videmus.
Eſt etiam quoque, vti poſſit cælum omne manere
In ſtatione, tamen cùm lucida ſigna ferantur:
Siue quòd incluſi rapidi ſunt ætheris æſtus;
Quærentes'que viam circumuerſantur; & ignes
Paſſim per cæli voluunt ſe [4] *inania templa:*
Siue aliunde fluens alicunde extrinſecus aër
Verſat agens ignis: ſiue ipſi ſerpere poſſunt,
Quò cuius'que cibus vocat, atque inuitat euntis,
Flammea per cælum paſcentis corpora paſſim.
Nam quid in hoc mundo ſit eorum, ponere certum,
Diffi-

2 vulg. parte.
3 Ita Lamb. ex q. c. in v. ex vtraque.

4 ita vulg. & v. q. quod rectiſſ. puto. nam ad inane hic reſpicit, in quo omnia voluuntur, & mouentur. in q. tamē immania, quod non eſt malum.

Difficile eſt: ſed quid poſſit, fiat'que per omne
In variis mundis varia ratione creatis,
Id doceo; pluris'que ſequor diſponere cauſſas
Motibus aſtrorum; quæ poſſint eſſe per omne.
E quibus vna tamē ſit & hæc quoq; cauſſa neceſſe eſt,
Quæ [1] vegeat motum ſignis; ſed quæ ſit earum,
Præcipere, haudquaquā eſt pedetētim progredientis.
Terra'que vt in media mundi regione quieſcat,
Euaneſcere paullatim, & decreſcere pondus
Conuenit; atque aliam naturam ſubter habere
Ex ineunte æuo coniunctam, atque vniter aptam
Partibus aëriis mundi; quibus inſita viuit.
Propterea non eſt oneri; neque deprimit auras:
Vt ſua cuique homini nullo ſunt pondere membra;
Nec caput eſt oneri collo, nec denique totum
Corporis in pedibus pondus ſentimus ineſſe.
At quæcumque foris veniunt, impoſta'que nobis
Pondera ſunt, lædunt, permulto ſæpe minora:
Vſqueadeò magni refert, [2] quid quæ adiaceat res.
Sic igitur tellus non eſt aliena repentè
Adlata, atque auris aliunde obiecta alienis;
Sed pariter prima concepta ab origine mundi:
Certa'que pars eius, quaſi nobis membra videntur.
Præterea grandi tonitru concuſſa repentè
Terra, ſuprà quæ ſe ſunt, concutit omnia motu:
Quod facere haud vlla poſſet ratione, niſi eſſet
Partibus aëriis mundi, cælo'que reuincta.
Nam communibus inter ſe radicibus hærent
Ex ineunte æuo coniuncta, atque vniter apta.
Nónne vides etiam, quàm magno pondere nobis
Suſtineat corpus tenuiſſima vis animaï,
Propterea quia tam coniuncta, atque vniter apta eſt?

1 v. l. & vulg. vigeat motū ſignis. ego vegeat. vide indicem. poſſet etiā legi, Qua vigeat motus; ex q. v. & Marull.

Quomodo terra in medio quieſcat.

2 Ita ex v. l. ſcripſi vulg. quid quæque queat res. ἀπροσδιονύσως.

Denique iam ſaltu pernici tollere corpus
Quis potis eſt, niſi vis animæ, quæ mēbra gubernat?
Iam'ne vides, quantum tenuis natura valere
Poſſit, vbi eſt coniuncta graui cum corpore, vt aër
Coniunctus terris, & nobis eſt animi vis?

De ſolis magnitudine.

Nec nimio ſolis maior rota, nec minor ardor
Eſſe poteſt, noſtris quàm ſenſibus eſſe videtur:
Nam quibus e ſpatiis cumque ignes lumina poſſunt
Adicere, & calidum membris adflare vaporem,
[1]Illa ipſa interualla nihil de corpore [2]libant
Flammarum, nihil ad ſpeciem eſt contractior ignis.
Proinde calor quoniam ſolis, lumen'que profuſum
Perueniunt noſtros ad ſenſus, & loca tingunt;
Forma quoque hinc ſolis debet ſublime videri,
Nihil adeò vt poſſis plus, aut minus addere [3]verè,
Luna'que ſiue notho fertur loca lumine luſtrans,
Siue ſuam proprio iactat de corpore lucem,
Quidquid id eſt, nihilo fertur maiore figura,
Quàm, noſtris oculis quam cernimus eſſe videtur,
Nam priùs omnia quæ longè [4]remota tuemur
Aëra per multum, ſpecie confuſa videntur,
Quàm minimum filum. quapropter luna neceſſe eſt,
Quandoquidem claram ſpeciem, certam'que figuram
Præbet, vt eſt oris extremis cumque notata,
[5]Quanta hæc quaq; fuat, tanta hinc videatur in alto.
Poſtremò quoſcumque vides hinc ætheris ignis,
(Quandoquidē, quoſcumq; in terris cernimus ignis,
Dum tremor eſt clarus, dum cernitur ardor eorum,
Perparuum quiddam interdum mutare videtur
Alterutram in partem filum, [6]quò longiùs abſint,)
Scire licet, perquàm pauxillo poſſe minores
Eſſe, vel exigua maiores parte, breui'que.

1 Ita Lamb. ex v. l. vulg. nil ipſis ex interuallis. fort. non malè.
2 q. vulg. librant. Lamb. limāt. malè.
3 in q. v. veris
4 Ita v. l. vulg. ſemota. vide ind. Remota. & ſup. 126, 22.
5 vulg. Quāta quoque eſt, tanta hinc nobis vid. in. v. q. Quanta quoq; hæc fuat. nos hinc reſtituimus. Lamb. cumque. f. rectiſ.
6 Ita vulg. q. & v. quoq; lōgius abſit. al. cum. abſint.

Illud

Illud item non eſt mirandum, qua ratione
Tantulus ille queat tantum ſol mittere lumen,
Quod maria, ac terras omnis, cælum'que rigando
Compleat, & calido perfundat cuncta vapore.
Nam licet hinc mundi patefactum totius vnum
Largifluum fontem ſcatere, atque erumpere [1]*flumen*
Ex omni mundo, quò ſic elementa [2]*vaporis*
Vndique [3]*conueniant, & ſic* [4]*conlectus eorum*
Confluat, ex vno capite hic vt profluat ardor.
Nonne vides etiam quàm latè paruus aquaï
Prata riget fons interdum, campis'que redundet?
Eſt etiam quoque, vti non magno ſolis ab igni
Aëra percipiat calidis feruoribus ardor;
Opportunus ita eſt ſi forte, & idoneus aër,
Vt queat accendi paruis ardoribus ictus.
Quod genus interdum ſegetes, ſtipulam'que videmus
[5]*Accendere ex vna ſcintilla incendia paſſim.*
Forſitan & roſea ſol altè lampade lucens
Poſſideat multum cæcis feruoribus ignem
Circum ſe, nullo qui ſit fulgore notatus,
[6]*Aeſtiferum vt tantum radiorum* [7]*exaugeat ictum.*
Nec ratio ſolis ſimplex, [8]*nec certa pateſcit*
Quo pacto æſtiuis e partibus ægocerotis
Brumalis adeat flexus, atque inde reuortens
Canceris [9]*vt vertat metas ad ſolſtitialis:*
Luna'que menſibus id ſpatium videatur obire,
Annua ſol in quo conſumit tempora curſu:
Non, inquam, ſimplex his rebus reddita cauſſa eſt.
Nam fieri vel cumprimis id poſſe videtur,
Democriti quod ſancta viri ſententia ponit:
Quanto quæque magis ſint terram ſidera propter;
Tanto poſſe minus cum cæli turbine ferri.

De calore ſolis.

1 lumen. ſ. rectè.

2 ita v. noſtr. in al. vapores. vulg. vapora.

3 Ita v. noſtri rectiſſ. vulg. conueniunt: confluit.

4 Hæc veriſſ. ſcriptura. in libris tamen, coniect. vide indic. & ſup. 142. 28

5 Ita v. l. & vulg. niſi quod accedere q. & accendi. Florent. l. vulg. Accipere. quod Lãb. probat. ego v. c ſequor ex numeris manauit mendoſa varietas. Sic & ſup. 75. 20. accipere, Marull. ſuppoſuit.

6 Aeſtifer.

7 Ita & noſt. v. & Lamb. vulg. exandiat.

De ſolis curſu.

8 ac recta

9 Ita rectè o. l. ferè Lamb. vt metas vertat ſe ad

Democriti de ſole,

Euaneſcere enim rapidas illius, & acris
Imminui ſubter viris, ideóque relinqui
Paullatim ſolem cum poſterioribus ſignis,
Inferior [1] *multo quòd ſit, quàm feruida ſigna:*
Et magis hoc lunam, [2] *quanto demiſſior eius*
Curſus abeſt procul à cælo, terriśque propinquat;
Tanto poſſe minùs cum ſignis tendere curſum:
Flaccidiore etiam quanto iam turbine fertur
Inferior, quàm ſol, tanto magis omnia ſigna
Hanc adipiſcuntur, circùm, præteŕque feruntur.
Propterea fit, vt hæc ad ſignum quodque reuerti
Mobilius videatur, ad hanc quia ſigna reuiſunt.
Fit quoque, vt è mundi tranſuerſis partibus aër
Alternis certo fluere alter tempore poſſit,
Qui queat æſtiuis ſolem detrudere ſignis
Brumalis vſque ad flexus, gelidúmque rigorem:
Et qui reiiciat gelidis à frigoris vmbris,
Aeſtiferas vſque in partis, & feruida ſigna.
Et ratione pari lunam, ſtellaśque putandum eſt,
Quæ voluunt magnos in magnis orbibus annos,
Aëribus poſſe alternis à partibus ire.
Nónne vides etiam diuerſis nubila ventis
Diuerſas ire in partis, inferna ſupernis?
Quî minus illa queant per magnos ætheris orbis:
Aeſtibus inter ſe diuerſis ſidera ferri?
At nox obruit ingenti caligine terras;
Aut vbi de longo curſu ſol extima cæli
Impulit, atque ſuos efflauit languidus ignis
Concuſſos itere, & labefactos aëre multo:
Aut quia ſub terras curſum conuertere cogit
Vis eadem, ſupera quæ terras pertulit orbem.
Tempore item certo roſeam Matuta per oras

Ætheris

1 Ita l. v. noſtri. vulg. multùm.
2 In q. vulg. quãto &. Lamb. & quãto.

De lunæ curſu.

De diei & noctis cauſſis.

Ætheris auroram defert, & lumina pandit:
Aut quia ſol idem ſub terras ille reuertens
Anticipat cælum radiis accendere tentans:
Aut quia conueniunt ignes, & ſemina multa
Confluere ardoris conſuerunt tempore certo,
Quæ faciunt ſolis noua ſemper lumina gigni.
[1]*Quod genus Idæis fama eſt e montibus altis* De Ida.
Diſperſos ignis orienti lumine cerni 1 Diod. lib. 15.
Inde coire globum quaſi in vnum, & cõficere orbem.
Nec tamen illud in his rebus mirabile debet
Eſſe, quòd hæc ignis tam certo tempore poſſint
Semina confluere, & ſolis reparare nitorem:
Multa videmus enim, certo quæ tempore fiunt
Omnibus in rebus. floreſcunt tempore certo
Arbuſta, & certo [2]*demittunt tempore florem.* 2 Ita ex q. v. malui cum Marullo. in al. di.
Nec minus in certo dentes cadere imperat ætas
Tempore, & impubem molli pubeſcere veſte,
Et pariter mollem malis demittere barbam.
Fulmina poſtremò, nix, imbres, nubila, venti,
[3]*Non nimis incertis fiunt in partibus anni.* 3 Ita v. q. manu formisq́. deſcripti. in al. Non minus in certis.
Namque vbi ſic [4]*fuerunt cauſſarum exordia prima,* 4 In v. q. fuerant. verſ. ſeq. ὀβελίζει Lamb.
Atque vti res mundi cecidêre ab origine prima,
Conſequa natura eſt iam rerum ex ordine certo.
Creſcere itemque dies licet, & tabeſcere noctes: De die lõgo & nocte breui.
Et minui luces, [5]*cùm noctes augmina ſumant,* 5 Ita v. q. elegantior εὐφωνίᾳ quam vulg. cùm ſumant aug. noctis.
Aut quia ſol idem ſub terras, atque ſupernè,
Imparibus currens amfractibus ætheris oras
Partit; & in partis non æquas diuidit orbem:
Et quod ab alterutra detraxit parte, reponit
Eius in aduerſa tanto plus parte relatus:
[6]*Donicum ad id ſignum cæli peruênit, vbi anni* 6 Ita Lamb. in al. Donec
Nodus nocturnas exæquat lucibus vmbras.

Nam medio curſu flatus aquilonis, & auſtri,

[1] Cælum eſt recti ſitus; flatus, patrij.

Diſtinet æquato [1]cælum diſcrimine metas,
Propter ſigniferi poſituram totius orbis,
Annua ſol in quo contundit tempora ſerpens,
Obliquo terras, & cælum lumine luſtrans:
Vt ratio declarat eorum, qui loca cæli
Omnia diſpoſitis ſignis ornata notarunt:
Aut, quia craſſior eſt certis in partibus aër,
Sub terris ideò tremulum iubar heſitat ignis;
Nec penetrare poteſt facilè, atque emergere ad ortus.
Propterea noctes hiberno tempore longæ
Ceſſant, dum veniat radiatum inſigne diei:
Aut etiam, quia ſic alternis partibus anni
Tardiùs & citiùs conſuerunt confluere ignes,
[2]Qui faciant ſolem certa de ſurgere parte.

[2] Verſum prox. Propterea fit vti videatur dicere verũ; quia in q. vulg. non erat, & in vet. partim hic, partim paullo ante poſt illum, Omnia diſp. eſt. poſitus: & quia ineptè videtur inculcatus; (mox enim ſequitur) & ſententiam vitiat: propterea inquam non admiſi.

Luna poteſt ſolis radijs percuſſa nitere,
In'que dies maius lumen conuertere nobis
Ad ſpeciem, quantum ſolis ſecedit ab orbe;
[3]Donicum eum contra pleno bene lumine fulſit;
Atque oriens, obitus eius ſupercedita vidit.
Inde minutatim retrò quaſi condere lumen
[4]Debet item, quanto propiùs iam ſolis ad ignem
Labitur ex alia ſignorum parte per orbem:

De lunæ vario lumine.

Vt faciunt, lunam qui fingunt eſſe pilaï
Conſimilem, curſus'que viam ſub ſole tenere:
Propterea fit, vti videantur dicere verum.
Eſt etiam quoque vti proprio cum lumine poſſit
Voluier, & varias ſplendoris reddere formas:
Corpus [5]enim licet eſſe aliud, quod fertur, & vnà
Labitur omnimodis occurſans, officiens'que,
Nec potis eſt cerni, quia caſſum lumine fertur.
Verſari'que poteſt, globus vt, ſi forte, pilaï

[3] Ita v. lib. noſt. vulg. Donec.

[4] Pius ait in v. l. eſſe, Debeat, it, quanto

[5] In noſtr. v. item. malè, niſi fallor.

Dimi-

Dimidia ex parti candenti lumine tinctus,
Verſandóque globum variantis edere formas.
Denique eam partem, quæcumque eſt ignibus aucta,
Ad ſpeciem vertit nobis, oculoſque patentis,
Inde minutatim retrò contorquet, & aufert
Luciferam partem glomeraminis, atque pilaï:
Vt Babylonica [1] Chaldæûm doctrina refutans
Aſtrologorum artem contrà conuincere tendit:
Proinde quaſi fieri nequeat, quod pugnat vterque;
Aut minus hoc illo ſit cur amplectier auſis.
Denique, cur nequeat ſemper noua luna creari
Ordine formarum certo, certiſque figuris;
Inque dies priuos [2] aboriri quæque creata,
Atque alia illius reparari in parte, locóque,
Difficile eſt ratione docere, & vincere verbis;
Ordine cùm videas tam certo multa creari.
It Ver, & Venus, & Veneris prænuntius antè
Pennatus graditur Zephyrus veſtigia propter:
Flora quibus mater præſpergens antè viaï
Cuncta coloribus egregiis, & odoribus opplet.
Inde loci ſequitur Calor aridus, & comes vnà
Puluerulenta Ceres, & Eteſia flabra Aquilonum:
Inde Auctumnus adit; graditur ſimul Euius Euan:
Inde aliæ tempeſtates, ventique ſequuntur,
Altitonans Volturnus, & Auſter fumine pollens.
Tandem Bruma niues adfert, pigrumque rigorem
Reddit; Hiems ſequitur, crepitãs [3] ac dentibus Algor.
Quo minus eſt mirum, ſi certo tempore luna
Gignitur, & certo deletur tempore rurſus;
Cùm fieri poſſint tam certo tempore multa.
Solis item quoque defectus, lunæque latebras,
Pluribus e cauſſis fieri tibi poſſe putandum eſt.

Nam

[1] Hoc rectius ex v.q. puto. quàm quod in al. Chaldæam.

[2] v.l. ſcripti manu & formis, aboriſci, & aboriſciq; .hinc Marul aboleſci. alij aboriri. Lamb. aboleſcere.

Argumentũ ab anni temporibus.

[3] Hæc eſt veriſſ. ſcriptura ex. v.l. eruta. vulg. accentibus alg.

De ſolis & lunæ defectione.

Nam cur luna queat terram ſecludere ſolis
Lumine, & à terris altum caput obſtruere eij,
Obiciens cæcum radiis ardentibus orbem;
Tempore eodem aliud facere id non poſſe putetur
Corpus, quod caſſum labatur lumine ſemper?
Sol'que ſuos etiam dimittere languidus ignis
Tempore cur certo nequeat, recreare'que lumen,
Cùm loca præteriit flammis infeſta per auras,
Quæ faciunt ignis interſtingui, atque perire?
Et cur terra queat lunam ſpoliare viciſſim
Lumine, & oppreſſum ſolem [1] ſuper ipſa tenere,
Menſtrua dum rigidas coni perlabitur vmbras;
Tempore eodem aliud nequeat ſuccurrere lunæ
Corpus; vel ſupera ſolis perlabier orbem,
Quod radios interrumpat, lumen'que profuſum?
Et tamen ipſa ſuo ſi fulgit luna nitore,
Cur nequeat certa mundi langueſcere parte;
Dum loca luminibus propriis inimica [2] peragrat?
Quod ſupereſt, quoniam magni per cærula mundi
Qua fieri quidquid poſſet ratione, reſolui:
Solis uti varios curſus, lunæ'que meatus
Noſcere poſſemus, quæ vis, & cauſſa cieret;
Quo'ue modo ſoleant [3] offecto lumine obire,
Et neque opinantis tenebris obducere terras,
Cùm quaſi conniuent; & aperto lumine rurſum
Omnia conuiſunt clara loca candida luce:
Nunc redeo ad mundi nouitatem, & mollia terræ
Arua, nouo fetu quid primum in luminis oras
Tollere, & incertis [4] tentarit credere ventis.
Principio genus herbarum, viridem'que nitorem
Terra dedit circum collis, campos'que per omnis
Florida fulſerunt viridanti prata colore.

Arbori-

[1] hæc veriſſ. ſcriptura in v. l. vide ind. Super. f. etiam, ſupera. quod reſpõdeat oppreſſo & inferiori ſoli. vide Super, in indice.

[2] Ita in v. l. noſtr. in al. & vulg. per exit? verſ. ſeq. quia à v. aberat, & ineptè hic inculcatus erat, ſuſtuli.

Elegans ἀνακεφαλαίωσις.

[3] Hæc perſpicuè vera ſcriptura ex v. l.

Redit ad mũdi initiũ, & quæ prima ſint nata.

[4] Mira Lamb. ὑποχασίς in v. l. tendant committere. &, credunt committere. vulg. tendant com.

De herbis.

Arboribuſque datum eſt variis exinde per auras
Creſcendi magnum immiſſis certamen habenis.
Vt pluma, atque pili primùm, ſetæque creantur
Quadrupedũ in membris, & corpore pennipotentũ:
Sic noua tum tellus herbas, virgultaque primùm
Suſtulit: inde loci mortalia ſæcla creauit De animantibus.
Multa modis multis varia ratione coorta.
Nam neque de cælo cecidiſſe animalia poſſunt;
Nec terreſtria de ſalſis exiſſe lacunis.
Linquitur, vt meritò maternum nomen adepta
Terra ſit, è terra quoniam ſunt cuncta creata.
Multaque nunc etiam exſiſtunt animalia terris,
Imbribus, & calido ſolis concreta vapore.
Quo minus eſt mirum, ſi tum ſunt plura coorta,
Et maiora, noua tellure, atque æthere adulta.
Principio genus alituum, variæque volucres
Oua relinquebant excluſa tempore verno:
[1]*Folliculos vt nunc teretes æſtate cicadæ* Supr. 108. 24.
Linquunt, ſponte ſua victum, vitamque petentes.
[2]*Tum tibi terra dedit primùm mortalia ſæcla:* 2 In q. Tunc ibi
Multus enim calor, atque humor ſuperabat in aruis:
[3]*Hinc vbi quæque loci regio opportuna dabatur,* 3 Ita in v. l. noſtr. in al. hecce. in al. ecce, vt & vulg.
Creſcebant vteri terræ radicibus apti:
Quos vbi tempore maturo patefecerat ætas
Infantum; [4]*fugiens humorem, aurasque* [5]*petiſſens;* 4 Sic o. l. Lamb. tamen ſugens. perperã. loquitur de humore, de quo, 4. ab hinc verſu, ibi, Multus &c. 5 Ita noſtr. lib. rectiſſ.
Conuertebat ibi natura foramina terræ,
Et ſuccum venis cogebat fundere apertis
Conſimilem lactis; ſicut nunc femina quæque
Cùm peperit, dulci repletur lacte; quòd omnis
Impetus in mammas conuertitur ille alimenti.
Terra cibum pueris, veſtem vapor, herba cubile
Præbebat, multa & molli lanugine abundans.

At nouitas mundi nec frigora dura ciebat,
Nec nimios æſtus, nec magnis viribus auras.
Omnia enim pariter creſcunt, & robora ſumunt.
Quare etiam atque etiam maternum nomen adepta
Terra tenet meritò: quoniam genus ipſa creauit
Humanum; atque animal propè certo tempore fudit
Omne, quod in magnis bacchatur montibus paſſim;
Aëriasque ſimul volucres variantibus formis.
Sed quia finem aliquam pariendi debet habere,
1 Ita ſup. 17. 7. *Deſtitit,*[1] *vt mulier ſpatio defeſſa vetuſto.*
Mutat enim mundi naturam totius ætas,
Ex alióque alius ſtatus excipere omnia debet,
2 Dulcius & elegantius eſſet, migrat. *Nec manet vlla ſui ſimilis res: omnia*[2] *migrant,*
Omnia commutat natura, & vertere cogit.
Namque aliud putreſcit, & æuo debile languet:
Porrò aliud concreſcit, & e contemptibus exit.
Sic igitur mundi naturam totius ætas
Mutat, & ex alio terram ſtatus excipit alter.
Quod potuit, nequeat; poſſit quod non tulit ante.
De mõſtris. *Multáque tum tellus etiam portenta creare*
Conata eſt, mira facie, membriſque coorta.
3 ego cum Lamb. hunc puto vſ̃. v. ita tamen in v. q. legitur. in al. lib. aliter. [3] *Androgynũ inter vtras, nec vtraq; vtrimq; remotũ.*
Orba pedum partim, manuum viduata viciſſim:
4 q. l. Muta [4] *Multa ſine ore etiam, ſine voltu cæca reperta,*
Vinctáque membrorum per totum corpus adheſu;
Nec facere vt poſſent quidquam, nec cedere quoquã,
5 Egregiè Lamb. vulg. volet. in v. q. fouet. f. fuat. *Nec vitare malum, nec ſumere, quod* [5] *foret vſus,*
Cetera de genere hoc monſtra, ac portenta creabat;
6 Ita ex v. l. reſtitui ſup. 141. 9. vulg. abſ errait. *Nequiquam, quoniam natura* [6] *abſterguit auctum,*
Nec potuêre cupitum ætatis tangere florem,
Nec reperire cibum, nec iungi per Veneris res.
Multa videmus enim rebus concurrere debere,

Vt

Vt propagando poſſint procudere ſæcla:
Pabula primùm vt ſint; genitalia deinde per artus
Semina [1] *quà poſſint membris manare remiſſis:* [1] In al. quæ
Feminá que vt maribus coniungi poſſit, [2] *habendum* [2] In q. vulg. habere. & mox, vtrorq.
Mutua queis nectant inter ſe gaudia, vtris'que.
Multá que tum interiiſſe animātum ſæcla neceſſe eſt,
Nec potuiſſe propagando procudere prolem.
Nam quæcumque vides veſci vitalibus auris,
Aut dolus, aut virtus, aut denique mobilitas eſt
Ex ineunte æuo genus id tutata reſeruans.
Multá que ſunt, nobis ex vtilitate ſua quæ
Commendata manent tutelæ tradita noſtræ.
Principio [3] *genus acre leonum, ſæuá que ſæcla* [3] Sup. 96, 14.
Tutata eſt virtus, vulpes dolus, & fuga ceruos.
[4] *At leuiſomna canum fido cum pectore corda,* [4] In al. Et. malè.
Et genus omne, quod eſt veterino ſemine partum,
Lanigeræ que ſimul pecudes, & bucera ſæcla,
Omnia ſunt hominum tutelæ tradita, Memmi.
Nam cupidè fugêre feras, pacem' que ſecutæ
Sunt, & larga ſuo ſine pabula parta labore;
Quæ damus vtilitatis eorum præmia cauſſa.
At queis nihil horum tribuit natura, nec ipſa
Sponte ſua poſſent vt viuere, nec dare nobis
Vtilitatem aliquam, quare pateremur eorum
Præſidio noſtro paſci genus, eſſé que tutum:
Scilicet hæc aliis prædæ, lucró que iacebant,
Endopedita ſuis fatalibus omnia vinclis; [5] Ita Lamb. vulg. Donec.
[5] *Donicum ad interitum genus id natura redegit.*

De centauris

Sed neque Centauri fuerunt, nec tempore in vllo
Eſſe [6] *queat duplici natura, & corpore bino* [6] In q. l. queunt. malè.
Ex alienigenis membris compacta poteſtas,
Hinc illinc [7] *par vis, vt non ſit pars, eſſe potis ſit.* [7] Locus difficilis. ita v. q. in al. v. par. in vulg. q. paribus vt. in al. non par eſſe. ego v. ſcripturam adfero, & probo. In vis, elid. s.

Id

Id licet hinc quamuis hebeti cognoſcere corde.
Principio circum tribus actis impiger annis
1 Ita q. vulg. rectà al. nunc. *Floret equus, puer haudquaquã. quin ſæpe etiã* [1] *tunc*
Vbera mammarum in ſomnis lactantia quærit.
Pòſt vbi equum validæ vires ætate ſenecta,
Membráque deficiunt fugienti languida vita:
2 hoc rectius ex v. etiam lib. noſtr. quàm in al. puerili. *Tum demum* [2] *pueris æuo florente, iuuentas*
Occipit, & molli veſtit lanugine malas:
Ne forte ex homine, & veterino ſemine equorum
Confieri credas Centauros poſſe, neque eſſe:
Aut rapidis canibus ſuccinctas ſemimarinis
De Scylla. *Corporibus Scyllas, & cętera de genere horum;*
Inter ſe quorum diſcordia membra videmus:
Quæ neque floreſcunt pariter, nec robora ſumunt,
Corporibus, neque proficiunt ætate ſenecta;
Nec ſimili Venere ardeſcunt, nec moribus vnis
Conueniunt, neque ſunt eadem iucunda per artus.
Quippe videre licet, pingueſcere ſæpe cicuta
Barbigeras pecudes, homini quæ eſt acre venenum.
3 q. l. Ignea flamma quidem [3] *Flamma quidem verò cùm corpora fulua leonum*
Tam ſoleat torrere, atque vrere, quàm genus omne
De Chimæra. *Viſceris in terris quodcumque & ſanguinis exſtet:*
Qui fieri potuit, triplici cum corpore vt vna
Prima leo, poſtrema draco, media ipſa Chimæra
4 flaret, in al. lib. *Ore foras acrem* [4] *efflaret de corpore flammam?*
Quare etiam tellure noua, cælóque recenti
Talia qui fingit potuiſſe animalia gigni,
Nixus in hoc vno nouitatis nomine inani;
Multa licet ſimili ratione effutiat ore:
Aurea tum dicat per terras flumina volgò
Fluxiſſe, & gemmis florere arbuſta ſueſſe:
Aut hominem tanto membrorum eſſe impete natum,

Trans

Trans maria alta pedum niſus vt ponere poſſet;
Et manibus totum circum ſe vertere cælum.
Nam quòd multa fuere in terris ſemina rerum,
Tempore quo primùm tellus animalia fudit:
Nihil tamen eſt ſigni, mixtas potuiſſe creari
Inter ſe pecudes, compactáque membra animantum;
Propterea, quia quæ de terris nunc quoque abundant
Herbarum genera, ac fruges, arbuſtáque læta;
Non tamen inter ſe poſſunt complexa creari.
[1] Res ſic quæque ſuo ritu procedit; & omnes
Fœdere naturæ certo diſcrimina ſeruant.
Et genus humanum multo fuit illud in aruis
Durius, vt decuit, tellus quod dura creaſſet:
Et maioribus, & ſolidis magis oſſibus intus
Fundatum, & validis aptum per viſcera neruis:
Nec facilè ex æſtu, nec frigore quod caperetur;
Nec nouitate cibi, nec labi corporis vlla.
Multáque per cælum ſolis voluentia luſtra
Volgiuago vitam tractabant more ferarum.
Nec robuſtus erat curui moderator aratri
Quiſquam; nec ſcibat ferro [2] molirier arua;
Nec noua defodere in terram virgulta; neque altis
Arboribus veteres decidere falcibus ramos.
Quod ſol, atque imbres dederant, quod terra crearat
Sponte ſua; ſatis id [3] placabat pectora donum.
Glandiferas inter curabant corpora quercus
Plerumque: & quæ nunc hiberno tempore cernis
Arbuta [4] pœniceo fieri matura colore;
Plurima tum tellus etiam maiora ferebat.
Multáque præterea nouitas tum florida mundi
Pabula [5] dia tulit, miſeris mortalibus ampla.
[6] At ſedare ſitim fluuij, fontesque vocabant:

N Vt

1 Ita Lamb. acutè. cùm in o. l. eſſet, Sed. f. etiam ſic: Sed ſic quicque. omnia. hoc placuit Marullo & Florent.

De primis hominibus.

2 In q. mollirier. malè.

3 In Macr. placarat

4 Ita v. l.

5 Ita v. noſt. re&iſſ. in al. dura. Lamb. diua. mendoſe. diua ita nõ vtimur.
6 In Macrob. Ad

Vt nunc montibus e magnis decurſus aquaï
[1]Clarè citat ad ſe ſitientia ſæcla ferarum.
Denique noctiuagi ſiluestria templa tenebant
Nympharum, quibus exibant humore fluenta
Lubrica, proluuie larga lauere humida ſaxa;
Humida ſaxa ſuper viridi ſtillantia muſco;
Et partim plano ſcatere, atque erumpere campo.
Nec dum res igni ſcibant tractare, neque vti
Pellibus, & ſpoliis corpus veſtire ferarum:
Sed nemora, atque cauos montis, ſiluas'que colebant,
Et frutices inter condebant ſqualida membra,
Verbera ventorum vitare, imbres'que coacti.
Nec commune bonum poterant ſpectare, neque vllis
Moribus inter ſe ſcibant, nec legibus vti.
Quod cuique obtulerat prædæ fortuna, ferebat,
Sponte ſua, ſibi quiſque valere, & viuere doctus.
Et Venus in ſiluis iungebat corpora amantum.
Conciliabat enim vel mutua quamque cupido;
Vel violenta viri vis, atque impenſa libido;
Vel pretium glandes, atque arbuta, vel pira lecta.
Et manuum mira freti virtute, pedum'que,
Conſectabantur ſilueſtria ſæcla ferarum
Miſſilibus ſaxis, & magno pondere clauæ:
Multa'que vincebant, vitabant pauca latebris:
Setigeris'que pares ſuibus ſilueſtria membra
Nudabant terræ nocturno tempore capti,
Circum ſe foliis ac [2]frundibus inuoluentes:
Nec plangore diem magno, ſolem'que per agros
Quærebant pauidi, palantes noctis in vmbris;
Sed taciti reſpectabant, ſomno'que ſepulti,
Dum roſea face ſol inferret lumina cælo:
A paruis quòd enim conſuerant cernere ſemper
Alterno

[1] Ita ex v.l. qui habebant vel, Claricitatiate & ; vel, Claritati à te, vel, Clariecitare. vulg. Clarior accitat ἀμύσως. nam cito priorem habet breuem ſemper. exci-re, & tamen excito dicitur. Ceterum, claricitat ad ſe. f. rectius. ſed verbū illud nuſquā legi.

[2] Ita v. l.

Alterno tenebras, & lucem tempore gigni,
Non erat, vt fieri poſſet, mirarier vmquam;
Nec diffidere, ne terras æterna teneret
Nox in perpetuum, detracto lumine ſolis:
Sed magis illud erat curæ, quòd ſæcla ferarum
Infeſtam miſeris faciebant ſæpe quietem;
Eiecti'que domo fugiebant ſaxea tecta
Spumigeri ſuis aduentu, validi'que leonis:
Atque intempeſta cedebant nocte pauentes
Hoſpitibus ſæuis inſtrata cubilia fronde.
Nec nimio tum plus, quàm nunc, mortalia ſæcla
Dulcia linquebant [1] labentis lumina vitæ.
Vnus enim tum quiſque magis deprenſus eorum
Pabula viua feris præbebat, dentibus hauſtus:
Et nemora ac montis gemitu, ſiluas'que replebat,
Viua videns viuo ſepeliri viſcera buſto.
At, quos effugium ſeruarat; corpore adeſo
Poſteriùs tremulas ſuper vlcera tetra tenentes
Palmas, horriferis accibant vocibus Orcum:
[2] Donicum eos vita priuarant vermina ſæua
Expertis opis, ignaros quid volnera vellent.
At non multa virûm ſub ſignis millia ducta
Vna dies dabat exitio; nec turbida ponti
Aequora lædebant nauis ad ſaxa, viros'que:
Sed temerè, in caſſum mare [3] fluctibus ſæpe coortis
Sæuibat, leuiter'que minas [4] miſcebat inanis.
Nec poterat quemquam placidi pellacia ponti
Subdola pellicere in fraudem ridentibus vndis.
Improba nauigij ratio tum cæca iacebat.
Tum penuria deinde cibi, languentia leto
Membra dabat; contrà nunc rerum copia merſat:
Illi imprudentes ipſi ſibi ſæpe venenum

1 Hoc ex coniectura repoſui, cùm in lib. ſit. lamentis. Flagitat illud phraſis & ſententia. nam vult tantùm poëta, tum etiã mori homines, ſolitum. de modo ἀπορ:σθορύσωσ. ita etiam apud Liuium lib. 4. comminatique inter ſe. &c. leg. puto, combinatique. ita olim ex glubo. gluma. Feſt.

2 Ita v. noſtr. q. vulg. Denique. Marul. Donec. malè.

3 In q. vulg. fruſtra ſæpe coortum.

4 al. poucbat.

Vergebant; nunc dant aliis ſollertius ipſi.
Inde caſas poſtquàm, ac pellis, ignem'que pararunt;
Et mulier coniuncta viro conceſſit in vnum;
Caſta'que priuata Veneris connubia læta
Cognita ſunt, prolem'que ex ſe videre creatam:
Tum genus humanum primùm molleſcere cœpit.
Ignis enim curauit, vt [1] *alſia corpora frigus*
Non ita iam poſſent cæli ſub tegmine ferre:
Et Venus imminuit vires; pueri'que parentum
Blanditiis facilè ingenium fregere ſuperbum.
Tunc & amicitiem cœperunt iungere [2] *habentes*
Finitima inter ſe, nec lædere, nec violare:
Et pueros commendarunt, muliebre'que ſæclum;
Vocibus, & geſtu cùm balbè ſignificarent,
Imbecillorum eſſe æquum miſererier [3] *omnis.*
Non tamen omnimodis poterat concordia gigni:
Sed bona, magna'que pars ſeruabant fœdera caſti.
[4] *Aut genus humanũ iam tũ foret omne peremptum;*
Nec potuiſſet [5] *adhuc perducere ſæcla propago.*
At varios linguæ ſonitus natura ſubegit
Mittere; & vtilitas expreſſit nomina rerum;
Non alia longè ratione, atque ipſa videtur
Protrahere ad geſtum pueros infantia linguæ,
Cùm facit, vt digito, quæ ſint præſentia, monſtrent.
Sentit enim vim quiſque ſuam, [6] *quam poſſit abuti.*
Cornua nata prius vitulo quàm frontibus exſtent,
Illis iratus petit, atque infenſus inurget.
At catuli pantherarum, ſcymni'que leonum
Vnguibus, ac pedibus iam tum, morſu'que repugnant,
Vix [7] *etiam cùm ſunt dentes, vngues'que creati.*
Alituum porrò genus alis omne videmus
Fidere; & a pennis tremulum petere auxiliatum.

Proinde

1 Hæc veriſſ. ſcriptura ex v. l. in q. vulg. algida.

2 In q. auentes. quod. & Marullus volebat. & legebat, Finitimu: & Pius.

3 In v. omni. Marull. omnis, quod probo. in vulg. omnũ, etiam nõ malè.

5 In v. q. & impreſſ. At.

6 f. ad hæc.

De origine ſermonis.

6 Rectè Lamb ex v. q. & ita in noſtr. v. in al. quod.

7 Ita vulg. Florent. & Marull. in v. vix la cùm ſunt. in al. vix cùm ſunt. in vulg. vix dum cùm ipſis ſunt. & Lamb.

Proinde putare aliquem tum nomina diſtribuiſſe In Platonē.
Rebus;& inde homines didiciſſe vocabula prima;
Deſipere eſt. nam cur hic poſſet cuncta notare
Vocibus,& varios ſonitus emittere linguæ;
Tempore eodem alij facere id non quiſſe putentur?
Præterea, ſi non alij quoque vocibus vſi
Inter ſe [1] *fuerant; vnde inſita notities eſt*
Vtilitatis? & vnde data eſt huic prima poteſtas,
Quid vellet,facere,vt ſcirent,animó'que viderent?
Cogere item pluris vnus,victos'que domare
Non poterat, rerum vt perdiſcere nomina vellent;
Nec ratione docere vlla,ſuadere'que ſurdis,
Quid ſit opus facto. faciles neque enim paterentur;
Nec ratione vlla ſibi ferrent amplius auris
Vocis inauditos ſonitus obtundere fruſtrà.
Poſtremò quid in hac mirabile tantopere eſt re,
Si genus humanum,cui vox,& lingua vigeret,
Pro vario ſenſu varias res voce notaret,
Cùm pecudes mutæ,cùm denique ſæcla ferarum
Diſſimilis ſoleant voces, variaſ'que ciere,
Cùm metus, aut dolor eſt, & cùm iã gaudia gliſcunt?
Quippe etenim id licet [2] *è rebus cognoſcere apertis.*
Irritata canum cùm primùm magna Moloſſûm
Mollia ricta [3] *premunt duros nudantia dentes;*
Longè alio ſonitu rabie diſtricta minantur:
Et cùm iam latrant, & vocibus omnia complent.
[4] *At catulos blandè cum lingua lambere tentant,*
Aut vbi eos [5] *lactant pedibus,morſu'que petentes*
Suſpenſis teneros imitantur dentibus hauſtus;
Longè alio pacto gannitu vocis adulant:
Et cùm deſerti baubantur in ædibus, aut cùm
Plorantes fugiunt ſummiſſo corpore plagas

1 fuerent.

2 In q. c. etenim licet id rebus

3 Ita l. v. & vulg. in q. vulg. fremunt. in Nonio, tremunt. libros ego ſequor. in q. v. minatur.

4 Ita v. l. ferè. vulg. Aut & prox. verſ. Aſt.

5 Id eſt, trahunt. atque ita o. l. malè (opinor) Lamb. iactant.

Denique non hinnitus item differre videtur,
Inter equas vbi equus florenti ætate iuuencus
Pinnigeri [1] ſæuit calcaribus ictus amoris:
Et fremitum patulis ſub naribus edit ad arma?
Et cùm [2] ſis aliàs concuſſis artibus hinnit?
Poſtremò genus alituum, variæque volucres,
Accipitres, atque oſſifragæ, mergique marinis
Fluctibus in ſalſis victum, vitamque petentes,
Longè alias alio iaciunt in tempore voces;
Et cùm de victu certant, prædaque repugnant;
Et partim mutant cum tempeſtatibus vnà
Rauciſonos cantus: cornicum vt ſæcla vetuſta,
Coruorumque greges, vbi aquā dicuntur, & imbris
Poſcere, & interdum ventos, auraſque vocare.
Ergo ſi varij ſenſus animalia cogunt,
Muta tamen cùm ſint, varias emittere voces:
Quanto mortalis magis æquum eſt tum potuiſſe
Diſſimilis alia, atque alia res voce notare?

Ignis vnde in terras delatus ſit.

Illud in his rebus tacitus ne forte requiras;
Fulmen detulit in terras mortalibus ignem
Primitus: inde omnis flammarum [3] diditus ardor.
Multa videmus enim cæleſtibus incita flammis
Fulgere, cùm cæli donauit plaga vapores.
Et ramoſa tamen cùm ventis pulſa vacillans
Aeſtuat in ramos incumbens arboris arbor,
Exprimitur validis extritus viribus ignis:
[4] Emicat interdum flammaï feruidus ardor,
Mutua dum inter ſe rami, ſtirpeſque teruntur.
Quorum vtrumque dediſſe poteſt mortalibus ignem.
Inde cibum coquere, ac flammæ mollire vapore,
Sol docuit, quoniam miteſcere multa videbant
Verberibus radiorum, atque æſtu victa per agros:

1 In v.q. ſæuit

2 Ita rectè Lamb. cùm in o.l. eſſet, ſic. vt & ſup. 165.23.

3 Ita ex v. l. reſtitui. in al. diditur: nõ tam rectè.

4 Hoc in v. q. extat. in al. Et micat.

In'que dies magis hi victum, vitam'que priorem
Commutare nouis monſtrabant rebus, & igni,
Ingenio qui præſtabant, & corde vigebant.
Condere cœperunt [1] tum vrbis, arcem'que locare
Præſidium reges ipſi ſibi, perfugium'que:
Et pecudes, & agros diuiſere, atque dedere
Pro facie cuiuſque, & viribus, ingenio'que.
Nam facies multùm valuit, vires'que vigebant.
Poſteriùs res inuenta eſt, aurum'que repertum:
Quod facilè & validis, & pulcris dempſit honorem.
Diuitioris enim ſectam plerumque ſequuntur
Quamlibet & fortes, & pulcro corpore creti.
Quòd ſi quis vera vitam ratione gubernet;
Diuitiæ grandes homini ſunt, viuere parcè
Aequo animo: neq; enim eſt vmquàm penuria parui.
At claros ſe homines voluêre eſſe, atque potentes,
Vt fundamento ſtabili fortuna maneret;
Et placidam poſſent opulenti [2] degere vitam;
Nequiquam; quoniam ad ſummum ſuccedere honorẽ
Certantes, iter infeſtum fecere viai.
Et tamen e ſummo quaſi fulmen deicit ictos
Inuidia interdum [3] contemptim in tartara tetra:
Vt ſatiùs multo iam ſit parêre quietum,
Quàm regere imperio res velle, & regna tenere.
Proinde [4] ſine in caſſum defeſſi ſanguine ſudent
Anguſtum per iter luctantes ambitionis:
Inuidia quoniam, ceu fulmine, ſumma vaporant
Plerumque, & quæ ſunt [5] aliis magis edita cumque:
Quandoquidem ſapiunt alieno ex ore; petunt'que
Res ex auditis potius, quàm ſenſibus ipſis.
Nec magis id nunc eſt, neq; erit mox, quàm fuit antè,
Ergo regibus occiſis, ſubuerſa iacebat

De regũ, magiſtratuum, legumque ordine.

1 Hoc ex v. l. interieci. ab al. q. abeſt,

2 ducere

3 In q. v. contemptus. in al. contemptum. f. cõtemptos. vt ſup. elidatur.

4 In q. v. fidei. in al. ſi de.

5 Ita in v. noſtr. & Lamb. vulg. altis.

Priſtina maieſtas ſoliorum, & ſceptra ſuperba;
Et capitis ſummi præclarum inſigne cruentum
Sub pedibus volgi magnum lugebat honorem.
Nam cupidè conculcatur nimis antè metutum.
Res itaque ad ſummam fæcem, turbaſ que redibat,
Imperium ſibi cùm, ac ſummatum quiſque petebat.
Inde magiſtratum partim docuêre creare:
Iuráque conſtituêre, vt vellent legibus vti.
Nam genus humanum defeſſum vi colere æuum,
Ex inimicitiis languebat. quo magis ipſum
Sponte ſua cécidit ſub leges, artáque [1]iura.
Acrius ex ira quòd enim ſe quiſque parabat
Vlciſci, quàm nunc conceſſum eſt legibus æquis;
Hanc ob rem eſt homines perteſum vi colere æuum:
[2]Vnde metus maculat pœnarum præmia vitæ.
Circumretit enim vis, atque iniuria quemque:
Atque vnde exorta eſt, ad eum plerumque reuertit:
Nec facilè eſt placidam, ac pacatam degere vitam,
Qui violat factis communia fœdera pacis:
Et ſi fallit enim diuûm genus, humanumque;
Perpetuò tamen id fore clàm diffidere debet.
Quippe vbi ſe multi per ſomnia ſæpe loquentes,
Aut morbo delirantes [3]prograxe ferantur;
Et cælata diu in medium peccata dediſſe.
Nunc quæ cauſſa deûm per magnas numina gentis
Peruolgarit, & ararum compleuerit vrbis;
Suſcipiendáque curarit ſollemnia ſacra,
Quæ nunc in magnis florent [4]ſacra rebus locisque;
Vnde etiam nunc eſt mortalibus inſitus horror,
Qui delubra deûm noua toto ſuſcitat orbi
Terrarum, & feſtis cogit celebrare diebus;
Non ita difficilè eſt rationem reddere verbis.

Quippe

[1] f. Iuſſa. nam in v. q. luſa.

[2] In q. vulg. Inde. ita & Marull.

[3] Ita v. l. in al. v. procraxe. vulg. protraxe, malè.

Vnde nata ſit religio.

[4] Hæc veriſſ. & elegantiſſ. ſcriptura. etſi in q. l. ſit, florent rebusque loc. vide indic. Repetitio.

Quippe etenim iam tum diuûm mortalia ſæcla
Egregias animo facies vigilante videbant,
Et magis in ſomnis, mirando corporis [1] *auctu.*
His igitur ſenſum tribuebant propterea, quòd
Membra mouere videbantur, voces'que ſuperbas
Mittere pro facie præclara, & viribus amplis.
Aeternam'que dabant vitam, quia ſemper eorum
Suppeditabatur facies, & forma manebat:
Et [2] *tamen omnino, quos tantis viribus auctos*
Non temere vlla vi conuinci poſſe putabant.
Fortunis'que ideò longè præſtare putabant,
Quòd mortis timor haud quemquã vexaret eorum:
Et ſimul in ſomnis quia multa, & mira videbant
Efficere; & nullum capere ipſos inde laborem.
Præterea cæli rationes ordine certo,
Et varia annorum cernebant tempora verti;
Nec poterant quibus id fieret cognoſcere cauſſis.
Ergo perfugium ſibi habebant omnia diuis
Tradere, & illorum nutu facere omnia flecti.
In cælo'que deûm ſedes, & templa locarunt,
Per cælum volui quia ſol, & luna videtur;
Luna, dies, & nox, & noctis ſigna ſeuera,
Noctiuagæ'que faces cæli, flammæ'que volantes,
Nubila, ros, imbres, nix, venti, fulmina, grando,
Et rapidi fremitus, & murmura magna minarum.
O genus infelix humanum, talia diuis
Cùm tribuit facta, atque iras adiunxit acerbas:
Quantos tum gemitus ipſi ſibi, quanta'que nobis
Volnera; quas lacrumas peperere minoribus noſtris?
Nec pietas vlla eſt velatum ſæpe videri
Vertier ad lapidem, atque omnis accedere ad aras;
Nec procumbere humi proſtratũ, & pandere palmas

N 5 *Ante*

1 In q.v. auctus. f. mirandos corp. auctus. vide Augmen. ita Virg. de Creuſa l 2. & lib. 1. de Romulo Liuius.

2 Lamb. conicit leg. manet, ego libros ſequor.

Ante deûm delubra; nec aras ſanguine multo
Spargere quadrupedum, nec votis nectere vota;
Sed mage placata poſſe omnia mente tueri.
Nam cùm ſuſpicimus magni cæleſtia mundi
Templa ſuper, ſtellisq́ue micantibus æthera fixum;
Et venit in mentem ſolis, lunæq́ue viarum;
Tunc aliis oppreſſa malis in pectore cura
Illa quoque expergefactum caput erigere infit,
Ecquæ fortè deûm nobis immenſa poteſtas
Sit, vario motu quæ candida ſidera verſet:
Tentat enim dubiam mentem rationis egeſtas;
Ecquæ nam fuerit mundi genitalis origo;
Et ſimul ecquæ ſit finis, quoad mœnia mundi,
Et taciti motus hunc poſſint ferre laborem:
An diuinitus æterna donata ſalute,
Perpetuo poſſint æui labentia tractu,
Immenſi validas æui contemnere vires.
Præterea cui non animus formidine diuûm
Contrahitur; cui non correpunt membra pauore;
Fulminis horribili cùm plaga torrida tellus
Contremit, & magnum percurrunt murmura cælum?
Non populi, gentesq́ue tremunt? regesq́ue ſuperbi
Corripiunt diuûm [1] *perculſi membra timore,*
Ne quod ob admiſſum fœdè, dictumúe ſuperbè
Pœnarum graue ſit ſoluendi tempus adactum?
Summa etiam cùm vis violenti per mare venti
Endoperatorem claſſis ſuper [2] *æquora verrit*
Cum validis pariter legionibus, atque elephantis;
Non diuûm pacem votis adit, ac prece quæſit
Ventorum pauidus paces, animasq́ue ſecundas?
Nequiquam, quoniam violento turbine ſæpe
Correptus nihilo fertur minus ad vada leti.

1 q.l.v. percuſſi. Tup.1,16.

2 In 4. impreſſ. æthera. male.

Vſque

Vſqueadeò res humanas vis abdita quædam
Obterit, & pulcros faſcis, ſæuaſ'que ſecures
Proculcare, ac ludibrio ſibi habere videtur.
Denique ſub pedibus tellus cùm tota vacillat;
Concuſſæ'que cadunt vrbes, dubiæ'que minantur;
Quid mirum, ſi ſe temnunt mortalia ſæcla?
Atque poteſtates magnas, miraſ'que relinquunt
In rebus viris diuûm, quæ cuncta gubernent?
Quod ſupereſt, æs atque aurũ, ferrumq́, repertũ eſt, Quẽadmodum aurum, argentum, ferrum, & plumbũ repertum ſit.
Et ſimul argenti pondus, plumbi'que poteſtas;
Ignis vbi ingentis ſiluas ardore cremarat
Montibus in magnis, ſeu cæli fulmine miſſo;
Siue quòd inter ſe bellum ſilueſtre gerentes,
Hoſtibus intulerant ignem formidinis ergô;
[1]Siue quòd inducti terræ bonitate, volebant
Pandere agros pinguis, & paſcua reddere rura; 1 Ita olim pinguia reddebant arua, Virg. Georg. lib. 1. Horat. 2. ep. 2.
Siue feras interficere, & diteſcere præda:
Nam fouea, atque igni priùs eſt venarier ortum,
Quàm ſæpire plagis ſaltum, canibuſ'que ciere.
Quidquid id eſt, quacumq́, e cauſſa flammeus ardor
Horribili ſonitu ſiluas exederat [2]altas 2 aliis
Ab radicibus, & terram percoxerat igni;
Manabat venis feruentibus in loca terræ
Concaua conueniens argenti riuus, & auri,
Aeris item, & plumbi. quæ cùm concreta videbant
Poſteriùs claro in terris ſplendere colore;
Tollebant nitido capti, leui'que lepôre,
Et ſimili formata videbant eſſe figura,
Atque lacunarum fuerant veſtigia cuique.

Tum

Tum penetrabat eos, poſſe hæc liquefacta calore
Quamlibet in formam,& faciem decurrere rerum;
Et prorſum quamuis in acuta,ac tenuia poſſe
Mucronum duci faſtigia procudendo,
Vt ſibi tela parent,ſiluas'que excidere poſſint;
[1] Materiem'que dolere,læuare,& radere tigna,
Et terebrare etiam,ac pertundere,per'que forare.
Nec minus argento facere hæc,auro'que parabant,
Quàm validi primùm violentis viribus æris,
Nequiquam;quoniam cedebat victa poteſtas,
Nec poterat pariter durum ſufferre laborem.
Nam fuit in pretio magis æs, aurum'que iacebat
Propter inutilitatem hebeti mucrone retuſum.
Nunc iacet æs,aurum in ſummum ſucceſſit honorem.
Sic voluenda ætas commutat tempora rerum.
Quod fuit in pretio,fit nullo denique honore:
Porrò aliud ſuccedit,& e contemptibus exit;
In'que dies magis appetitur;floret'que repertum
Laudibus; & miro eſt mortalis inter honore.
Nunc tibi quo pacto ferri natura reperta
Sit,facile eſt ipſi per te cognoſcere, Memmi.
Arma antiqua manus, vngues,dentes'que fuerunt,
Et lapides,& item ſiluarum fragmina rami;
Et flãmæ,atque ignes,poſtquàm ſunt cognita primũ.
Poſteriùs ferri vis eſt,æris'que reperta:
Et prior æris erat,quàm ferri cognitus vſus:
Quo facilis magis eſt natura,& copia maior.
Ære ſolum terræ tractabant,ære'que belli
Miſcebant fluctus, & volnera vaſta ſerebant;
Et pecus,atque agros adimebant:nam facilè ollis
Omnia cedebant armatis nuda,& inerma.
Inde minutatim proceſſit ferreus enſis,

Verſa

[1] Ita ex v. q.cod. ſcripſi.in al. v. dolare. etiam nõ malè. vt ſit creticus. hæc Marul. primus deinde alij mutarunt contra v.l. vide ind. dolere.

De ferro.

Verſá que in [1] obprobrium ſpecies eſt falcis ahena,
Et ferro cœpere ſolum proſcindere terra,
Exæquatá que ſunt creperi certamina belli.
Et prius eſt [2] armatum in equi conſcendere coſtas,
Et moderarier hunc frenis, dextrá que [3] vegere,
Quàm biiugo curru belli tentare pericla;
Et biiugo prius eſt, quàm bis coniungere binos,
Et quàm falciferos, inuentum, adſcendere currus.
Inde boues Lucas turrito corpore tetros
Anguimanos belli docuerunt volnera Pœni
Sufferre, & magnas Martis turbare cateruas.
Sic aliud ex alio peperit diſcordia triſtis,
Horribile humanis quod gentibus eſſet in armis:
In' que dies belli terroribus addidit augmen.
Tentarunt etiam tauros in [4] munere belli:
Experti' que ſues ſæuos ſunt mittere in hoſtis:
Et validos [5] Parthi præ ſe miſere leones
Cum [6] ductoribus armatis, ſæuis' que magiſtris;
Qui moderarier [7] his poſſent, vinclis' que tenere;
Nequicquam; quoniam permixta cæde calentes
Turbabant ſæui nullo diſcrimine turmas,
Terrificas capitum quatientes vndique criſtas.
Nec poterant equites fremitu perterrita equorum
Pectora mulcere, & frenis conuertere in hoſtis.
Irritata leæ iaciebant corpora ſaltu
Vndique, & aduorſum venientibus ora [8] patebant:
Et nec-opinantis à tergo diripiebant:
Deplexá que dabant in terram volnere [9] vinctos
Morſibus adfixæ validis, atque vnguibus vncis.
Iactabant' que ſues tauri, pedibus' que terebant;
Et latera, ac ventres hauribant ſubter equorum
Cornibus, ad terram' que minanti mente ruebant.

1 Apud Macrob. obſcurum. in q. obſcænum.

2 Ita ferè o. l. manu formisq. deſcripti. in q. v. reppertú. quod probat Láb. arceſſendum eſt autem huc verbum, inuentú, quod mox ſequitur. vbi in q. l. etiam erat armatú.

3 Ita leg. vel, regere, vt luxatus ſit verſ. vulg. vigere. Pius ait in v. l. viere: Marull. ciere, reponebat.

4 al. munera

5 l. in q. partim. malè.

6 In v. q. doctoribus. vtrunq; rectè.

7 hos; in v. q.

8 Ita v. l. rectè. in al. petebant. Marul.

9 Ita v. q. in al. v. & in vulg. victos.

At

At validis ſocios cædebant dentibus apri,
[1]*Tela infracta ſuo tinguentes ſanguine ſæui:*
In ſe fracta ſuo tinguentes ſanguine tela.
Permixtaſque dabant equitum,peditumque ruinas.
Nam tranſuerſa feros exibant dentis adactus
Iumenta; aut pedibus ventos erecta petebant:
Nequiquam; quoniam ab neruis ſucciſa videres
Concidere,atque graui terram conſternere caſu.
[2]*Sic quos ante domi domitos ſatis eſſe putabant,*
Efferuiſcere cernebant in rebus agundis,
Volneribus,clamore,fuga,terrore,tumultu.
Nec poterant vllam partem reducere eorum:
Diffugiebat enim varium genus omne ferarum:
Vt nunc ſæpe boues[3] *templis,ferro malè caſæ*
Diffugiunt, fera facta ſuis cùm multa dedere.
Sic fuit,vt facerent: ſed vix adducor,vt antè
Non quierint animo præſentire,atque videre,
Quàm commune malum[4] *fieret, fœdumque futurũ:*
Et magis id poſſis factum contendere in omni,
In variis mundis, varia ratione creatis,
Quàm certo,atque vno terrarum quolibet orbi.
Sed facere id non tam vincendi ſpe voluerunt,
Quàm dare quod gemerent hòſtes,ipſique perire,
Qui numero diffidebant, armiſque vacabant.

Textilis veſtis poſt ferrum reperta.

Nexilis antè fuit veſtis,quàm textile tegmen:
Textile poſt ferrum eſt; quia ferro tela paratur:
Nec ratione alia poſſunt tam læuia gigni
[6]*Inſilia,ac fuſi, radij, ſcapique ſonantes.*
Et facere antè viros lanam natura coëgit,
Quàm muliebre genus: nam longè præſtat in arte,
Et ſollertius eſt multo genus omne virile:
Agricolæ donec vitio vertere ſeueri,

Vt

1 Hunc ἀθετεῖ Lamb. proximum Marullus. huic adſentior.

2 Ita coniectura ductus ſcripſi. in lib. ſi omiſſo c ob ſequẽs alterũ c. ſenq. quod ſæpe factum eſt. eſt autem quaſi ἐπιφώνημα.

3 Ita ex l. v. noſtris reſtitui. ſentẽtia eſt aperta. in al. Lucr. mactæ, vel mactatę Effu. mactæ nũquã ita vtimur. mactare non ad elefantos, referri poſſet.

4 Ita in v. noſtr. & etiam antiq. impreſſ. quod poſtea in fieret, & fuerat mutatum eſt.

5 Ita o. l. malè ergo alij, parantur. & vide ind. tela.

6 Sic o. l. cur ergo Lamb. reponit Inſubula maximè cùm & inſub. ſyllaba ſecũda ſit lõga?

Vt muliebribus id manibus concedere vellent;
Atque ipſi potiùs durum ſufferre laborem:
Atque opere in duro [1] durarent membra, manus'que. [1] In q. durarunt
At ſpecimen ſationis,& inſitionis origo, Origo ſationis & inſitionis.
Ipſa fuit rerum primùm natura creatrix.
Arboribus quoniam baccæ,glandes'que caducæ
Tempeſtiua dabant pullorum examina ſubter:
[2] Inde etiam lubitum eſt ſtirpes committere ramis; [2] Ita cum Marul. puto leg. licet in lib.ſit. vnde.hac in re ſæpe variatū eſt
Et noua defodere in terram virgulta per agros.
Inde aliam,atque aliam culturam dulcis agelli
Tentabant,fructus'que feros manſueſcere terra
Cernebant indulgendo,blande'que colendo.
In'que dies magis in montem ſuccedere ſiluas
Cogebant,infra'que [3] locum concedere cultis: [3] In q.l.ſitum
Prata,lacus,riuos,ſegetes, vineta'que læta
Collibus,& campis vt haberent: atque olearum
Cærula diſtinguens inter plaga currere poſſet
Per tumulos,& conuallis,campos'que profuſa:
Vt nunc eſſe vides vario diſtincta lepore
Omnia, quæ pomis interſita dulcibus ornant;
Arbuſtis'que tenent felicibus obſita circùm.
At liquidas auium voces imitarier ore De origine muſicæ.
Antè fuit multo,quàm læuia carmina cantu
Concelebrare homines poſſent, auris'que iuuare.
Et zephyri caua per calamorum ſibila primùm
Agreſtis docuere cauas inflare cicutas.
Inde minutatim dulcis didicere querelas;
Tibia quàs fundit digitis pulſata canentum,
Auia per nemora,ac ſiluas,ſaltus'que reperta,
Per loca paſtorum deſerta,atque otia dia.
Sic vnum quidquid paullatim protrahit ætas
In medium,ratio'que in luminis eruit oras.

Hæc

Hæc animos ollis mulcebant, atque iuuabant
Cum ſatiate cibi. nam tum ſunt omnia cordi.
Sæpe itaque inter ſe proſtrati in gramine molli
Propter aquæ riuum, ſub ramis arboris altæ
Non magnis opibus iucundè corpora habebant:
Præſertim cùm tempeſtas ridebat; & anni
Tempora pingebant viridantis floribus herbas.
Tum ioca, tum ſermo, tum dulces eſſe cachinni
Conſuerunt: agreſtis enim tum muſa vigebat:
Tum caput, atque humeros plexis redimire[1] corollis,
Floribus, & foliis laſciuia læta monebat;
Atque extra numerum procedere membra mouentes
Duriter, & duro terram pede pellere matrem:
Vnde oriebantur riſus, dulceſque cachinni:
Omnia quòd noua tum magis hæc, & mira vigebant.
Et vigilantibus hinc aderant ſolatia[2] ſomni,
Ducere multimodis voces, & flectere cantus;
Et ſuperà calamos vnco percurrere labro.
Vnde etiam vigiles nunc hæc accepta tuentur:
Et numerũm ſeruare genus didicere; neque hilo
Maiore interea capiunt dulcedine fructum,
Quàm ſilueſtre genus capiebat terrigenarum.
Nam, quod adeſt preſtò (niſi quid cognòuimus antè
Suauius) imprimis placet, & pollere videtur.
Poſteriorque ferè melior res, illa reperta
Perdit, & immutat ſenſus ad priſtina quæque.
Sic odium cepit glandis: ſic illa relicta
Strata cubilia ſunt herbis, & frundibus aucta.
Pellis item cecidit, veſtis contempta ferina:
Quam reor inuidia tali tunc eſſe repertam,
Vt letum inſidiis, qui geſſit primus, obiret:
Et tandem inter eos[3] diſtractum ſanguine multo
Diſper-

1 Ita ex v. noſtr. malui. in al. coronis. in hac re magis vtebantur corollæ voce.

2 In al. ſomno,

3 In al. diſtractam

[1] Diſperſiſſe, neque in fructum conuertere quiſſe.
Tunc igitur pelles: nunc aurum, & purpura curis
Exercent hominum vitam, belloq́ue fatigant.
Quo magis in nobis, vt opinor, culpa reſidit.
Frigus enim nudos ſine pellibus excruciabat
Terrigenas: at nos nihil lædit veſte carere
Purpurea, atque auro, ſignisq́ue ingentibus apta:
Dum plebeia tamen ſit, quæ defendere poſſit.
Ergo hominum genus in caſſum, fruſtraq́ue laborat
Semper, & in curis conſumit inanibus æuum:
Nimirum, quia non cognouit, quæ ſit habendi
Finis, & omnino quoad creſcat vera voluptas:
Idq́ue minutatim vitam prouexit in altum;
Et belli magnos commouit funditus æſtus.
At vigiles mundi magnum & verſatile templum
Sol & luna ſuo luſtrantes lumine circùm,
Perdocuere homines annorum tempora verti;
Et certa ratione geri rem, atque ordine certo.
Iam validis ſæpti degebant turribus æuum:
Et diuiſa colebatur, diſcretaq́ue tellus.
Tum mare [2] veliuolum florebat [3] nauibus pandis:
Auxilia, & ſocios iam pacto fœdere habebant:
Carminibus cùm res geſtas cœpere poëtæ
Tradere: nec multo priùs ſunt elementa reperta.
Propterea, quid ſit priùs actum, reſpicere ætas
Noſtra nequit, niſi quà ratio veſtigia monſtrat.
Nauigia, atque agri culturas, mœnia, leges,
Arma, vias, veſtes, & cetera de genere horum
Præmia; delicias quoque vitæ funditus omnis,
Carmina, picturas, & dædala ſigna polire,
Vſus, & impigræ ſimul experientia mentis
Paullatim docuit pedetentim progredientis.

1 Ita v. l. in al. Diſperijſſe.

2 In v. noſtr. veliuolis. vtrumq; rectè. quamquã hoc magis propriè, teſte Seruio in. 1. Aeneid.

3 In q. l. propter odores: quod non intelligo.

O Sic

Sic vnum quidquid paullatim protrahit ætas
In medium, ratióque in luminis eruit oras.
Namque aliud ex alio clareſcere corde videbant
Artibus, ad ſummum donec venêre cacumen.

T. LVCRETII CARI DE RERVM NATVRA, LIBER SEXTVS.

1 q. v. frugiparos

PRimæ [1]frugiferos fœtus mortalibus ægris,
Dididerunt quondam præclaro nomine Athenæ:
Et recreauerunt vitam, legesq́ue rogarunt:
Et primæ dederunt ſolatia dulcia vitæ;
Cum genuere virum tali cum corde repertum,
Omnia veridico qui quondam ex ore profudit:
Cuius & exſtincti propter diuina reperta
Diuolgata vetus iam ad cælum gloria fertur.
Nam cùm vidit hic, ad victum quæ flagitat vſus,
[2]Et, per quæ poſſent vitam conſiſtere tutam,
Omnia iam fermè mortalibus eſſe parata;
Diuitijs homines, & honore, & laude potentis
Affluere, atque bona gnatorum excellere fama;
Nec minùs eſſe domi cuiquam tamen anxia corda,
[3]Atque animum infeſtis cogi ſeruire querelis:
Intellexit, ibi vitium vas efficere ipſum,
Omniáque illius vitio corrumpier intus,
Quæ conlata foris, & commoda cumque venirent:
Partim quòd fluxum, pertuſúmque eſſe videbat,

2 Quidam hunc ὀβελίζουσι. malè. vide indic. conſiſt.

3 Egregia Lab. coniectura. in lib. v. ita legitur. Atque animi ingratis vitâ vexare querelis Cauſſam, quæ infeſtis cogit ſeruire querelis. q. v. Pauſa atque infeſtis.

Vt

Vt nulla poſſet ratione explerier vmquam:
Partim quòd tetro quaſi conſpurcare ſapore
Omnia cernebat, quæcumque [1] receperat intus.
Veridicis igitur purgauit pectora dictis;
Et finem ſtatuit cuppedinis, atque timoris:
Expoſuit'que bonum ſummum, quò tendimus omnes,
Quid foret; atque viam monſtrauit [2] tramite prono,
Quà poſſemus ad id recto contendere curſu;
Quid'ue mali foret in rebus mortalibus paſſim,
[3] Quod flueret naturaï, varié'que volaret;
Seu caſu, ſeu vi quod ſic natura paraſſet:
Et quibus e portis occurri cuique deceret.
Et genus humanum fruſtra plerumque probauit
Voluere curarum triſtis in pectore fluctus.
Nam veluti pueri trepidant, atque omnia cæcis
In tenebris metuunt: ſic nos in luce timemus
Interdum, nihilo quæ ſunt metuenda magis, quàm
Quæ pueri in tenebris pauitant, fingunt'que futura.
Hunc igitur terrorem animi, tenebras'que neceſſe eſt
Non radij ſolis, nec lucida tela diei
Diſcutiant, ſed naturæ ſpecies, ratio'que:
Quo magis inceptum pergam pertexere dictis.
Et quoniam docui mundi mortalia templa
Eſſe, & natiuo conſiſtere corpore cælum;
Et quæcumque in eo fiunt, fieri'que neceſſe eſt,
Pleraque diſſolui: quæ reſtant percipe porrò:
Quandoquidem ſemel inſignem conſcendere currum
[4] Ventorum exhortantur ſpes; atque obuia rurſum
Quæ [5] fuerant, ſunt placato conuerſa fauore.
Cetera quæ fieri in terris, cælo'que tuentur
Mortales, pauidis cùm pendent mentibus ſæpe,
Efficiunt animos humilis formidine diuûm;

1 Sic interpūg. Lāb. contra lib. receperat, intus.

2 vulg. paruo. ita & variatum, inf. 226, 19. in q. vulg. limite paruo.

3 Ita hunc locū ex v. l. reſtitui. ex naturali, quod in v. l. eſt, feci naturaï. vide & ſup. 110, 21. in q. l. fuerit. vt etiam legi poſſet, fueret. ego nihil muto. alij hunc locū violarūt.

4 Ita o. ferè l. v. Marull. & vulg. votorum. Lamb. vincēdi. in q. l. exſiſtat. ventorum, eorum quæ conſequetur.

5 In q. fuerant. f. fuerent

 Depreſ-

Depreſſoſ'que premunt ad terram,propterea quòd
Ignorantia cauſſarum conferre deorum
Cogit ad imperium res,& concedere regnum.
Quorum operum cauſſas nulla ratione videre
Poſſunt,ac fieri diuino numine rentur.
Nam,bene qui didicere deos ſecurum agere æuum;
Si tamen interea mirantur,qua ratione
Quæque geri poſſint, præſertim rebus in illis,
Quæ ſupra caput æthereis cernuntur in oris:
Rurſus in antiquas referuntur relligiones;
Et dominos acris adſciſcunt, omnia poſſe
Quos miſeri credunt: ignari, quid queat eſſe,
Quid nequeat; finita poteſtas denique cuique

1 ſup. 3, 21.

Quanam ſit ratione, [1] *vtque altè terminus hæreat.*

2 Ita q.l. al. pleriq; tota.Lāb.regione.

Quo magis errantes [2] *cæca ratione feruntur.*
Quæ niſi reſpuis ex animo,longé'que remittis

3 vulg.putare

Dys indigna [3] *putando,aliená'que pacis eorum;*

4 Ita o.l.Lamb. delibrata. malè. q. l. deliberata. malè. delibata,deminuta, violata. vt prox. verſ.

[4] *Delibata deûm per te tibi numina ſancta*
Sæpe aderunt. non quo violari ſumma deûm vis
Poſſit,vt ex ira pœnas petere imbibat acris:
Sed quia tute tibi placida cum pace quietos
Conſtitues magnos irarum voluere fluctus;
Nec delubra deûm placido cum pectore adibis,
Nec,de corpore quæ ſancto ſimulacra feruntur
In mentis hominum diuinæ nuntia formæ,
Suſcipere hæc animi tranquilla pace valebis.
Inde videre licet,qualis iam vita ſequatur.
Quam quidem vt à nobis ratio veriſſima longè

Argumētum libri.

Reiciat, quamquam ſunt à me multa profecta;
Multa tamen reſtant,& ſunt ornanda politis

5 Ita v.l.vulg.ratio cæli ſpeciesq.vt alibi ſæpè ratio naturæ ſpeciesque.

Verſibus,& ratio ſuperûm, [5] *cæli'que tenenda:*
Sunt tempeſtates, & fulmina clara canenda,

Quid

Quid faciant, & qua de cauſſa cumque ferantur;
Ne trepides cæli diuiſis partibus amens,
Vnde volans ignis peruenerit, aut in vtram ſe
Verterit hinc partem; quo pacto per loca ſæpta
Inſinuarit, & hinc dominatus vt extulerit ſe.
Quorum operum cauſſas nulla ratione videre
Poſſunt, ac fieri diuino numine rentur.
Tu mihi ſupremæ præſcripta [1] *ad candida calcis*
Currenti ſpatium præmonſtra callida muſa,
Calliope, requies hominum, diuûm'que voluptas;
Te duce vt inſigni capiam cum laude coronam.
Principio tonitru quatiuntur cærula cæli
Propterea, quia [2] *concurrunt ſublime volantes*
Aethereæ nubes contrà pugnantibus ventis.
Nec fit enim ſonitus cæli de parte ſerena:
Verùm, vbicumque magis denſo ſunt agmine nubes,
Tam magis hinc magno fremitus fit murmure ſæpe.
Præterea neque tam condenſo corpore nubes
Eſſe queunt, quàm ſunt lapides, ac tigna; neque autē
Tam tenues, quàm ſunt nebulæ, fumi'que volantes:
Nam aut cadere [3] *abrupto deberent pondere preſſæ,*
Vt lapides; aut, vt fumus, conſtare nequirent,
Nec cohibere niues gelidas, & grandinis imbres.
Dant etiam ſonitum patuli ſuper æquora mundi;
Carbaſus vt quondam magnis intenta theatris
Dat crepitum [4] *malos inter iactata, trabis'que:*
Interdum perſciſſa furit petulantibus [5] *euris,*
Et fragilis ſonitus chartarum commeditatur.
Id quoque enim genus in tonitru cognoſcere poſſis,
Aut vbi ſuſpenſam veſtem, chartas'ue volantis
Verberibus venti verſant, plangunt'que per auras.
Fit quoque enim interdū, vt non tā concurrere nubes

1 Ex &, feci, at ſeu ad. pro calcis q. l. callis. malè. Præſcripta calcis pro fine curriculi. carceres pictos dicit Ennius: calcē candidū Varro. Nonius. Calx. & Cic. 1. de diuinat.

De tonitru.

2 In Appuleio, concurrant

3 Ita & in v. noſtris, vulg. nā cadere aut bruto. perperam.

4 Ita q. l. & ſup. 110, 19. in v. q. al. muros. etiam benè.

5 auris

Frontibus aduerſis poſſint, quàm de latere ire
Diuerſo motu radentes corporis [1] tactum:
Aridus vnde auris terget ſonus ille, diu'que
Ducitur, exierit donec regionibus artis.
Hoc etiam pacto tonitru concuſſa videntur
Omnia ſæpe graui tremere, & diuolſa repentè
Maxima diſſiluiſſe capacis mœnia mundi;
Cum ſubitò validi venti conlecta procella
Nubibus intorſit ſeſe, conclusá que ibidem
Turbine verſanti magis ac magis vndique nubem
Cogit, vti fiat ſpiſſo caua corpore circùm.
Poſt vbi commouit vis eius, & impetus acer;
Tum perterricrepo ſonitu dat miſſa fragorem:
Nec mirum; cùm plena animæ veſicula parua
Sæpe ita dat pariter ſonitum diſploſa repentè.
Eſt etiam ratio cùm venti nubila perflant,
Vt ſonitus faciant. etenim ramoſa videmus
Nubila ſæpe modis multis, atque aſpera ferri.
Scilicet vt crebram ſiluam cùm flamina cauri
Perflant, dant ſonitum [2] frundes, rami'que fragorem.
Fit quoque, vt interdum validi vis incita venti
Perſcindat nubem perfringens impete recto:
Nam quid poſſit ibi flatus, manifeſta docet res:
Hic, vbi lenior eſt, in terra cùm tamen alta
Arbuſta euoluens radicibus haurit ab imis.
Sunt etiam fluctus per nubila, qui quaſi murmur
Dant infringendo grauiter; quod item fit in altis
Fluminibus, magno'que mari, cùm frangitur æſtu.
Fit quoque, [3] vti e nube in nubem vis incidit ardens
Fulminis, hæc multo ſi forte humore recepit
Ignem, continuò magno clamore trucidet.
Vt calidis candens ferrum e fornacibus olim

Stri-

1 Sic reſtitui coniectura ductus. vide quæſo ſup. 68, 25. hac in re ſæpiſſ. variatum eſt. tactus corporis, pro corpore. vide ind. vulg. & in lib. ferè, tractū. in q. l. e corpore tractū. omnia mẽdoſè.

2 Ita v. l.

3 Ita v. l. vulg. vbi.

Stridit, vbi in gelidum properè demerſimus imbrem.
Aridior porrò ſi nubes accipit ignem,
Vritur ingenti ſonitu ſuccenſa repentè:
Lauricomos vt ſi per montis flamma vagetur,
Turbine ventorum comburens impete magno.
Nec res vlla magis, quàm Phœbi Delphica laurus
Terribili ſonitu flamma crepitante crematur.
Denique ſæpe geli multus fragor, atque ruina
Grandinis, in magnis ſonitum dat nubibus altè.
Ventus enim cùm confercit, franguntur in artum
Concreti montes nimborum, & grandine mixti.
[1]*Fulgit item, nubes ignis cùm ſemina multa*
Excuſſere ſuo concurſu, ceu lapidem ſi
Percutiat lapis, aut ferrum: nam tum quoque lumen
Exilit, & claras ſcintillas diſſupat ignis.
Sed tonitrum fit vti pòſt auribus accipiamus,
Fulgere quàm cernant oculi; quia ſemper ad auris
Tardiùs adueniunt, quàm, viſum quæ moueant res.
Id licet hinc etiam cognoſcere; cædere ſi quem
Ancipiti videas ferro procul arboris auctum;
Antè fit vt cernas ictum, quàm plaga per [2] *auris*
Det ſonitum. ſic fulgorem quoque cernimus antè,
Quàm tonitrũ accipimus, pariter qui mittitur igni,
E ſimili cauſſa, & concurſu natus eodem.
Hoc etiam pacto volucri loca lumine tingunt
Nubes, & tremulo tempeſtas impete fulgit,
Ventus vbi inuaſit nubem, & verſatus ibidem
Fecit vt antè cauam docui ſpiſſeſcere nubem:
Mobilitate ſua feruiſcit, vt omnia motu
Percalefacta vides ardeſcere: plumbea verò
Glans etiam longo curſu voluenda liqueſcit.
Ergo feruidus hic nubem cùm perſcidit atram;

De fulgure.
1 Ita hic Nonius. vulg. Feruet.

2 q. vulg. auras. malè. ita ſup. tergere auris.

Diſſupat ardoris quaſi per vim expreſſa repentè
Semina, quæ faciunt nictantia fulgura flammæ:
Inde ſonus ſequitur, qui tardius adlicit auris,
Quàm quæ perueniunt [1]oculos ad lumina noſtros.

[1] In al. oculorū ad lumina noſtra. malè, vti puto.

Scilicet hoc denſis fit nubibus, & ſimul altè
Exſtructis alijs alias ſuper impete miro.
Nec tibi ſit fraudi, quòd nos [2]infernè videmus,

[2] In q.l. inferna

Quàm ſint lata magis, quàm ſurſum exſtructa quid (exſtēt.
Contemplator enim cū montibus adſimulata
Nubila portabunt venti tranſuerſa per auras:
Aut vbi per magnos montis cumulata videbis
Inſuper eſſe alijs alia, atque [3]vrgere ſuperna

[3] Ita v. l.

In ſtatione locata ſepultis vndique ventis:
Tum poteris magnas moles cognoſcere eorum;
Speluncaſ'que velut ſaxis pendentibus ſtructas
Cernere; quas venti cùm tempeſtate coorta
Complerunt, magno indignantur murmure clauſi
Nubibus, in caueiſ'que ferarum more minantur.
Nunc hinc, nunc illinc fremitus per nubila mittunt:
Quærenteſ'que viam circumuerſantur; & ignis
Semina conuoluunt e nubibus; atque ita cogunt
Multa, rotant'que cauis flammam fornacibus intus,
Donec diuolſa fulſerunt nube coruſci.
Hac etiam fit vti de cauſſa mobilis ille

Nubibus ſemina ignita ineſſe.

Deuolet in terram liquidi color aureus ignis;
Semina quòd nubes ipſas permulta neceſſe eſt
Ignis habere. etenim cùm ſunt humore ſine vllo,
Flammeus eſt plerumque colos, & ſplendidus ollis.
Quippe etenim ſolis de lumine multa neceſſe eſt
Concipere, vt meritò rubeant, igneſ'que profundant.
Haſce igitur cùm ventus agens contruſit in vnum,
Compreſſit'que locum cogens; expreſſa profundunt

Semi-

Semina, quæ faciunt flammæ fulgêre colores.
Fulgit item, cùm rareſcunt quoque nubila cæli.
Nam cùm ventus eas leuiter diducit euntis,
Diſſoluit'que; cadant ingratis illa neceſſe eſt
Semina, quæ faciunt fulgorem. tum ſine tetro
Terrore, & ſonitu, fulgit, nullo'que tumultu.
Quod ſupereſt, quali natura prædita conſtent
Fulmina, declarant ictus, & inuſta vapore
Signa, nota'que grauis [1] *halantes ſulfuris auras:*
Ignis enim ſunt hæc, non venti ſigna, neque imbris.
Præterea per ſe accendunt quoque tecta domorum;
Et celeri flamma dominantur in ædibus ipſis.
Hunc tibi ſubtilem cumprimis ignibus ignem
Conſtituit natura minutis, mobilibus'que
Corporibus, cui nihil omnino obſiſtere poſſit.
Tranſit enim validè fulmen per ſæpta domorum;
[2]*Clamor vti, ac voces: tranſit per ſaxa, per æra:*
Et liquidum puncto facit æs in [3] *tempore, & aurum.*
Curat item vt vaſis integris vina repentè
Diffugiant: quia nimirum facilè omnia circùm
Conlaxat, rare'que facit [4] *lateramina vaſi,*
Adueniens calor eius, vt inſinuatur in ipſum; &
Mobiliter ſoluens differt primordia vini:
Quod ſolis vapor ætatem non poſſe videtur
Efficere, vſqueadeò [5] *tollens feruore coruſco.*
Tanto mobilior vis, & dominantior hæc eſt.
Nunc ea quo pacto gignantur, & impete tanto
Fiant, vt poſſint ictu diſcludere turris,
Diſturbare domos, auellere [6] *tigna, trabes'que,*
Et monumenta virûm [7] *commoliri, atque ciere,*
Exanimare homines, pecudes poſternere paſſim;
Cetera de genere hoc, qua vi facere omnia poſſint,

De fulminis natura, eiuſ'que ſubtilitate.

1 q. l. halantis vt, referatur ad auras.

2 In al. Clamor vti vocis. ſup. 50, 4.
3 Ita q. l. alij temporis. in q. v. paruo facit.

4 Ita v. l. rectiſſ. & Martian. li. 3. vulg. latera omnia vaſis.

5 Ita v. l: q. tellens. vt ſup. protollere. q. protellere. Lãb. facit pollẽs. vulg. candẽs.

De vi fulminis.

6 Ita v. q. l. vt & ſup. 42, 61. in vulg. ligna.
7 Ita v. l. ferè. Marull. demoliri. & vulg.

1 Ita ex v.l. poſui, vt & ſup. 151, 13.

Fulmina de craſſioribus nubibus gigni.

2 Ita ſup. al. extractis. extruſis. malè.

Expediam,[1] neque te in promiſſis plura morabor.
Fulmina gignier e craſſis, alte'que putandum eſt
Nubibus[2] exſtructis. nam cælo nulla ſereno,
Nec leuiter denſis mittuntur nubibus vmquam.
Nam dubio procul hoc fieri manifeſta docet res,
Quòd tunc per totum concreſcunt aëra nubes
Vndique, vti tenebras omnis Acheruntα reamur
Liquiſſe, & magnas cæli compleſſe cauernas.
Vſqueadeò tetra nimborum nocte coorta
Impendent atræ formidinis ora ſupernè,
Cùm commoliri tempeſtas fulmina cœptat.
Præterea perſæpe niger quoque per mare nimbus,
Vt picis e cælo demiſſum[3] flumen, in vndas
Sic cadit, & fertur tenebris procul, & trahit atram
Fulminibus grauidam tempeſtatem, atque procellis,
Ignibus, ac ventis cumprimis ipſe repletus;
In terra quoque vt horreſcant, ac tecta requirant.
Sic igitur ſupera noſtrum caput eſſe putandum eſt
Tempeſtatem altam. neque enim caligine tanta
Obruerent terras, niſi in ædificata ſupernè
Multa forent multis exempto nubila ſole:
Nec tanto poſſent[4] venientis opprimere imbri,
Flumina abundare vt facerent, campos'que natare,
Si non exſtructis foret altè nubibus æther.
His igitur ventis, atque ignibus omnia plena
Sunt: ideò paſſim fremitus, & fulgura fiunt.
Quippe etenim ſuperà docui permulta vaporis
Semina habere cauas nubes; & multa neceſſe eſt
Concipere ex ſolis radijs, ardore'que eorum.
Hic vbi ventus eas idem qui cogit in vnum
Forte locum quemuis, expreſſit multa vaporis
Semina, ſe'que ſimul cum eo commiſcuit igni;

3 vulg. fulmen. malè. hac in re ſæpiſſ. variatum.

4 Ita v. l. in vulg. hæc terras. Marull. tantos imbres. quid. viuentes.

Inſi-

Inſinuatus ibi vortex verſatur in alto,
Et calidis acuit fulmen fornacibus intus.
Nam duplici ratione accenditur: ipſe ſua [1] nam
Mobilitate caleſcit, & e contagibus ignis.
Inde, vbi percaluit vis venti, vel grauis ignis
Impetus inceſſit; maturum tum quaſi fulmen
Perſcindit ſubitò nubem, ferturque coruſcis
Omnia luminibus luſtrans loca percitus ardor.
Quem grauis inſequitur ſonitus; diſploſa repentè
Opprimere vt cæli videantur templa ſuperne.
Inde tremor terras grauiter pertentat, & altum
Murmura percurrunt cælum. nam tota ferè tum
Tempeſtas concuſſa tremit, fremituſque mouentur.
Quo de concuſſu ſequitur grauis imber, & vber,
Omnis vti videatur in imbrem vertier æther;
Atque ita præcipitans ad diluuiem reuocare.
Tantus diſcidio nubis, ventique procella,
Mittitur ardenti ſonitus cùm prouolat ictu.
Eſt etiam cùm vis extrinſecus incita venti
Incidit in validam maturo fulmine nubem:
Quam cùm perſcidit, extemplò cadit igneus ille
Vortex, quod [2] patrio vocitamus nomine fulmen.
Hoc fit [3] item in partis alias, quocumque tulit vis.
Fit quoque, vt interdum venti vis miſſa ſine igni,
Igneſcat tamen in ſpatio, longoque meatu,
Dum venit, amittens in curſu corpora quædam
Grandia; quæ nequeunt pariter penetrare per auras:
Atque alia ex ipſo conradens aëre portat
Paruula, quæ faciunt ignem commixta volando.
Non alia longè ratione, ac plumbea ſæpe
Feruida fit glans in curſu, cùm multa rigoris
Corpora dimittens, ignem concepit in auris.

Fit

1 cum

Quemadmodum fulmen exſiſtat.

2 q. c. Latio, ſed ex gloſſa.

3 In q. idem

Fit quoque, vt ipſius plagæ vis excitet ignem;
Frigida cùm venti pepulit vis miſſa ſine igni:
Nimirum quia cùm vehementi perculit ictu,
Confluere ex ipſo poſſunt elementa vaporis;
Et ſimul ex illa, quæ tum res excipit ictum:
Vt lapidem ferro cùm cædimus, euolat ignis;
Nec quòd frigida vis ſit ferri, hoc ſecius illa
Semina concurrunt calidi fulgoris ad ictum.
Sic igitur quoque res accendi fulmine debet,
Opportuna fuit ſi forte, & idonea flammis.
Nec temerè omnino planè vis frigida venti
Eſſe poteſt, ex quo tanta vi immiſſa ſupernè eſt;
Quin priùs in curſu ſi non accenditur igni;
At tepefacta tamen veniat commixta calore.

De mobilitate fulminis.

Mobilitas autem fit fulminis, & grauis ictus;
Et celeri fermè pergunt ſic fulmina lapſu;
Nubibus ipſa quòd omnino priùs [1] *incita ſe vis*
Colligit, & magnum conamen ſumit eundi.
Inde, vbi non potuit nubes capere impetis auctum;
Exprimitur vis, atque ideò volat impete miro:
Vt validis quæ de tormentis miſſa feruntur.
Adde quòd e paruis, ac læuibus eſt elementis;
Nec facilè eſt tali naturæ obſiſtere quidquam:
Inter enim fugit, ac penetrat per rara viarum.
Non igitur multis offenſibus in remorando
Hæſitat. hanc ob rem celeri volat impete labens.
Deinde, quòd omnino natura pondera deorſum
Omnia nituntur: cùm plaga ſit addita verò,
Mobilitas duplicatur, & impetus ille graueſcit:
Vt vehementiùs, & citiùs, quæcumque morantur
Obuia diſcutiat plagis, itinerque ſequatur.
Denique, quòd longo venit impete, ſumere debet
Mobili-

1 Ita v.l. vulg. q. inſita

Mobilitatem, etiam atque etiam quæ creſcit eundo,
Et validas auget vires, & roborat ictum.
Nam facit, vt quæ ſint illius ſemina cumque,
E regione locum quaſi in vnum cuncta ferantur,
Omnia coniiciens in eum voluentia curſum.
Forſan & ex ipſo veniens trahat aëre quædam
Corpora, quæ plagis intendant mobilitatem.
Incolumiſque venit per res, atque integra tranſit
Multa, foraminibus liquidis quia [1] trameat ignis:
Multaque perfringit, cùm corpora fulminis ipſa
Corporibus rerum inciderint, quæ texta tenentur.
Diſſoluit porrò facilè æs, aurumque repentè
Conferuefacit; e paruis quia facta minutè
Corporibus vis eſt, & læuibus ex elementis;
Quæ facilè inſinuantur, & inſinuata repentè
Diſſoluunt nodos omnis, & vincla relaxant.
Auctumnoque magis ſtellis fulgentibus alta
Concutitur cæli domus vndique, totaque tellus;
Et cùm tempora ſe veris florentia pandunt.
Frigore enim [2] deſunt ignes, ventique calore
Deficiunt, neque ſunt tam denſo corpore nubes.
Inter vtrumque igitur cùm cæli tempora conſtant:
Tum variæ cauſſæ concurrunt fulminis omnes.
Nam fretus ipſe anni permiſcet frigus, & æſtum.
Quorũ utrumq; opus eſt fabricãda ad fulmina nobis,
Vt diſcordia ſit rerum, magnoque tumultu
Ignibus: & ventis furibundus fluctuet aër.
Prima caloris enim pars, & poſtrema rigoris,
Tempus [3] id eſt vernum. quare pugnare neceſſe eſt
Diſſimilis inter ſe res, turbareque mixtas.
Et calor extremis primo cum frigore mixtus
Voluitur, auctumni quod fertur nomine tempus.

[1] Ita ſcripſi, cùm v. l. ferè haberent tranſuiat, trauiat. vulg. ferè, tranſuolat. vide ſup. pag. 125, 30.

Cur auctumno & vere magis fulmina & tonitrua fiant.

[2] f. deſunt

[3] q. l. adeſt. mal.

Hic

Hæc animos ollis mulcebant, atque iuuabant
Cum ſatiate cibi. nam tum ſunt omnia cordi.
Sæpe itaque inter ſe proſtrati in gramine molli
Propter aquæ riuum, ſub ramis arboris altæ
Non magnis opibus iucundè corpora habebant:
Præſertim cùm tempeſtas ridebat; & anni
Tempora pingebant viridantis floribus herbas.
Tum ioca, tum ſermo, tum dulces eſſe cachinni
Conſuerunt: agreſtis enim tum muſa vigebat:
Tum caput, atque humeros plexis redimire[1] *corollis,*
Floribus, & foliis laſciuia læta monebat;
Atque extra numerum procedere membra mouentes
Duriter, & duro terram pede pellere matrem:
Vnde oriebantur riſus, dulcesque cachinni:
Omnia quòd noua tum magis hæc, & mira vigebant.
Et vigilantibus hinc aderant ſolatia[2] *ſomni,*
Ducere multimodis voces, & flectere cantus;
Et ſuperà calamos vnco percurrere labro.
Vnde etiam vigiles nunc hæc accepta tuentur:
Et *numerum ſeruare genus didicere; neque hilo*
Maiore interea capiunt dulcedine fructum,
Quàm ſilueſtre genus capiebat terrigenarum.
Nam, quod adeſt preſtò (niſi quid cognôuimus antè
Suauius) imprimis placet, & pollere videtur.
Poſteriorque ferè melior res, illa reperta
Perdit, & immutat ſenſus ad priſtina quæque.
Sic odium cepit glandis: ſic illa relicta
Strata cubilia ſunt herbis, & frundibus aucta.
Pellis item cecidit, veſtis contempta ferina:
Quam reor inuidia tali tunc eſſe repertam,
Vt letum inſidiis, qui geſſit primus, obiret:
Et tandem inter eos[3] *diſtractum ſanguine multo*
Diſper-

1 Ita ex v. noſtr. malui. in al. coronis. in hac re magis vtebantur corollę voce.

2 In al. ſomno.

3 In al. diſtractam

[1] Diſperſiſſe, neque in fructum conuertere quiſſe.
Tunc igitur pelles: nunc aurum, & purpura curis
Exercent hominum vitam, belloque fatigant.
Quo magis in nobis, vt opinor, culpa reſidit.
Frigus enim nudos ſine pellibus excruciabat
Terrigenas: at nos nihil lædit veſte carere
Purpurea, atque auro, ſignisque ingentibus apta:
Dum plebeia tamen ſit, quæ defendere poſſit.
Ergo hominum genus in caſſum, fruſtraque laborat
Semper, & in curis conſumit inanibus æuum:
Nimirum, quia non cognouit, quæ ſit habendi
Finis, & omnino quoad creſcat vera voluptas:
Idque minutatim vitam prouexit in altum;
Et belli magnos commouit funditus æſtus.
At vigiles mundi magnum & verſatile templum
Sol & luna ſuo luſtrantes lumine circùm,
Perdocuere homines annorum tempora verti;
Et certa ratione geri rem, atque ordine certo.
Iam validis ſæpti degebant turribus æuum:
Et diuiſa colebatur, diſcretaque tellus.
Tum mare [2] veliuolum florebat [3] nauibus pandis:
Auxilia, & ſocios iam pacto fœdere habebant:
Carminibus cùm res geſtas cœpere poëtæ
Tradere: nec multo priùs ſunt elementa reperta.
Propterea, quid ſit priùs actum, reſpicere ætas
Noſtra nequit, niſi quà ratio veſtigia monſtrat.
Nauigia, atque agri culturas, mœnia, leges,
Arma, vias, veſtes, & cetera de genere horum
Præmia; delicias quoque vitæ funditus omnis,
Carmina, picturas, & dædala ſigna polire,
Vſus, & impigræ ſimul experientia mentis
Paullatim docuit pedetentim progredientis.

1 Ita v. l. in al. Diſperiiſſe.

2 In v. noſtr. veliuolis. vtrumq; rectè. quamquã hoc magis propriè, teſte Seruio in. 1. Aeneid.

3 In q. l. propter odores: quod non intelligo.

O Sic

Sic vnum quidquid paullatim protrahit ætas
In medium, ratio'que in luminis eruit oras.
Namque aliud ex alio clareſcere corde videbant
Artibus, ad ſummum donec venêre cacumen.

T. LVCRETII CARI DE RERVM NATVRA,

LIBER SEXTVS.

1 q.v. frugiparos

PRimæ [1]*frugiferos fetus mortalibus ægris,*
Dididerunt quondam præclaro nomine Athenæ:
Et recreauerunt vitam, legesq́ʒ rogarunt:
Et primæ dederunt ſolatia dulcia vitæ;
Cum genuere virum tali cum corde repertum,
Omnia veridico qui quondam ex ore profudit:
Cuius & exſtincti propter diuina reperta
Diuolgata vetus iam ad cælum gloria fertur.
Nam cùm vidit hic, ad victum quæ flagitat vſus,
[2]*Et, per quæ poſſent vitam conſiſtere tutam,*
Omnia iam fermè mortalibus eſſe parata;
Diuitijs homines, & honore, & laude potentis
Affluere, atque bona gnatorum excellere fama;
Nec minùs eſſe domi cuiquam tamen anxia corda,
[3]*Atque animum infeſtis cogi ſeruire querelis:*
Intellexit, ibi vitium vas efficere ipſum,
Omnia'que illius vitio corrumpier intus,
Quæ conlata foris, & commoda cumque venirent:
Partim quòd fluxum, pertuſum'que eſſe videbat,

2 Quidam hunc ἀπελίζουσι. malè. vide indic. conſiſt.

3 Egregia Lāb. coniectura. in lib. v. ita legitur: Atque animi ingratis vitâ vexare querelis Cauſſam, quæ infeſtis cogit ſeruire querelis. q. v. Pauſa atque infeſtis.

Vt nulla poſſet ratione explerier vmquam:
Partim quòd tetro quaſi conſpurcare ſapore
Omnia cernebat, quæcumque [1]receperat intus.
Veridicis igitur purgauit pectora dictis;
Et finem ſtatuit cuppedinis, atque timoris:
Expoſuit'que bonum ſummum, quò tendimus omnes,
Quid foret; atque viam monſtrauit [2]tramite prono,
Quà poſſemus ad id recto contendere curſu;
Quid ue mali foret in rebus mortalibus paſſim,
[3]Quod flueret naturaï, varie'que volaret;
Seu caſu, ſeu vi quod ſic natura paraſſet:
Et quibus e portis occurri cuique deceret.
Et genus humanum fruſtra plerumque probauit
Voluere curarum triſtis in pectore fluctus.
Nam veluti pueri trepidant, atque omnia cæcis
In tenebris metuunt: ſic nos in luce timemus
Interdum, nihilo quæ ſunt metuenda magis, quàm
Quæ pueri in tenebris pauitant, fingunt'que futura.
Hunc igitur terrorem animi, tenebras'que neceſſe eſt
Non radij ſolis, nec lucida tela diei
Diſcutiant, ſed naturæ ſpecies, ratio'que:
Quo magis inceptum pergam pertexere dictis.
Et quoniam docui mundi mortalia templa
Eſſe, & natiuo conſiſtere corpore cælum;
Et quæcumque in eo fiunt, fieri'que neceſſe eſt,
Pleraque diſſolui: quæ reſtant percipe porrò:
Quandoquidem ſemel inſignem conſcendere currum
[4]Ventorum exhortantur ſpes; atque obuia rurſum
Quæ [5]fuerant, ſunt placato conuerſa fauore.
Cetera quæ fieri in terris, cælo'que tuentur
Mortales, pauidis cùm pendent mentibus ſæpe,
Efficiunt animos humilis formidine diuùm;

1 Sic interpũg. Lãb. contra lib. receperat, intus.

2 vulg. paruo. ita & variatum, inf. 226, 19. in q. vulg. limite paruo.

3 Ita hunc locũ ex v. l. reſtitui. ex naturali, quod in v. l. eſt, feci naturaï. vide & ſup. 110, 21. in q. l. fuerit. vt etiam legi poſſet, fueret. ego nihil muto. alij hunc locũ violarũt.

4 Ita o. ferè l. v. Marull. & vulg. votorum. Lamb. vincẽdi. in q. l. exſiſtat. ventorum, eorum quæ conſequetur.

5 In q. fuerint. f. fuerent

Depreſſos'que premunt ad terram, propterea quòd
Ignorantia cauſſarum conferre deorum
Cogit ad imperium res, & concedere regnum.
Quorum operum cauſſas nulla ratione videre
Poſſunt, ac fieri diuino numine rentur.
Nam, bene qui didicere deos ſecurum agere æuum;
Si tamen interea mirantur, qua ratione
Quæque geri poſſint, præſertim rebus in illis,
Quæ ſupra caput æthereis cernuntur in oris:
Rurſus in antiquas referuntur relligiones;
Et dominos acris adſciſcunt; omnia poſſe
Quos miſeri credunt: ignari, quid queat eſſe,
Quid nequeat; finita poteſtas denique cuique
Quanam ſit ratione, [1]*vtque altè terminus hæreat.*
Quo magis errantes [2]*cæca ratione feruntur.*
Quæ niſi reſpuis ex animo, longé'que remittis
Dys indigna [3]*putando, aliená'que pacis eorum;*
[4]*Delibata deûm per te tibi numina ſancta*
Sæpe aderunt. non quo violari ſumma deûm vis
Poſſit, vt ex ira pœnas petere imbibat acris:
Sed quia tute tibi placida cum pace quietos
Conſtitues magnos irarum voluere fluctus;
Nec delubra deûm placido cum pectore adibis,
Nec, de corpore quæ ſancto ſimulacra feruntur
In mentis hominum diuinæ nuntia formæ,
Suſcipere hæc animi tranquilla pace valebis.
Inde videre licet, qualis iam vita ſequatur.
Quam quidem vt à nobis ratio veriſſima longè

Argumẽtum libri.

Reiciat, quamquam ſunt à me multa profecta;
Multa tamen reſtant, & ſunt ornanda politis
Verſibus, & ratio ſuperûm, [5]*cæli'que tenenda:*
Sunt tempeſtates, & fulmina clara canenda,

Quid

1 ſup. 3, 21.

2 Ita q. l. al. plerique tota. Lãb. regione.

3 vulg. putare

4 Ita o. l. Lamb. delibrata. malè. q. l. deliberata. malè. delibata, deminuta, violata. vt prox. verſ.

5 Ita v. l. vulg. ratio cæli ſpeciesq. vt alibi ſæpè ratio naturæ ſpeciesque.

Quid faciant, & quæ de cauſſa cumque ferantur;
Ne trepides cæli diuiſis partibus amens,
Vnde volans ignis peruenerit, aut in vtram ſe
Verterit hinc partem; quo pacto per loca ſæpta
Inſinuarit, & hinc dominatus vt extulerit ſe.
Quorum operum cauſſas nulla ratione videre
Poſſunt, ac fieri diuino numine rentur.
Tu mihi ſupremæ præſcripta [1] ad candida calcis
Currenti ſpatium præmonſtra callida muſa,
Calliope, requies hominum, diuûm'que voluptas;
Te duce vt inſigni capiam cum laude coronam.
Principio tonitru quatiuntur cærula cæli
Propterea, quia [2] concurrunt ſublime volantes
Aethereæ nubes contrà pugnantibus ventis.
Nec fit enim ſonitus cæli de parte ſerena:
Verùm, vbicumque magis denſo ſunt agmine nubes,
Tam magis hinc magno fremitus fit murmure ſæpe.
Præterea neque tam condenſo corpore nubes
Eſſe queunt, quàm ſunt lapides, ac tigna; neque autẽ
Tam tenues, quàm ſunt nebulæ, fumi'que volantes:
Nam aut cadere [3] abrupto deberent pondere preſſæ,
Vt lapides; aut, vt fumus, conſtare nequirent,
Nec cohibere niues gelidas, & grandinis imbres.
Dant etiam ſonitum patuli ſuper æquora mundi;
Carbaſus vt quondam magnis intenta theatris
Dat crepitum [4] malos inter iactata, trabis'que:
Interdum perſciſſa furit petulantibus [5] euris,
Et fragilis ſonitus chartarum commeditatur.
Id quoque enim genus in tonitru cognoſcere poſſis,
Aut vbi ſuſpenſam veſtem, chartas'ue volantis
Verberibus venti verſant, plangunt'que per auras.
Fit quoque enim interdũ, vt non tã concurrere nubes

1 Ex &, feci, at ſeu ad. pro calcis q. l. callis. malè. Præſcripta calcis pro fine curriculi. carceres pictos dicit Ennius: calcẽ candidũ Varro. Nonius. Calx. & Cic. 2. de diuinat.

De tonitru.

2 In Appuleio, concurrant

3 Ita & in v. noſtris, vulg. nã cadere aut bruto. perperam.

4 Ita q. l. & ſup. 11. 19. in v. q. al. muros. etiam benè.

5 auris

Frontibus aduerſis poſſint, quàm de latere ire
Diuerſo motu radentes corporis [1] tactum:
Aridus vnde auris terget ſonus ille, diu'que
Ducitur, exierit donec regionibus artis.
Hoc etiam pacto tonitru concuſſa videntur
Omnia ſæpe graui tremere, & diuolſa repentè
Maxima diſſiluiſſe capacis mœnia mundi;
Cum ſubitò validi venti conlecta procella
Nubibus intorſit ſeſe, concluſa'que ibidem
Turbine verſanti magis ac magis vndique nubem
Cogit, vti fiat ſpiſſo caua corpore circùm.
Poſt vbi commouit vis eius, & impetus acer;
Tum perterricrepo ſonitu dat miſſa fragorem:
Nec mirum; cùm plena animæ veſicula parua
Sæpe ita dat pariter ſonitum diſploſa repentè.
Eſt etiam ratio cùm venti nubila perflant,
Vt ſonitus faciant. etenim ramoſa videmus
Nubila ſæpe modis multis, atque aſpera ferri.
Scilicet vt crebram ſiluam cùm flamina cauri
Perflant, dant ſonitum [2] frundes, rami'que fragorem.
Fit quoque, vt interdum validi vis incita venti
Perſcindat nubem perfringens impete recto:
Nam quid poſſit ibi flatus, manifeſta docet res:
Hîc, vbi lenior eſt, in terra cùm tamen alta
Arbuſta euoluens radicibus haurit ab imis.
Sunt etiam fluctus per nubila, qui quaſi murmur
Dant infringendo grauiter; quod item fit in altis
Fluminibus, magno'que mari, cùm frangitur æſtu.
Fit quoque, [3] uti e nube in nubem vis incidit ardens
Fulminis, hæc multo ſi forte humore recepit
Ignem, continuò magno clamore trucidet.
Vt calidis candens ferrum e fornacibus olim

Stri-

1 Sic reſtitui coniectura ductus. vide quæſo ſup. 68, 25. hac in re ſæpiſſ. variatum eſt. tactus corporis, pro corpore. vide ind. vulg. & in lib. ferè, tractū. in q. l. e corpore tractū. omnia mēdoſe.

2 In v. l.

3 Ita v. l. vulg. vbi.

Stridit, vbi in gelidum properè demerſimus imbrem.
Aridior porrò ſi nubes accipit ignem,
Vritur ingenti ſonitu ſuccenſa repentè:
Lauricomos vt ſi per montis flamma vagetur,
Turbine ventorum comburens impete magno.
Nec res vlla magis, quàm Phœbi Delphica laurus
Terribili ſonitu flamma crepitante crematur.
Denique ſæpe geli multus fragor, atque ruina
Grandinis, in magnis ſonitum dat nubibus altè.
Ventus enim cùm confercit, franguntur in artum
Concreti montes nimborum, & grandine mixti.

De fulgure.

[1] Fulgit item, nubes ignis cùm ſemina multa
Excuſſere ſuo concurſu, ceu lapidem ſi
Percutiat lapis, aut ferrum: nam tum quoque lumen
Exilit, & claras ſcintillas diſſupat ignis.
Sed tonitrum fit vti pòſt auribus accipiamus,
Fulgere quàm cernant oculi; quia ſemper ad auris
Tardiùs adueniunt, quàm, viſum quæ moueant res.
Id licet hinc etiam cognoſcere; cædere ſi quem
Ancipiti videas ferro procul arboris auctum;
Antè fit vt cernas ictum, quàm plaga per [2] auris
Det ſonitum. ſic fulgorem quoque cernimus antè,
Quàm tonitrũ accipimus, pariter qui mittitur igni,
E ſimili cauſſa, & concurſu natus eodem.
Hoc etiam pacto volucri loca lumine tinguunt
Nubes, & tremulo tempeſtas impete fulgit,
Ventus vbi inuaſit nubem, & verſatus ibidem
Fecit vt antè cauam docui ſpiſſeſcere nubem:
Mobilitate ſua feruiſcit, vt omnia motu
Percalefacta vides ardeſcere: plumbea verò
Glans etiam longo curſu voluenda liqueſcit.
Ergo feruidus hic nubem cùm perſcidit atram;

1 Ita hic Nonius. vulg. Feruet.

2 q. vulg. auras. malè. ita ſup. tergere auris.

 Diſſu-

Diſſupat ardoris quaſi per vim expreſſa repentè
Semina, quæ faciunt nictantia fulgura flammæ:
Inde ſonus ſequitur, qui tardius adlicit auris,
1 In al. oculorū ad lumina noſtra. malè, vti puto.
Quàm quæ perueniunt [1] oculos ad lumina noſtros.
Scilicet hoc denſis fit nubibus, & ſimul altè
Exſtructis alijs alias ſuper impete miro.
2 In q.l. inferna
Nec tibi ſit fraudi, quòd nos [2] infernè videmus,
Quàm ſint lata magis, quàm ſurſum exſtructa quid
Contemplator enim cū montibus adſimulata (exſtēt.
Nubila portabunt venti tranſuerſa per auras:
Aut vbi per magnos montis cumulata videbis
3 Ita v. l.
Inſuper eſſe alijs alia, atque [3] vrgere ſuperna
In ſtatione locata ſepultis vndique ventis:
Tum poteris magnas moles cognoſcere eorum;
Speluncas'que velut ſaxis pendentibus ſtructas
Cernere; quas venti cùm tempeſtate coorta
Complerunt, magno indignantur murmure clauſi
Nubibus, in caueis'que ferarum more minantur.
Nunc hinc, nunc illinc fremitus per nubila mittunt:
Quærentes'que viam circumuerſantur; & ignis
Semina conuoluunt e nubibus; atque ita cogunt
Multa, rotant'que cauis flammam fornacibus intus,
Donec diuolſa fulſerunt nube coruſci.
Hac etiam fit vti de cauſſa mobilis ille
Nubibus ſemina ignita ineſſe.
Deuolet in terram liquidi color aureus ignis;
Semina quòd nubes ipſas permulta neceſſe eſt
Ignis habere. etenim cùm ſunt humore ſine vllo,
Flammeus eſt plerumque còlos, & ſplendidus ollis.
Quippe etenim ſolis de lumine multa neceſſe eſt
Concipere, vt meritò rubeant, ignes'que profundant.
Haſce igitur cùm ventus agens contruſit in vnum,
Compreſſit'que locum cogens; expreſſa profundunt

Semi-

Semina,quæ faciunt flammæ fulgêre colores.
Fulgit item,cùm rareſcunt quoque nubila cæli.
Nam cùm ventus eas leuiter diducit euntis,
Diſſoluit'que; cadant ingratis illa neceſſe eſt
Semina,quæ faciunt fulgorem. tum ſine tetro
Terrore,& ſonitu,fulgit,nullo'que tumultu.

De fulminis natura, eiuſ-que ſubtilitate.

Quod ſupereſt,quali natura prædita conſtent
Fulmina,declarant ictus,& inuſta vapore
Signa,nota'que grauis [1]*halantes ſulfuris auras:*
Ignis enim ſunt hæc,non venti ſigna,neque imbris.
Præterea per ſe accendunt quoque tecta domorum;
Et celeri flamma dominantur in ædibus ipſis.
Hunc tibi ſubtilem cumprimis ignibus ignem
Conſtituit natura minutis, mobilibus'que
Corporibus,cui nihil omnino obſiſtere poſſit.
Tranſit enim validè fulmen per ſæpta domorum;
[2]*Clamor vti,ac voces:tranſit per ſaxa,per æra:*
Et liquidum puncto facit æs in [3]*tempore,& aurum.*
Curat item vt vaſis integris vina repentè
Diffugiant:quia nimirum facilè omnia circùm
Conlaxat,rare'que facit [4]*lateramina vaſi,*
Adueniens calor eius,vt inſinuatur in ipſum; &
Mobiliter ſoluens differt primordia vini:
Quod ſolis vapor ætatem non poſſe videtur
Efficere,vſqueadeò [5]*tollens feruore coruſco.*
Tanto mobilior vis,& dominantior hæc eſt.

De vi fulminis.

Nunc eà quo pacto gignantur,& impete tanto
Fiant,vt poſſint ictu diſcludere turris,
Diſturbare domos,auellere [6]*tigna, trabes'que,*
Et monumenta virûm [7]*commoliri,atque ciere,*
Exanimare homines,pecudes poſternere paſſim;
Cetera de genere hoc,qua vi facere omnia poſſint,

1 q.l.halantis vt,referatur ad auras.
2 In al. Clamor vti vocis. ſup.50,4.
3 Ita q.l.alij temporis.in q.v paruo facit.
4 Ita v. l. rectiſſ. & Martian. li.3. vulg. latera omnia vaſis.
5 Ita v.l: q. tellens. vt ſup.protollere.q. protellere.Lāb.facit pollēs.vulg.candēs.
6 Ita v. q. l. vt & ſup. 42, 11. in vulg.ligna.
7 Ita v. l. ferè. Marull. demoliri. & vulg.

1 Ita ex v.l. poſui. vt & ſup. 15 t. 13.

Fulmina de craſſioribus nubibus gigni.

2 Ita ſup. al. extractis. exruſis. malè.

Expediam,[1] neque te in promiſſis plura morabor.
Fulmina gignier e craſſis, alte'que putandum eſt
Nubibus[2] exſtructis. nam cælo nulla ſereno,
Nec leuiter denſis mittuntur nubibus vnquam.
Nam dubio procul hoc fieri manifeſta docet res,
Quòd tunc per totum concreſcunt aëra nubes
Vndique, vti tenebras omnis Acheruntà reamur
Liquiſſe, & magnas cæli compleſſe cauernas.
Vſqueadeò tetra nimborum nocte coorta
Impendent atræ formidinis ora supernè,
Cùm commoliri tempeſtas fulmina cœptat.
Præterea perſæpe niger quoque per mare nimbus,
Vt picis e cælo demiſſum[3] flumen, in vndas
Sic cadit, & fertur tenebris procul, & trahit atram
Fulminibus grauidam tempeſtatem, atque procellis,
Ignibus, ac ventis cumprimis ipſe repletus;
In terra quoque vt horreſcant, ac tecta requirant.
Sic igitur ſupera noſtrum caput eſſe putandum eſt
Tempeſtatem altam. neque enim caligine tanta
Obruerent terras, niſi in ædificata ſupernè
Multa forent multis exempto nubila ſole:
Nec tanto poſſent[4] venientis opprimere imbri,
Flumina abundare vt facerent, campos'que natare,
Si non exſtructis foret altè nubibus æther.
His igitur ventis, atque ignibus omnia plena
Sunt: ideò paſſim fremitus, & fulgura fiunt.
Quippe etenim ſuperà docui permulta vaporis
Semina habere cauas nubes; & multa neceſſe eſt
Concipere ex ſolis radiis, ardore'que eorum.
Hic vbi ventus eas idem qui cogit in vnum
Forte locum quemuis, expreſſit multa vaporis
Semina, ſe'que ſimul cum eo commiſcuit igni;

3 vulg. fulmen. malè. hac in re ſæpiuſ. variatum.

4 Ita v. l. in vulg. hæc terras. Marull. tantos imbres. quid. viuentes.

Inſinuatus ibi vortex verſatur in alto,
Et calidis acuit fulmen fornacibus intus.
Nam duplici ratione accenditur: ipſe ſua[1] *nam*
Mobilitate caleſcit, & e contagibus ignis.
Inde, vbi percaluit vis venti, vel grauis ignis
Impetus inceſſit; maturum tum quaſi fulmen
Perſcindit ſubitò nubem, fertur'que coruſcis
Omnia luminibus luſtrans loca percitus ardor.
Quem grauis inſequitur ſonitus; diſploſa repentè
Opprimere vt cæli videantur templa ſuperne.
Inde tremor terras grauiter pertentat, & altum
Murmura percurrunt cælum. nam tota ferè tum
Tempeſtas concuſſa tremit, fremitus'que mouentur.
Quo de concuſſu ſequitur grauis imber, & vber,
Omnis vti videatur in imbrem vertier æther;
Atque ita præcipitans ad diluuiem reuocare.
Tantus diſcidio nubis, venti'que procella,
Mittitur ardenti ſonitus cùm prouolat ictu.
Eſt etiam cùm vis extrinſecus incita venti
Incidit in validam maturo fulmine nubem:
Quam cùm perſcidit, extemplò cadit igneus ille
Vortex, quod[2] *patrio vocitamus nomine fulmen.*
Hoc fit[3] *item in partis alias, quocumque tulit vis.*
Fit quoque, vt interdum venti vis miſſa ſine igni,
Igneſcat tamen in ſpatio, longo'que meatu,
Dum venit, amittens in curſu corpora quædam
Grandia; quæ nequeunt pariter penetrare per auras:
Atque alia ex ipſo conradens aëre portat
Paruula, quæ faciunt ignem commixta volando.
Non alia longè ratione, ac plumbea ſæpe
Feruida fit glans in curſu, cùm multa rigoris
Corpora dimittens, ignem concepit in auris.

1 cum

Quemadmodum fulmen exſiſtat.

2 q. c. Latio, ſed ex gloſſa.

3 In q. idem

Fit

Fit quoque, vt ipſius plagæ vis excitet ignem;
Frigida cùm venti pepulit vis miſſa ſine igni:
Nimirum quia cùm vehementi perculit ictu,
Confluere ex ipſo poſſunt elementa vaporis;
Et ſimul ex illa, quæ tum res excipit ictum:
Vt lapidem ferro cùm cædimus, euolat ignis;
Nec quòd frigida vis ſit ferri, hoc ſecius illa
Semina concurrunt calidi fulgoris ad ictum.
Sic igitur quoque res accendi fulmine debet,
Opportuna fuit ſi forte, & idonea flammis.
Nec temerè omnino planè vis frigida venti
Eſſe poteſt, ex quo tanta vi immiſſa ſupernè eſt;
Quin priùs in curſu ſi non accenditur igni;
At tepefacta tamen veniat commixta calore.

De mobilitate fulminis.

Mobilitas autem fit fulminis, & grauis ictus;
Et celeri fermè pergunt ſic fulmina lapſu;
Nubibus ipſa quòd omnino priùs [1] incita ſe vis
Conligit, & magnum conamen ſumit eundi.
Inde, vbi non potuit nubes capere impetis auctum;
Exprimitur vis, atque ideò volat impete miro:
Vt validis quæ de tormentis miſſa feruntur.
Adde quòd e paruis, ac læuibus eſt elementis;
Nec facilè eſt tali naturæ obſiſtere quidquam:
Inter enim fugit, ac penetrat per rara viarum.
Non igitur multis offenſibus in remorando
Heſitat. hanc ob rem celeri volat impete labens.
Deinde, qnòd omnino natura pondera deorſum
Omnia nituntur: cùm plaga ſit addita verò,
Mobilitas duplicatur, & impetus ille graueſcit:
Vt vehementiùs, & citiùs, quæcumque morantur
Obuia diſcutiat plagis, itiner'que ſequatur.
Denique, quòd longo venit impete, ſumere debet

Mobili-

[1] Ita v.l. vulg. q. inſita

Mobilitatem, etiam atque etiam quæ creſcit eundo,
Et validas auget vires, & roborat ictum.
Nam facit, vt quæ ſint illius ſemina cumque,
E regione locum quaſi in vnum cuncta ferantur,
Omnia coniciens in eum voluentia curſum.
Forſan & ex ipſo veniens trahat aëre quædam
Corpora, quæ plagis intendant mobilitatem.
Incolumiſque venit per res, atque integra tranſit
Multa, foraminibus liquidis quia [1] *trameat ignis:*
Multaque perfringit, cùm corpora fulminis ipſa
Corporibus rerum inciderint, quæ texta tenentur.
Diſſoluit porrò facilè æs, aurumque repentè
Conferuefacit; e paruis quia facta minutè
Corporibus vis eſt, & læuibus ex elementis;
Quæ facilè inſinuantur, & inſinuata repentè
Diſſoluunt nodos omnis, & vincla relaxant.
Auctumnoque magis ſtellis fulgentibus alta
Concutitur cæli domus vndique, totaque tellus;
Et cùm tempora ſe veris florentia pandunt.
Frigore enim [2] *deſunt ignes, ventique calore*
Deficiunt, neque ſunt tam denſo corpore nubes.
Inter vtrumque igitur cùm cæli tempora conſtant:
Tum variæ cauſſæ concurrunt fulminis omnes.
Nam fretus ipſe anni permiſcet frigus, & æſtum.
Quorũ vtrumq; opus eſt fabricãda ad fulmina nobis,
Vt diſcordia ſit rerum, magnoque tumultu
Ignibus: & ventis furibundus fluctuet aër.
Prima caloris enim pars, & poſtrema rigoris,
Tempus [3] *id eſt vernum. quare pugnare neceſſe eſt*
Diſſimilis inter ſe res, turbareque mixtas.
Et calor extremis primo cum frigore mixtus
Voluitur, auctumni quod fertur nomine tempus.

Hic

1 Ita ſcripſi, cùm v. l. ferè haberent tranſuiat, trauiat. vulg. ferè, tranſuolat. vide ſup. pag. 125, 30.

Cur auctumno & vere magis fulmina & tonitrua fiant.

2 f. deſunt

3 q. l. adeſt. malè.

Hic quoque confligunt hiemes æſtatibus acres.
Propterea ſunt hæc bella anni nominitanda.

[1] Ita v. l. manu formaque deſcripti.

Nec [1] mirum eſt, in eo ſi tempore plurima fiunt
Fulmina, tempeſtas que cietur turbida cælo:
Ancipiti quoniam bello turbatur vtrimque
Hinc flammis, illinc ventis, humoréque mixto.

In eos qui ioui tribuunt cauſſam fulminis; & in aruſpices.

[2] Ita ex q. v. & vulg. male al. indicia.

Hoc eſt igniferi naturam fulminis ipſam
Perſpicere, & qua vi faciat rem quamque videre:
Non Tyrrhena retro voluentem carmina fruſtrà
[2] Iudicia occultæ diuûm perquirere mentis:
Vnde volans ignis peruenerit, aut in vtram ſe
Verterit hic partem; quo pacto per loca ſæpta
Inſinuarit, & hinc dominatus vt extulerit ſe:
Quid'ue nocere queat de cælo fulminis ictus.
Quòd ſi Iupiter, atque alij fulgentia diui
Terrifico quatiunt ſonitu cæleſtia templa,

[3] Ita in v. noſtr. & in vulg. q. inducit. ſup. 44, 8. in al. v. quo cuiq; eſt cumq; voluntas. & in q. vulg. voluptas.
[4] In al. aduerſabile. non tam rectè.
[5] Ita ex v. l. ſcripſi. in al. v. l. & vulg. male ict. in q. vulg. ictu.
[6] Hanc ex v. l. veſtigijs ſcripturam puto veriſſ. vulg. nulla turpi ſ. c. in re. in v. q. nulla ſibi cõſcius re.

Et iaciunt ignes, quo [3] ducit quemque voluptas:
Cur, quibus incautum ſcelus [4] auerſabile cumque eſt,
Non faciunt, icti flammas vt fulguris [5] edant
Pectore perfixo documen mortalibus acre?
Et potius nulla ſibi turpis conſcius [6] reii,
Voluitur in flammis innoxius, in'que peditur,
Turbine cæleſti ſubito conreptus, & igni?
Cur etiam loca ſola petunt? fruſtrá'que laborant?
An tum brachia conſueſcunt, firmant'que lacertos?
In terrá'que patris cur telum perpetiuntur
Obtundi? cur ipſe ſinit, neque parcit in hoſtis?
Denique cur numquam cælo iacit vndique puro
Iuppiter in terras fulmen, ſonitus'que profundit?

[7] Egregiè Lamb. ex ictu fecit eas tum. ipſus, eſt in vulg. q. ſed non in v. ita & inf. 233, 25.

An ſimul ac nubes ſucceſſere, [7] ipſe in eas tum
Deſcendit, propè vt hinc teli determinet ictus?
In mare qua porrò mittit ratione? quid vndas

Arguit,

Arguit,& liquidam molem,campoſ'que natantis?
Præterea,ſi vult caueamus fulminis ictum;
Cur dubitat facere,vt poſſimus cernere miſſum?
Si nec-opinantis autem vult opprimere igni;
Cur tonat ex illa parte,vt vitare queamus?
Cur tenebras antè,& fremitus,& murmura concit?
Et ſimul in multas partis qui credere poſſis
Mittere?an hoc auſis numquam contendere factum,
Vt fierent ictus vno ſub tempore plures?
At ſæpe eſt numero factum,fieri'que neceſſe eſt,
Vt pluere in multis regionibus,& cadere imbris,
Fulmina ſic vno fieri ſub tempore multa.
Poſtremò cur ſancta deûm delubra,ſuaſ'que
Diſcutit infeſto præclaras fulmine ſedes?
Et bene facta deûm frangit ſimulacra?ſuis'que
Demit imaginibus violento volnere honorem?
Alta'que cur plerumque petit loca?plurimaq́; [1]plus [1] Ita o. Lrecit Lib. huius, repoſuit ſine cauſſa. verſus eſt μονόκις.
Montibus in ſummis veſtigia cernimus ignis?
Quod ſupereſt,facile eſt ex his cognoſcere rebus, De preſtere.
[2]Preſteras Graij quos ab re nominitarunt, [2] Ita v. l. in q. Preſteras, vt ſcena, & ſcenam Varr. ita & mox.
In mare qua miſſi veniant ratione ſupernè.
Nam fit,vt interdum tamquam demiſſa columna
In mare de cælo deſcendat;quam freta circum
Feruiſcunt grauiter ſpirantibus incita flabris:
Et quæcumque in eo tum ſunt deprenſa tumultu
Nauigia,in ſummum veniunt vexata periclum.
Hoc fit,vbi interdum non quit vis incita venti
Rumpere,quam cœpit,nubem;ſed deprimit,vt ſit
In mare de cælo tamquam demiſſa columna
Paullatim,quaſi quid [3]pugno,brachij'que ſupernè [3] In v. noſtr. pugal.
Coniectu trudatur,& extendatur in vndas:
Quam cùm diſcidit;hinc prorumpitur in mare vēti
Vis,

Vis, & feruorem mirum concinnat in vndis.
Verſabundus enim turbo deſcendit;& illam
Deducit pariter lento cum corpore nubem.
Quam ſimul ac grauidam detruſit ad æquora ponti;
Ille in aquam ſubitò totum ſe immittit, & omne
Excitat ingenti ſonitu mare feruere cogens.
1 ſ. venti vortex. in vulg. ventis e nub. intelligit typhona. *Fit quoque, vt inuoluat* [1] *venti ſe nubibus ipſe*
Vortex conradens ex aëre ſemina nubis,
2 præſtêra *Et quaſi demiſſum cælo* [2] *prêſtera imitetur.*
Hic vbi ſe in terras demiſit, diſſoluit'que;
Turbinis immanem vim prouomit, atque procellæ.
Sed quia fit rarò omnino, montis'que neceſſe eſt
Officere in terris, apparêt crebrius idem
Proſpectu maris in magno, cælo'que patenti.
De nubibus. *Nubila concreſcunt, vbi corpora multa volando*
Hoc ſuper in cæli ſpatio coïere repentè
Aſperiora, modis quæ poſſent endopedita
3 In q. compreſſa *Exiguis, tamen inter ſe* [3] *comprenſa teneri.*
Hæc faciunt primùm paruas conſiſtere nubes:
Inde ea comprendunt inter ſe, con'que gregantur,
Et coniungendo creſcunt, ventis'que feruntur
Vſqueadeò, donec tempeſtas ſæua coorta eſt.
Fit quoque vti montis vicina cacumina cælo
Quàm ſint quæque magis, tanto magis edita fument
Aſſiduè fulua nubis caligine craſſa;
4 Ita Marul. & Lãb. vulg. tum *Propterea, quia* [4] *cùm conſiſtunt nubila primùm,*
Antè videre oculi quàm poſſint tenuia, venti
Portantes cogunt ad ſumma cacumina montis.
5 Ita in v. & vulg. ferè. Lamb. ὀβε-λίζει. *Hic demum fit, vti turba maiore coorta,*
[5] *Et condenſa atque arta apparere, & ſimul ipſo*
6 Hoc etiam ὀβελί-ζει Lamb. ego non auſim. *Vertice de montis videantur ſurgere in æthram.*
[6] *Nam loca declarat ſurſum ventoſa patêre*

Res

Res ipſa,& ſenſus,montis qum adſcendimus altos.
Præterea permulta mari quoque tollere toto
Corpora naturam,declarant litore veſtes
Suſpenſæ,cùm concipiunt humoris adheſum.
Quo magis ad nubes augendas multa videntur
Poſſe quoque e ſalſo conſurgere [1]momine ponti.
[2]Nam ratio cum ſanguine abeſt humoribus omnis.
Præterea fluuijs ex omnibus,& ſimul ipſa
Surgere de terra nebulas,æſtum'que videmus;
Quæ velut halitus,hinc ita ſurſum expreſſa feruntur,
Suffundunt'que ſua cælum caligine,& altas
Sufficiunt nubes paullatim conueniundo.
Vrget enim quoque ſigniferi ſuper ætheris æſtus,
Et quaſi denſendo ſubtexit cærula nimbis.
Fit quoque, vt hunc veniãt in cœtum extrinſecus illa
Corpora,quæ faciunt nubes,nimbos'que volantis.
Innumerabilem enim numerum,ſummamq́ profundi
Eſſe infinitam docui; quantá'que volarent
Corpora mobilitate oſtendi,quamque repentè
Immemorabile per ſpatium tranſire ſolerent.
Haud igitur mirum eſt, ſi paruo tempore ſæpe
Tam magnos montis tempeſtas,atque tenebræ
Cooperiant maria,ac terras,impenſa ſupernè:
Vndique quandoquidem per caulas ætheris omnis,
Et quaſi per magni circumſpiracula mundi
Exitus,introitus'que elementis redditus exſtat.

De imbribus ac pluuijs.

Nunc age,quo pacto pluuius concreſcat in altis
Nubibus humor,& in terras [3]dimiſſus vt imber
Decidat,expediam. primùm iam ſemina aquaï
Multa ſimul vincam conſurgere nubibus ipſis
Omnibus ex rebus,pariter'que ita creſcere vtrũque,
Et nubis,& aquam,quæcumque in nubibus exſtat:

1 Ita rectè in v.l. in q. nomine. quod ex momine deprauatũ eſt. vt ſup. 79.5.
2 Hũc verſum ὀβελίζει. Lamb. in q.l. ab hum. in conſanguinea ſe amorib. omnibus. Marull. tum ſegnis abeſt. in al. adeſt.
3 Ita & ſup.q. demiſſus.

Vt pariter nobis corpus cum ſanguine creſcit:
Sudor item,atq; humor quicumque eſt deniq; mẽbris.
Concipiunt etiam multum quoque ſæpe marinum
Humorem,veluti pendentia vellera lanæ,
Cùm ſupera magnum venti mare nubila portant.
Conſimili ratione ex omnibus amnibus humor
Tollitur in nubes:quò cum bene ſemina aquarum
Multa modis multis conuenere vndique adaucta;
Confertæ nubes vi venti mittere certant
Dupliciter:nam vis venti contrudit; & ipſa
Copia nimborum turba maiore coorta
Vrget,& e ſupero premit,ac facit effluere imbris.
Præterea cùm rareſcunt quoque nubila ventis,
Aut diſſoluuntur ſolis ſuper icta calore;
Mittunt humorem pluuium [1]*ſtillantia,quaſi igni*
Cera ſuper calido tabeſcens multa liqueſcat.
Sed vehemens imber fit,vbi vehementer [2]*vtroque,*
Nubila vi cumulata premuntur,& impete venti.
At retinere diu pluuiæ,longum'que morari
Conſuerunt,vbi multa fuerunt ſemina aquarum;
Atque alijs aliæ nubes, nimbi'que rigantes,
Inſuper atque omni volgò de parte feruntur:
Terrá'que cum fumans humorem tota rehalat.

De arcu.

Hinc vbi ſol radijs tempeſtatem inter opacam
Aduerſa fulſit nimborum aſpergine contrà,
Tum color in nigris exſiſtit nubibus [3]*arqui.*
Cetera quæ ſurſum creſcunt,ſurſum'que creantur;
Et quæ concreſcunt in nubibus omnia,prorſum
Omnia,nix,venti,grando,gelidæ'que pruinæ,
Et vis magna geli,magnum duramen aquarum,
Et mora,quæ fluuios paſſim refrenat [4]*euntis:*
Perfacile eſt tamen hæc reperire,animó'que videre

1 Sic reſtitui. cũ v. l. haberent, ſtillante. ita ſup. Semine oriun-di. Marul. fecerat ſtillando. Lamb. ſtillantque.
2 In q. vtrimque
3 Ita Nonius. vulg. arci.
4 aquantis

Omnia

Omnia quo pacto fiant, quaré ue creentur,
Cum bene cognoris, elementis reddita quæ [1] ſint.
Nunc age, quæ ratio terraï motibus exſtet,
Percipe, & imprimis terram fac vt eſſe rearis
Subter item, vt ſupera eſt, vẽtis, atque vndique plenã
Speluncis; multos' que lacus, multas' que lacunas
In gremio gerere, & rupes, deruptá que ſaxa:
Multá que ſub tergo terraï flumina tecta
Voluere vi fluctus, ſubmerſá que ſaxa putandum eſt:
Vndique enim ſimilem eſſe ſui, res poſtulat ipſa.
His igitur rebus ſubiunctis, ſuppoſitis' que,
Terra ſupernè tremit magnis concuſſa ruinis
Subter, vbi ingentis ſpeluncas ſubruit ætas.
Quippe cadunt toti montes, magnó que repentè
Concuſſu latè diſſerpunt inde tremores:
Et meritò, quoniam plauſtris concuſſa tremiſcunt,
Tecta viam propter non magno pondere tota.
Nec minus exſultant, vbi currus cumque equitum vi
Ferratos vtrimque rotarum ſuccutit orbes.
Fit quoque, vbi [2] in magnas aquæ vaſtasq́ lacunas
Gleba vetuſtate e terra prouoluitur ingens,
[3] Vt iactetur, aquæ fluctu quoque terra vacillet:
Vt vas in terra non quit conſtare, niſi humor
Deſtitit in dubio fluctu [4] iactarier intus.
Præterea ventus cùm per loca ſubcaua terræ
Conlectus parti ex vna procumbit, & [5] vrget
Obnixus magnis ſpeluncas viribus altas;
Incumbit tellus, quò venti prona premit vis:
Tum, ſuperà terram quæ ſunt exſtructa domorum,
Ad cælum' que magis quanto ſunt edita quæque,
Inclinata [6] minent in eandem prodita partem,
Protractá que trabes impendent ire paratæ.

P 2 Et

1 In q. ſunt.

De terræmotu, varias adfert cauſſas.

2 Ita v.l. Marull. æquè. nõ rectè. aquæ priorem interdum habet productam.
3 Sic v.q. & vulg. in al. iactentur aquæ, &c. in q. vacillat. in q. vacillans.
4 q.v. verſarier
5 q.l. vrgit
6 Hæc veriſſ. ſcriptura. in q. l. tamẽ, minant, micãt, manent.

Et metuunt magni naturam credere mundi
Exitiale aliquod tempus, cladem'que manere,
Cùm videant tantam terrarum incumbere molem:
Quòd niſi reſpirent venti; non vlla refrenet
Res, neque ab exitio poſſit reprehendere [1]*euntem:*
Nunc quia reſpirant alternis, in'que graueſcunt,
Et quaſi conlecti redeunt, cedunt'que repulſi;
Sæpius hanc ob rem minitatur terra ruinas,
Quàm facit: inclinatur enim, retro'que percellit,
Et recipit prolapſa ſuas ſe in pondere ſedes.
Hac igitur ratione vacillant omnia tecta,
Summa magis medijs, media imis, ima perhilum.
Eſt hæc eiuſdem quoque magni cauſſa tremoris;
Ventus vbi, atque animæ ſubitò vis maxima quædam
Aut extrinſecus, aut ipſa [2]*ab tellure coorta*
In loca ſe caua terraï coniecit, ibi'que
Speluncas inter magnas fremit antè tumultu:
Verſabunda'que portatur pòſt incita cùm vis
Exagitata foras erumpitur, & ſimul altam
Diffindens terram, magnum concinnat hiatum.
In Tyria Sidone quod accidit, & fuit Aegis
In Peloponneſo. *quas exitus hic animaï*
[3]*Diſturbât vrbes, & terræmotus obortus?*
Multa'que præterea ceciderunt mœnia magnis
Motibus in terris, & multis per mare [4]*peſſum*
Subſedere ſuis pariter cum ciuibus vrbes.
Quòd niſi prorumpit, tamen impetus ipſe animaï
Et fera vis venti per crebra foramina terræ
Diſpertitur, vt horror; & incutit inde tremorem:
Frigus vti noſtros penitus cùm vênit in artus;
Concutit inuitos cogens tremere, atque moueri.
Ancipiti trepidant igitur terrore per vrbis:

1 Ità rectè Lib. ex v.l. in vulg. euntes.
2 Hoc ex v. l. manu. in q. al. a
3 Ita v.l. manu formisque deſcripti. vulg. diſturbauit res diſturbans, diſturbatque.
4 q. l. paſsim

Tecta

Tecta [1]ſupernè timent, metuunt infernè, cauernas
Terraï ne diſſoluat natura repentè;
Neu diſtracta ſuum latè diſpandat hiatum:
Id'que ſuis confuſa velit complere ruinis.
Proinde licet quamuis cælum, terram'que reantur
Incorrupta fore æternæ mandata ſaluti:
Attamen interdum præſens vis ipſa pericli
Subditat hunc ſtimulum quadam de parte timoris,
Ne pedibus raptim tellus ſubtracta feratur
In barathrum, rerum'que ſequatur prodita ſumma
Funditus, & fiat mundi confuſa ruina.
[2]Nunc ratio reddenda, augmen cur neſciat æquor.
Principio mare mirantur non reddere maius
Naturam, quò [3]fiat tantus decurſus aquarum:
Omnia quò veniant ex omni flumina parte.
Adde vagos imbris, tempeſtates'que volantes:
Omnia quæ maria, ac terras ſpargunt'que, rigant'q́ :
Adde ſuos fontes: tamen ad maris omnia ſummam
Guttaï vix inſtar erunt vnius ad augmen:
Quo minus eſt mirum, mare nō augeſcere magnum.
Præterea magnam ſol partem detrahit æſtu:
Quippe videmus enim veſtes humore madentis
Exſiccare ſuis radijs ardentibus ſolem.
At [4]pelagi multa, & latè ſubſtrata videmus:
Proinde licet quamuis ex vno quoque loco ſol
Humoris paruam delibet ab æquore partem;
Largiter in tanto ſpatio tamen auferet vndis.
Tum porrò venti magnam quoque tollere partem
Humoris poſſunt verrentes æquora ponti:
Vna nocte vias quoniam perſæpe videmus
Siccari, mollis'que luti concreſcere cruſtas.
Præterea docui multum quoque tollere nubes

1 q. l. ſuperna. &. inferna

Quare mare maius non fiat.

2 Hic verſus a q. v. manu formisq. deſcriptis abeſt.

3 Ita ex v. l. ſcripſi. nā & mox, quo veniant. vulg. fit.

4 Ita v. l. fere. in vulg. pleriſque pelago. Lamb. pelage, etiam rectè.

Humorem magno conceptum ex æquore ponti;
Et paſſim toto terrarum ſpargere in orbe,
Cùm pluit in terris, & venti nubila portant.
Poſtremò, quoniam raro cum corpore tellus
Eſt, & coniuncta eſt oras maris vndique cingens:
Debet, vt in mare de terris venit humor aquaï,
In terras itidem manare ex æquore ſalſo.
Percolatur enim virus, retróque remanat
Materies humoris, & ad caput amnibus omnis
Confluit: inde ſuper terras redit agmine dulci;
Quà via ſecta ſemel liquido pede detulit vndas.

De Aetna.

Nunc ratio quæ ſit, per fauces montis vt Aetnæ
Exſpirent ignes interdum turbine tanto,
Expediam. neque enim media de clade coorta
Flammæ tempeſtas Siculûm dominata per agros
Finitimis ad ſe conuertit gentibus ora,
Fumida cùm cæli ſcintillare omnia templa
Cernentes pauida complebant pectora cura,
Quid moliretur rerum natura nouarum.
Hiſce tibi in rebus latè eſt, altéque videndum,
Et longè cunctas in partis diſpiciendum,
Vt reminiſcaris ſummam rerum eſſe profundam,
Et videas cælum ſummaï totius vnum
Quàm ſit paruula pars, & quàm multeſima conſtet;
[1] Et quota pars homo ſit terraï totius vnus.
Quod bene propoſitum ſi planè contueare,
Ac videas; planè mirari multa relinquas.
Num quis enim noſtrûm miratur, ſi quis in artus
Accepit calido febrim feruore coortam,
Aut alium quemuis morbi per membra dolorem?
Obturgeſcit enim ſubitò pes: arripit acer
Sæpe dolor dentes; oculos inuadit in ipſos:

[1] Ita v. q. l. in q. v. Hæc f. leg. Ac vt & Marul. & vulg. Nec.

Exſiſtit

Exſiſtit ſacer ignis,& vrit corpore ſerpens
Quamcumque arripuit partem; repit'que per artus:
Nimirum,quia ſunt multarum ſemina rerum.
Et ſatis hæc tellus [1]*morbi, cælum'que mali fert,*
Vnde queat vis immenſi procreſcere morbi.
Sic igitur toti cælo,terræ'que putandum eſt,
Ex infinito ſatis omnia [2]*ſuppeditare,*
Vnde repentè queat tellus concuſſa moueri;
Per'que mare,& terras rapidus percurrere turbo;
Ignis abundare Aetnæus, flammeſcere cælum:
Id quoque enim fit, & ardeſcunt cæleſtia templa.
Vt tempeſtates pluuiæ grauiore coortu
Sunt,vbi forte ita ſe tetulerunt ſemina aquarum.
At nimis eſt ingens incendij turbidus ardor.
Scilicet & fluuius,qui non eſt,maximus eii eſt,
Quij non antè aliquem maiorem vidit; & ingens
Arbor,homo'que videtur: & omnia de genere omni,
Maxima quæ vidit quiſque,hæc ingentia fingit:
Cùm tamen omnia cum cælo,terra'que,mari'que,
Nihil ſint ad ſummam ſummaï totius omnem.
Nunc tamen illa modis quibus inritata repentè
Flamma foras vaſtis Aetnæ fornacibus efflet,
Expediam. primùm totius ſubcaua montis
Eſt natura, ferè ſilicum ſuffulta cauernis.
Omnibus eſt porrò in ſpeluncis ventus,& aër.
Ventus enim fit,vbi eſt agitando percitus aër.
Hic vbi percaluit,caleſecit'que omnia circùm
Saxa furens quà contingit, terram'que; & ab ollis
Excuſſit calidum flammis velocibus ignem:
Tollit ſe, ac rectis ita faucibus eicit altè,
Fundit'que ardorem longè,longe'que fauillam
Differt,& craſſa voluit caligine fumum;

1 Ita v.l.Marull.tamen,nobis.quod & Florẽtini & Lamb. ſunt ſecuti. ego v.l. ſequor. etſi mox ſequatur, procreſcere morbi.
2 vulg.ferè,ſuppeditari.

Extrudit'que ſimul mirando pondere ſaxa;
Ne dubites, quin hæc animai turbida ſit vis.
Præterea magni ex [1]*parti mare montis ad eius*
Radices frangit fluctus, æſtum'que reſorbet.
Ex hoc vſque [2]*mare ſpeluncæ montis ad altas*
Perueniunt ſubter fauces. hac ire fatendum eſt;
Et penetrare [3]*mari penitus res cogit aperto*
Atque efflare foras; ideo'que extollere flammas;
Saxa'que ſubiectare, & arenæ tollere nimbos.
In ſummo ſunt vertice item crateres, vt ipſi
Nominitant, nos quas fauces perhibemus, & ora.
Sunt aliquot quoque res, quarũ vnam dicere cauſſam
Non ſatis eſt, verùm pluris, vnde vna tamen ſit.
Corpus vt exanimum, ſi quod procul ipſe iacére
Conſpicias hominis; fit vt omnis dicere cauſſas
Conueniat leti, dicatur vt illius vna.
Nam neque eum ferro, nec frigore vincere poſſis
Interiiſſe; neque a morbo, neque forte veneno:
[4]*Verùm aliquid genere eſſe ex hoc, quod contio dicat;*
Scimus: item in multis hoc rebus dicere habemus.

De Nilo.

Nilus in [5]*æſtate creſcit; campis'que redundat*
Vnicus in terris Aegypti totius amnis:
Is rigat Aegyptum medium perſæpe calorem:
Aut quia ſunt æſtate aquilones oſtia contra
Anni tempore eo, quo [6]*eteſia flabra feruntur:*
Et contra fluuium flantes remorantur, & vndas
Cogentes ſurſus replent, cogunt'que manere.
Nam dubio procul hæc aduerſo flabra feruntur
Flumine, quæ [7]*gelidis a ſtellis axis aguntur.*
Ille ex æſtifera parti venit amnis ab auſtro
Inter nigra virûm, [8]*percocta'que ſæcla calore,*
Exoriens penitus media ab regione diei.

1 q. l. parte

2 Ita ferè v. l. vulg. mari. ſup. 13,13. & inf. verſ. 21.

3 Ita ferè o. l. v. manu formiſq; deſcripti. Marull. tamen mare & p. ſe cogier arto. & ita vulg. ferè, ac Lãb. mihi minimè placet. agit de vento poëta.

4 Ita ex v. l. noſtr. & al. reſtitui. vulg. & Lamb. credat. q. v. ites. ito.

5 Ita leg. q. l. æſtatẽ. malè. Lamb. æſtati. ſup. verſu, 5.

6 Ita & in v. noſtr.

7 f. gelidi

8 Sic Lamb. vt inf. in fin. vulg. percocto ſ. col.

Eſt

Eſt quoque, vti poſſit magnus congeſtus arenæ
Fluctibus aduerſis oppilare oſtia contra,
Cùm mare permotum ventis ruit intus arenam.
Quo fit vti pacto liber minus exitus amni,
Et [1]*procliuus item fiat minus impetus vndis.*
Fit quoque, vti pluuiæ forſan magis ad caput eius
Tempore eo fiant, quo eteſia flabra aquilonum
Nubila coniciunt in eas tunc omnia partis:
Scilicet ad mediam regionem eiecta diei
Cùm conuenerunt, ibi ad altos denique montis
Contruſæ nubes coguntur, vi'que premuntur.
[2]*Forſit & Aethiopum penitus de montibus altis*
[3]*Creſcat, vbi in campos albas* [4]*decedere ningues*
Tabificis ſubigit radijs ſol omnia luſtrans.
Nunc age, auerna tibi quæ ſint loca cumque, lacusq́;
Expediam, quali natura prædita conſtent.
Principio, quòd auerna vocantur, nomen id ab re
Impoſitum eſt, quia ſunt auibus contraria cunctis;
E regione ea quòd loca cùm venere volantes,
Remigij oblitæ pennarum vela remittunt,
Præcipites'que cadunt molli ceruice profuſæ
In terram, ſi forte ita fert natura locorum;
Aut in aquam, ſi forte lacus ſubſtratus auerno eſt.
Is [5]*lacus eſt Cumas apud, & Veſuui per montis,*
Oppleti calidis vbi fumant fontibus auctus.
Eſt & Athenæis in mœnibus, arcis in ipſo
Vertice, Palladis ad templum Tritonidos almæ,
Quò numquam pennis appellunt corpora raucæ
Cornices, [6]*non, cùm fumant altaria donis.*
Vſqueadeò fugitant non iras Palladis acris
Peruigilij cauſſa, Graiûm vt cecinere poëtæ;
Sed natura loci [7]*hoc opus efficit ipſa* [8]*ſua vi.*

1 vulg. procliuus contra vetuſtatem.

2 Ita rectè Lãb. ex v.l. vulg. forſitan, & etiam non malè.
3 In al. l. etiam v. Creſcit
4 Lamb. deſcẽdere.

De auernis, ac peſtilẽtib. grauibusq́ue in locis quibuſdã, odoribus.

5 Ita v.l. is, id eſt, eius generis. montis, id eſt, mõtes. vt inf. n.8, 31. mõtes Heliconis. vulg. hæc per ſciolos deprauata ſunt. ſ. prope leg. pro per. certè lacus poſui pro locus. vt apud Feſt. Curtij. Lamb. hos 3. verſus ὀβελίζει.
6 Ita interpunxi vulg. non cum, &c.

7 In v. noſtris.
8 Ita Lamb. in al. ſuapte.

1 Marull. volantes contra lib. o.

In Syria quoque fertur item locus eſſe [1] videri,
Quadrupedes quoque quò ſimul ac veſtigia primùm
Intulerint; grauiter vis cogat concidere ipſa,
Manibus vt ſi ſint diuis mactata repentè.
Omnia quæ naturali ratione geruntur;
Et quibus e cauſſis fiant, apparet origo:
Ianua ne [2] potius his Orci regionibus eſſe
Credatur [3] poſta: hinc animas Acheruntis in oras
Ducere forte Deos manis infernè reamur;
Naribus alipedes vt cerui ſæpe putantur
Ducere de latebris ſerpentia ſæcla ferarum.
Quod procul a vera quàm ſit ratione repulſum,
Percipe: namque ipſa de re nunc dicere conor.
Principio hoc dico, quod dixi ſæpe quoque antè,
In terra cuiuſque modi rerum eſſe figuras;
Multa, homini quæ ſunt vitalia; multáque morbos
Incutere, & mortem quæ poſſunt accelerare:
Et magis eſſe alijs alias animantibus aptas
Res ad vitaï rationem oſtendimus ante,
Propter diſſimilem naturam, diſſimileſque
Texturas inter ſeſe, primaſque figuras.
Multa meant inimica per aures, multa per ipſas
Inſinuant naris infeſta, atque aſpera [4] tactu.
Nec ſunt multa parum tactu vitanda, neque autem
Adſpectu fugienda, ſaporéque triſtia quæ ſint.
Deinde videre licet, quàm multæ ſint homini res
Acriter [5] infeſto ſenſu, ſpurcæque, graueſque.
Arboribus primùm certis grauis vmbra tributa eſt,
Vſqueadeò, capitis faciant vt ſæpe dolores,
Si quis eas ſubter iacuit proſtratus in herbis.
Eſt etiam in magnis Heliconis montibus [6] arbos
Floris odore hominem tetro conſueta necare.

2 Ita ex v. l. veſtigijs ſcripſi. vulg. potius Orci.
3 Marull. poſita. vulg. poſt hinc. malè.
4 Ita o. l. quos viderim. Lamb. odore. quod bonum quidẽ eſt. ſed libros poſco.
5 In Nonio. infeſtẽt ſenſum. f. infeſtæ ſenſu.
6 taxum fortaſſe intelligit.

Scili-

Scilicet hæc ideò terris ex omnia ſurgunt ;
Multa modis multis multarum ſemina rerum
Quòd permiſta gerit tellus, diſcretáque tradit.
Nocturnúmque recens exſtinctum lumen, ubi acris
Nidore offendit nares, conſopit ibidem :
[1] Deicere ut prinos qui morbus ſæpe ſueuit:
Caſtoreóque graui mulier ſopita recumbit ;
Et manibus nitidum teneris opus effluit ei,
Tempore eo ſi odorata eſt, quo menſtrua ſoluit.
Multáque præterea languentia membra per artus
Soluunt ; atque animam labefactant ſedibus intus.
Denique ſi calidis etiam cunctere [2] lauacris,
Plenior & fueris ſolio in feruentis aquaï,
Quàm facile in medio fit uti des ſæpe ruinas?
Carbonúmque grauis vis, atque odor inſinuatur
Quàm facile in cerebrũ, niſi aquã præcepimus antè ;
[3] Aut niſi membra priùs pertexit frigida ſeruus ;
Aut ſit odos vini, plagæ manabilis mora?
Non'ne vides etiam terra quoque ſulfur in ipſa
Gignier, & tetro concreſcere odore bitumen?
Denique, vbi argenti venas, auríque ſequuntur
Terraï penitus ſcrutantes abdita ferro,
Qualis exſpiret [4] ſcaptenſula ſubter odores?
Quid'ue mali fit vt exhalent aurata metalla?
Quas hominum reddunt facies? qualíſque colores?
Non'ne vides, audis'ue perire in tempore paruo
Quam ſoleant? & quàm vitaï copia [5] deſiat,
Quos opere in tali cohibet vis magna? [6] neceſſe eſt
Hos igitur tellus omnis exæſtuet æſtus ;
Exſpiretque foras in aperta, promptáque cæli.
Sic & auerna loca alitibus ſummittere debent
Mortiferam vim, de terra quæ ſurgit in auras,

Redit ad Auerna.

1 Ita ex v.l. optimè a nobis reſtitutus hic eſt locus. in mult.v. Concidere vt primos qui morbus mittere ſueuit. q. pronos vt Marull. & vulg. q. morbo. q. &, vide inf. 226, 19.

2 Ita leg. etiam ex noſtris.

3 Ita ex v. l. ſcripſimus, rectiſſ. ſententia perſpicua.

4 Ita o. l. & Feſt. malè Lãb. Scapteſula.

5 Ita cõiectura ductus ſcripſi. in l. defit. in q. deſit.

6 Marull. vacare, peſſimè.

Vt ſpatium cæli quadam de parte venenet:
Quò ſimul ac primùm pennis delata ſit ales;
Impediatur ibi cæco conrepta veneno;
Et cadat e regione loci, quà [1]derigit æſtus
Quò cùm conruit; hæc eadem vis illius æſtus:
Relliquias vitæ membris ex omnibus aufert.
Quippe etenim primò quaſi quendam conciet æſtum:
Poſteriùs fit, vti, cùm iam cecidere veneni
In fontis ipſos, ibi ſit quoque vita vomenda;
Propterea quòd magna mali ſit copia circùm.
Fit quoque, vt interdum vis hæc, atque æſtus auerni
Aëra, qui inter auis cumque eſt, terram'que locatus,
Diſcutiat, propè vti locus hinc linquatur inanis:
Cuius vbi e regione loci venêre volantes;
Claudicat extemplò pinnarum niſus inanis:
Et conamen vtrimque alarum [2]proditur omne.
Hìc, vbi [3]nixari nequeunt, inſiſtere'que alis;
Scilicet in terram delabi pondere cogit
Natura: & vacuum propè iam per inane iacentes,
Diſpergunt animas per caulas corporis omnis.

Cur aqua in puteis æſtate frigida ſit.

Frigidior porrò in puteis æſtate fit humor:
[4]Rareſcit quia terra calore, & ſemina ſiqua
Forte vaporis habet, properè dimittit in auras.
Quo magis eſt igitur tellus [5]affecta calore:
Hoc fit frigidior, qui in terra eſt abditus, humor.
Frigore cùm premitur porrò omnis terra, coit'que,
Et quaſi concreſcit: fit ſcilicet, vt coëundo
Exprimat in puteos, ſi quem gerit ipſa calorem.

De fonte ad Ammonis.

[6]Eſſe apud Ammonis fanum fons luce diurna
Frigidus, at calidus nocturno tempore fertur.
Hunc homines fontem nimis admirantur, & acri
Sole putant ſubter terras feruiſcere raptim,

Nox

1 Ita ex v.q. malui. in al. dirigit.

2 Ita v.l. vulg. perditur.

3 Sic o.l. Feſt. tamẽ niſtari. ſed vide indic. & ſup. 124, 13.

4 Ita leg. ex v. & inf. Et rareſecit, &c.

5 Ita rectè Lamb. ex v. agit enim de æſtate. in al. effœtas ita variatum ſup.

6 In q.l. Eſt, vt ſubintelligatur, qui, ibi, luce.

Nox vbi terribili terras caligine texit.
Quod nimis a vera eſt longè ratione remotum.
Quippe vbi ſol [1]nudum contrectans corpus aquaï,
Non quierit calidum ſupera de reddere parte,
Cùm ſuperum lumen tanto feruore fruatur;
Qui queat hic ſubter tam [2]craſſo corpore terram
Percoquere humorem & calido [3]ſociare vapori?
Præſertim cùm vix poſſit per ſæpta domorum
Inſinuare ſuum radijs ardentibus æſtum?
Quæ ratio eſt igitur? nimirum terra magis quòd
[4]Rara tenet circùm hunc fontem, quàm cetera tellus:
Multáque ſunt ignis prope ſemina corpus aquaï.
Hinc vbi roriferis terram nox obruit vmbris;
Extemplò ſubtus frigeſcit terra, coit'que.
Hac ratione fit, vt, tamquam compreſſa manu ſit,
Exprimat in fontem, quæ ſemina cumq; habet ignis,
Quæ calidum faciunt [5]aquæ tactum, atque ſaporem.
Inde vbi ſol radijs terram dimouit [6]obortus,
Et rarefecit calido miſcente vapore:
Rurſus in antiquas redeunt primordia ſedes
Ignis, & in terram cedit calor omnis aquaï.
Frigidus hanc ob rem fit fons in luce diurna.
Præterea ſolis radijs iactatur aquaï
Humor, & in [7]luce tremulo rareſcit ab æſtu:
Propterea fit, vti quæ ſemina cumque habet ignis,
Dimittat: [8]quaſi ſæpe gelum, quod continet in ſe,
Mittit, & exſoluit glaciem, nodos'que relaxat.
Frigidus eſt etiam fons, ſupra quam ſita ſæpe
Stuppa iacit flammas concepto protinus igni;
Tedáque conſimili ratione accenſa per vndas
Conlucet, quocumque natans impellitur auris:
Nimirum quia ſunt in aqua permulta vaporis

Semi-

1 q. vulg. vdum malè.

2 Ita etiã in noſtr. lib. in al. craſſi corporis.

3 v. q. l. ſatiare vapore. &, vaporem.

4 Sic Lamb. præclarè: quod & lib. noſtr. confirmatur.

5 Ita ex Beda ſcripſi, libris repugnãtib. in q. Eſt, laticis. ſed hoc nõ dubito quin ex ignoratione numerorum irrepſerit.

6 Hoc malui cùm Marull. conſentientib. lib. q. in al. obortis.

7 Ita coniectura ductus ſcripſi, in al. lucem.

8 Sic ex v. l. reſtitui. quaſi, id eſt, quẽadmodum. q. l. cùm al. quin. al. quia. omnia mendosè, vt etiam alio loco.

In aqua tedam ardere.

Semina, de terra'que neceſſe eſt funditus ipſa
Ignis corpora per totum conſurgere fontem,
Et ſimul exſpirare foras, exire'que in auras;
Non tam viua tamen, calidus queat vt fieri fons.

De fonte dulci in mari.

Præterea diſperſa foras erumpere cogit
Vis per aquam ſubitò, ſurſum'que ea conciliari.
Quod genus [1]*endo mari ſpirat fons dulcis aquaï;*
Qui ſcatit; & ſalſas circùm ſe dimouet vndas.
Et multis alijs præbet regionibus æquor
Vtilitatem opportunam ſitientibus nautis,
Quòd dulcis inter ſalſas interuomit vndas.
Sic igitur per eum poſſunt erumpere fontem,
Et ſcatere illa foras in ſtuppam ſemina: quò cum
Conueniunt; aut cum tedaï corpori adhærent:
Ardeſcunt facilè extemplo: quia multa quoque in ſe
Semina habent ignis ſtuppæ, tedæ'que tenentes.
Non'ne vides etiam nocturna ad lumina [2] *lychnum,*
Nuper vbi exſtinctum admoueas, accendier antè,
Quàm tetigit flammam? tedam'que pari ratione?
Multa'que præterea prius ipſo tacta vapore
Eminus ardeſcunt, quàm comminus imbuat ignis.
Hoc igitur fieri quoque in illo fonte putandum eſt.

De lapide magnete.

Quod ſupereſt, agere incipiam, quo fœdere fiat
Naturæ, lapis hic vt ferrum ducere poſſit,
Quem magneta vocant patrio de nomine Graij,
Magnetum quia ſit patrijs in finibus ortus.
Hunc homines lapidem mirantur: quippe catenam
Sæpe ex anellis reddit pendentibus ex ſe.
Quinque etenim licet interdum, plures'que videre
Ordine [3] *demiſſos leuibus iactarier* [4] *auris;*
Vnus vbi ex vno dependet ſubter adhærens;
Ex alio'que alius lapidis vim, vincla'que noſcit.

Vſque-

1 Ita v. q. rectè. vulg. Inde. ſup. 132, 13.

2 In v. noſtr. ita. rectiſſ. vulg. ferè linũ. q. lignum. ex mala pronũtiatione creato mendo. ſententia eſt perſpicua & popularis.

3 q. l. demiſſo.

4 q. l. v. hamis: etiã rectè. vt mox, vincla'q. noſcit.

Vſqueadeò permananter vis perualet eius.
Hoc genus in rebus firmandū eſt multa priùs, quàm προθερά-πδοις.
Ipſius reii rationem reddere poſſis:
Et nimiùm longis ambagibus eſt adeundum.
Quo magis attentas auris, animum'que repoſco.
Principio omnibus a rebus quaſcumque videmus,
Perpetuò fluere, ac mitti fateare neceſſe eſt
Corpora, quæ feriant oculos, viſum'que laceſſant:
Perpetuo'que fluant certis ab rebus [1] odores: 1 Marull. & Lamb. obortu, contra o. L. malè. vide ſup. 115, 2.
Frigus vt a fluuijs, calor a ſole, æſtus ab vndis
Aequoris, exeſor [2] mœrorum litora propter. 2 Ita v. l.
Nec varij ceſſant ſonitus manare per [3] aures. 3 In lib. auras. ſed vide ſup. 115, 5.
Denique in os ſalſi venit humor ſæpe ſaporis,
Cùm mare verſamur propter; diluta'que contrà
Cùm tuimur miſceri abſinthia, tangit amaror.
Vſqueadeò omnibus ab rebus res quæque fluenter
Fertur, & in cunctas dimittitur vndique partis.
Nec mora, nec requies inter datur vlla fluendi:
Perpetuò quoniam ſentimus, & omnia ſemper
[4] Cernere, odorari licet, & ſentire ſonare. 4 vide ſup. 115, 13.
Nunc, omnes, repetam, quàm raro corpore ſint res, Multas res eſſe raro corpore.
Commemorare; quod in primo quoq; carmine claret.
Quippe etenim, quamquā multas hoc pertinet ad res
Noſcere; cumprimis hanc ad rem protinus ipſam,
Qua de diſſerere aggredior, firmare neceſſe eſt,
Nihil eſſe in promptu, niſi [5] corpus mixtum inani. 5 Ita ex q. v. ſcripſi poſcente etiā eum ordinem ſententia. in al. miſtū corpus.
Principio fit, vt in ſpeluncis ſaxa ſuperna
Sudent humore, & guttis manantibus ſtillent.
Manat item nobis e toto corpore ſudor;
Creſcit barba, pili'que per omnia membra, per artus:
[6] Diditur in venas cibus omnis, auget, alit'que 6 f. leg. Diditus
Corporis extremas quoque partis, vnguiculos'que.

Fri-

Frigus item tranſire per æs, calidum'que vaporem
Sentimus; ſentimus item tranſire per aurum,
Atque per argentum, qùm pocula plena tenemus.
Denique per diſſæpta domorum ſaxea voces
Peruolitant, permanat [1] odos, frigus'que, vapos'que
Ignis: quin ferri quoque vim penetrare ſueuit,
Vndique quà circùm [2] coli lorica coërcet,
Morbida [3] vis, quæcumque extrinſecus inſinuatur.
Et tempeſtates terra, cælo'que coortæ
In cælum terras'que remotæ iure faceſſunt,
Quandoquidem nihil eſt non raro corpore nexum.
Huc accedit, vti non omnia, quæ iaciuntur
Corpora cumque ab rebus, eodem prædita ſenſu,
Atque eodem pacto rebus ſint omnibus apta.
Principio terram ſol excoquit, & facit are:
At glaciem diſſoluit, & altis montibus altè
Exſtructas ningues radijs tabeſcere cogit.
Denique cera [6] liqueſcit in eius poſta vapore.
Ignis item liquidum facit æs, aurum'que reſoluit:
At coria, & carnem trahit, & conducit in vnum.
Humor aquæ porrò ferrum condurat ab igni:
At coria, & carnem mollit durata calore.
Barbigeras oleaſter eò iuuat vſque capellas,
[7] Diffluat ambroſia quaſi verò, & nectare tinctus:
At nihil eſt homini, [8] quod amarius frunde hac exſtet.
Denique amaracinum fugitat ſus, & timet omne
Vnguentum; nam ſetigeris ſubus acre venenum eſt:
Quod nos interdum tamquam recreare videtur.
At contrà nobis cœnum teterrima cùm ſit
Spurcities, eadem ſubus hæc [9] iucunda videtur;
Inſatiabiliter toti vt voluantur ibidem.
Hoc etiam ſupereſt, ipſa quàm dicere de re

Aggre-

1 Ita in v. noſtris. & Nonius.
2 Ita ferè v. in q. v. cæli. q. corij. vulg. colli. mihi aqua heret. Lamb. corpus.
3 Ita in l. noſtr. vulg. & in q. v. viſque ſimul cum. Lamb. fecit, quæcunque. etiam rectè.
4 Ita ferè o. l. manu formisque deſcripti. Lamb. hæc mutauit. non rectè.
5 Ita ferè Tibul. 1. eleg. ponitur ante. pro anteponitur.
6 v. q. liquefit ita & 225, 24. variatū.
7 vulg. Effluat. malè.
8 Ita ex v. noſtris ſcripſi. vulg. homini, quod amarum frondeat æquè.
9 Ita in l. noſtr. & Marull. vulg. quib⁹ hæc munda. Lamb. ſubus hæc res munda. contra v. l.

Aggredior, quod dicendum priùs eſſe videtur:
Multa foramina cùm varijs ſint reddita rebus;
Diſſimili inter ſe natura prædita debent
Eſſe, & habere ſuam naturam quæque, viaſque.
Quippe etenim varij ſenſus animantibus inſunt,
Quorum quiſque ſuam propriè rem percipit in ſe.
Nam penetrare aliò ſonitus, alióque ſaporem
Cernimus e ſuccis, aliò nidoris odores.
Præterea manare aliud per ſaxa videtur;
Atque aliud per ligna, aliud tranſire per aurum:
Argentóque foras aliud, vitróque meare,
Nam fluere hàc ſpecies, illàc calor ire videtur;
Atque alijs aliud citiùs tranſmittere eâdem.
Scilicet id fieri cogit natura viarum
Multimodis varians, vt paullo oſtendimus antè,
Propter diſſimilem naturam, textáque rerum.
Quapropter [1] benè vbi hæc confirmata, atque locata
Omnia conſtiterint nobis præpoſta, parata:
Quod ſupereſt, facilè hinc ratio reddetur, & omnis
Cauſſa patefiet, quæ ferri pelliciat vim.
Principio, fluere e lapide hoc permulta neceſſe eſt
Semina, ſiue æſtum, qui [2] diſcutit aëra plagis:
Inter qui lapidem, ferrúmque eſt cumque locatus.
Hoc vbi inanitur ſpatium, multúſque [3] vacefit
In medio locus; extemplò primordia ferri
In vacuum prolapſa [4] cadant coniuncta, fit, vtque
Anulus ipſe ſequatur, eatque ita corpore toto.
Nec res vlla magis primoribus ex elementis
Endopedita ſuis artè connexa cohæret,
Quàm validi ferri naturæ frigidus horror.
Quo minus eſt mirum, quod paullo diximus antè,
Corpora ſi nequeunt de ferro plura coorta

De variis rerum foraminibus & viis.

1 Ita q.v.

Hic demum reddit rationem, cur magnes ferrum trahat.

2 q.l. vulg. deſtinat.
3 q. v. c. & vulg. vaceſcit. vide & 224, 18.
4 Ita ex q.l. & cum Marull. in alijs. in al. lib. cadunt, etiam benè.

In vacuum ferri, quin anulus ipſe ſequatur:
Quod facit, & ſequitur donec peruênit ad ipſum
Iam lapidem, caeciſque in eo compagibus hæſit.
Hoc fit [1] item cunctas in partis; vnde [1] vacefit
Cumque locus, ſiue ex tranſuerſo, ſiue ſupernè,
Corpora continuò in vacuum vicina feruntur:
Quippe agitantur enim plâgis aliunde, nec ipſa
Sponte ſua ſurſum poſſunt conſurgere in auras.
Huc accedit item, quare queat id magis eſſe,
Hæc quoque res adiumento, motúque iuuatur,
Quòd ſimul [2] a fronte eſt anelli rarior aër
Factus, inanitúſque locus magis, ac vacuatus;
Continuò fit, vti qui pòſt eſt cumque locatus
Aër, a tergo quaſi prouehat, atque propellat.
Semper enim circumpoſitus res verberat aër.
Sed tali fit vti propellat tempore ferrum,
Parte quòd ex vna ſpatium vacat, & capit in ſe.
Hic vbi, quem memoro, per crebra foramina ferri eſt
[3] Priuas ad partis ſubtiliter inſinuatus;
Trudit, & impellit, quaſi nauim, veláq; ventus.
Denique res omnes debent in corpore habere
Aëra, quandoquidem raro ſunt corpore, & aër
Omnibus eſt rebus circumdatus, adpoſitúſque.
Hic igitur, penitus qui in ferro eſt abditus aër,
Sollicito motu ſemper iactatur, eóque
Verberat anellum dubio procul, & ciet intus
Scilicet: atque eôdem fertur, quò præcipitauit
Iam ſemel; & [4] partem in vacuam conamina ſumpſit.
Fit quoque, vt a lapide hoc ferri natura recedat
Interdum fugere, atque ſequi conſueta viciſſim.
Exſultare etiam Samothracia ferrea vidi,
Et ramenta ſimul ferri furere intus ahenis

Inſca-

1 v. q. idem. & , vacefcit.

2 Sic & v. noſt. vulg. ac.

3 Ita ſcripſi, cùm in lib. eſſet preuas., pra uas, paruas: Marull. prouas, & ita vulg. vide ſup. 195. 7. & 219, 6.

4 Ita o. ferè lib. manu formúq. deſcripti. quid. cacue vacue. f. quamque in partem. Lamb. quâquam in partem.

In ſcaphijs, lapis hic magnes cùm ſubditus eſſet.
Vſqueadeò fugere a ſaxo geſtire videtur
Aere interpoſito, & diſcordia tanta creatur:
Propterea quia nimirum priùs æſtus vbi æris
[1]Præcepit, ferri'que vias poſſedit apertas;
Poſterior lapidis venit æſtus; & omnia plena
Inuenit in ferro; neque habet quà tranet, vt antè:
Cogitur offenſare igitur, pulſare'que fluctu
Ferrea texta ſuo: quo pacto reſpuit ab ſe,
Atque per æs agitat, ſine eò quod ſæpe reſorbet.
Illud in his rebus mirari mitte, quòd æſtus
Non valet e lapide hoc alias impellere item rēs:
Pondere enim fretæ partim ſtant; quod genus aurum;
Ac partim, raro quia ſunt cum corpore, vt æſtus
Peruolet intactus, nequeunt impellier vſquam:
Lignea materies in quo genere eſſe videtur.
Inter vtraſque igitur ferri natura locata
Aeris vbi accepit quædam corpuſcula; tum fit,
Impellant vt eam Magneſii[2] flumina ſaxi.
Nec tamen hæc ita ſunt aliarum rerum aliena,
Vt mihi multa parum genere ex hoc ſuppeditentur,
Quæ memorare queam inter ſe[3] ſingulariter apta.
Saxa vides primum ſola[4] coaleſcere calce:
Glutine materies taurino iungitur vnà,
Vt vitio venæ tabularum ſæpius hiſcant,
Quàm laxare queant compages taurea vincla.
Vitigeni latices in aquai fontibus audent
Miſceri, cùm pix nequeat grauis, & leue oliuum.
Purpureus'que colos conchilij[5] mergitur vnà
Corpore cum lanæ, dirimi qui non queat vmquam,
Non, ſi Neptuni fluctu renouare operam des;
Non, mare ſi totum velit eluere omnibus vndis:

Q 2 Deni-

1 Ita ferè o. v. vulg. ferè percepit.

2 Sic ex v. l. ſcripſi. flumina dicit; quod modò, æſtum & fluctum. in q. v. ſemlda. vide ſup 140, 14. hoc Lab. vulg. Magneſia flumine ſaxa. etiam non male. q. l. flamine.

3 Ita ex v. l. ſcribo, vt & ſup. 116, 14. & inf. 228, 11.

4 Ita o. l. cur ergo Lamb. coaleſcere.

5 Ita v. noſtri. in al. q. & vulg. iungitur in q. vno.

Deniq; res [1] auro argentum copulat vnà,
[2] Aereáque res plumbo fit vti iungatur ab albo.
Cetera iam quàm multa licet reperire? quid ergo?
Nec tibi tam longis opus eſt ambagibus vſquam:
Nec me tam multam hic operam conſumere par eſt:
Sed breuiter paucis reſtat comprendere multa.
Quorum ita texturæ ceciderunt mutua contrà,
Vt caua conueniant plenis hæc illius, illa
Huiuſque: inter ſe iunctura horum optima conſtat.
Eſt etiam, quaſi vt [3] anellis, hamiſque plicata
Inter ſe quædam poſſint [4] copulata teneri:
Quod magis in lapide hoc fieri, ferróque videtur.
Nunc, ratio quæ ſit morbis, aut vnde repentè
Mortiferam poſſit cladem conflare coorta
Morbida vis hominum generi, pecudumq; cateruis,
Expediam. primùm multarum ſemina rerum
Eſſe ſuprà docui, quæ ſint vitalia nobis:
Et contrà, quæ ſint morbo, mortíque neceſſe eſt
Multa volare. ea cùm caſu ſunt forte coorta,
Et perturbarunt cælum: fit morbidus aër.
Atque ea vis omnis morborum, peſtilitaſque
Aut extrinſecus, vt nubes, nebuléque, ſupernè
Per cælum veniunt; aut ipſa ſæpe coorta
De terra ſurgunt, vbi [5] putorem humida nacta eſt,
Intempeſtiuis pluuijſque & ſolibus icta.
Non'ne vides etiam cæli nouitate, & aquarum
Tentari, procul a patria quicumque, domóque
Adueniunt? ideò quia longè [6] diſcrepitat res.
Nam [7] quid Britanis cælum differre putamus,
Et quod in Aegypto eſt, quà mundi claudicat axis?
Quid'ue quod in Põto eſt, differre a Gadibus, atque
Vſque ad nigra virûm, [8] percoctáque ſæcla calore?

Quæ

De origine morborũ & peſtilentiæ.

1 Sic v. ferè. In q. aurum. Lamb. & Marull. concopulat.
2 Sic v. l. ferè vulg. Aeraque nec. q. Aes æque. Lamb. Aeriquę æs.

3 Ita v. noſtri, & vulg. o. malè Lamb. angellis. in q. v. ancillis. quod deprauatum eſt ex anellis. vide ſup. 222, 28.
4 Ita v. l. ſup. 227, 22. vulg. compacta.

5 Ita in v. l. & vulg. Lamb. putrorem. vt ſup. 63, 14. ſed ibi putror, hic putor magis quadrare videtur.
6 Sic v. noſtri. in q. v. diſcrepit acres. in q. diſcrepat acres. vulg. diſcrepitãt res. Pius diſcrepat aër. vt mox. varius cõcinnat id aër. ego a lib. non auſim recedere. ita & ſup. vſus eſt rei verbo ἀυρ- ρως 123, 18.
7 Ita in v. l. repperi. malè ergo alij Britannũ. Marul. Namque Britanis quid cælum. cõtra v. l. f. leg. Id quod in Aeg.
8 q. l percocto.

Quæ cùm quattuor inter ſe diuerſa videmus
Quattuor a ventis, & cæli partibus eſſe;
Tum color, & facies hominum diſtare videntur
Largiter, & morbi generatim ſæcla tenere.
Eſt elephas morbus, qui propter flumina Nili
Gignitur Aegypto in media, neque præterea vſquam.
Atthide tentantur greſſus; oculi'que in Achæis
Finibus: inde alijs alius locus eſt inimicus
Partibus, ac membris, varius concinnat id aër.
Proinde vbi ſe cælum, quod nobis forte alienum,
Commouet, atque aër inimicus ſerpere cœpit;
Vt nebula, ac nubes, paullatim repit, & omne
Quà graditur, conturbat, & immutare coactat;
Fit quoque, vt, in noſtrum cùm venit deniqué cælum;
Corrumpat, reddat'que ſui ſimile, atque alienum.
Hæc igitur ſubitò clades noua, peſtilitas'que
Aut in aquas cadit, aut fruges perſidit in ipſas,
Aut alios [1] *hominum paſtus, pecudum'que cibatus;*
Aut etiam ſuſpenſa manet vis aëre in ipſo;
Et cùm ſpirantes mixtas hinc ducimus auras,
Illa quoque in corpus pariter ſorbere neceſſe eſt.
Conſimili ratione venit bubus quoque ſæpe
Peſtilitas, etiam [2] *pecubus balantibus ægror.*
Nec refert vtrùm nos in loca deueniamus
Nobis [3] *aduerſa, & cæli mutemus amictum:*
An cælum nobis vltro natura [4] *corruptum*
Deferat, aut aliquid, [5] *quod non conſueuimus vti,*
Quod nos aduentu poſſit tentare recenti.
Hæc ratio quondam morborum, & mortifer [6] *æſtus,*
Finibus Cecropijs funeſtos reddidit agros;
Vaſtauit'que vias, exhauſit ciuibus vrbem.
Nam penitus veniens, Aegypti e finibus [7] *ortus,*

1 q.l. homini
2 Ita ex v.l. hûc locum reſtitui. vulg. pecudum balatibus ægris. hoc Marull. nouauit contra v.l. vide indicem.
3 Ita v.l. vulg. diuerſa.
4 Ita o.l.v. vt fit creticus in 5. loco. vide ind. verſus.
5 Sic l.v. Marul. mutauit in, quo.

Deſcriptio peſtilẽtiæ Atheniẽſium, expreſſa ad verbum e Thucydide libr. 2. videat hic lector admirabile poetæ doctrinam & orationis copiam. imitatus eſt Virg. 3. Geor. & alij.

6 Ita Macrob. & Marull. & v.q. in pleriſque, æ.f.leg. aër.
7 ſic ex v.l. reſtitui. vulg. oreus. q.l. Aegypti finibus ortus. ſ. æſtus mortifer.

Aëra permenſus multum, campoſ'que natantis,
Incubuit tandem populo Pandionis: omnes
Inde, cateruatim morbo, morti'que dabantur.
Principio caput incenſum feruore gerebant;
Et duplicis oculos ſuffuſa luce rubentes.
Sudabant etiam fauces intrinſecus atro
Sanguine; & vlceribus vocis via ſæpta coïbat:
Atque animi interpres manabat lingua cruore,
Debilitata malis, motu grauis, aſpera tactu.
Inde vbi per fauces pectus complerat, & ipſum
Morbida vis in cor mæſtum confluxerat ægris;
Omnia tum verò [1] vitaï clauſtra lababant.
Spiritus ore foras tetrum voluebat odorem,
Rancida quo perolent proiecta cadauera ritu.
Atque animi prorſum vires totius, & omne
Languebat corpus, leti iam limine in ipſo.
Intolerabilibus'que malis erat anxius angor
Aſſiduè comes, & gemitu commixta querela.
Singultus'que frequens noctem perſæpe, diem'que
Conripere aſſiduè neruos, & membra coactans,
Diſſoluebat eos defeſſos antè, fatigans.
Nec nimio cuiquam poſſes ardore tueri
[2] Corporis in ſummo ſummam feruiſcere partem;
Sed potius tepidum manibus proponere tactum:
Et ſimul vlceribus quaſi inuſtis omne rubere
Corpus; vt eſt, per membra ſacer cùm diditur ignis.
Intima pars homini verò flagrabat [3] adeſa;
[4] Flagrabat ſtomacho flamma, vt fornacibus, intus:
Nihil adeò [4] poſſet cuiquam leue, tenue'que membris
Vertere in vtilitatem. ad ventum, & frigora ſemper;
In fluuios partim gelidos ardentia morbo
Membra dabant, nudum iacientes corpus in vndas:

1 Ita & ſup. lib. 1. q. e. vitalia. vide & ſup. 255, 18.

2 f. Corpore vt ſit hiatus Lucret. & Enn.

3 Ex v. l. ita ſcripſi. habet & Pius. in al. ed oſſa. q. hominum, contra v. l.

4 Hunc ὀβελίζει Lamb. malè, contra o. l.

4 In q. l. poſſes. in q. poſſis. f. Vertier, aut Verti. vide ſup. 7, 25.

Multi præcipites lymphis putealibus altè
Inciderunt ipſo venientes ore patente.
Inſedabiliter ſitis arida corpora merſans
Aequabat multum paruis humoribus imbrem.
Nec requies erat vlla mali: defeſſa iacebant
Corpora: muſſabat tacito medicina timore.
Quippe patentia cùm totas ardentia noctes
Lumina verſarent oculorum expertia ſomno,
Multáque præterea mortis tum ſigna dabantur:
Perturbata animi mens in mærore, metúque;
Triſte ſupercilium; furioſus voltus, & acer:
Sollicitæ porrò, plenǽque ſonoribus aures;
Creber ſpiritus,[1] *ac ingens, raróque coortus;*
Sudoríſque madens per collum ſplendidus humor:
Tenuia ſputa, minuta, croci[2] *contacta colore,*
Salſáque, per fauces raucas vix edita tuſſi.
In manibus verò trahier neruí, & tremere artus:
A pedibúſque minutatim ſuccedere frigus
Non dubitabat: item ad ſupremum denique tempus
Compreſſæ nares; naſi primoris acumen
Tenue, cauati oculi, caua tempora, frigida pellis,
Duráque:[3] *inhorrebat rictum: frons tenta meabat.*
Nec nimio rigida[4] *poſt ſtrati morte iacebant:*
Octauóque ferè candenti lumine ſolis,
Aut etiam nona reddebant lampade vitam.
Quorum ſi quis, vt eſt, vitarat funera leti
Vlceribus tetris, & nigra proluuie alui;
Poſteriùs tamen hunc tabes, letúmque manebat:
Aut etiam multus capitis cum ſæpe dolore
Corruptus ſanguis[5] *pletis ex naribus ibat.*
Huc hominis totæ vires, corpúſque fluebat.
Profluuium porrò qui tetri ſanguinis acre

1 Ita Macrob. in v. c. aut; etiã rectè. vulg. haud; peſſimè: vt ex Hippocr. προγν. liquet. vnde pauculos hos verſus poëta ſumpſit.

2 Ita o. l. & Macrob. in q. tamen contracta. ſed in ijs variatum eſt ſæpiſſimè. Lamb. contincta. vt ſup. 59, 6, 12. & alibi. f. contecta. vt velata, ſup. 161, 1.

3 Hæc Lamb. egregiè. idem mox legit. tenta minebat, contra v. l.

4 v. l. poſt artus, & poſt arti. vulg. proſtrati. malè. vide ſimile ſup. 147, 5.

5 Ita ex v. l. ſcripſi vt & ſup. f. 55, 30 vulg. expletis. in q. l. plenis. f. etiam pleris.

Exierat; tamen in neruos huic morbus, & artus
Ibat, & in partis genitalis corporis ipſas.
Et grauiter partim metuentes limina leti
Viuebant ferro priuati parte virili:
Et manibus ſine nonnulli, pedibus'que manebant
In vita tamen, & perdebant lumina partim:
Vſqueadeò mortis metus his [1] *inceſſerat acer.*
Atque etiam quoſdam cepere obliuia rerum
Cunctarum, neque ſe poſſent cognoſcere vt ipſi.
Multaq́; humi cùm inhumata iacerent corpora ſuprà
Corporibus: tamen alituum genus, atque ferarum
Aut procul abſiliebat, vt acrem [2] *exiret odorem:*
Aut, vbi guſtarat, languebat morte propinqua.
Nec tamen omnino temerè illis [3] *ſolibus vlla*
Comparebat auis, nec [4] *noctibus ſæcla ferarum*
Exibant ſiluis. languebant pleraque morbo,
Et moriebantur. cumprimis fida canum vis
Strata vijs animam ponebat in omnibus ægram.
Extorquebat enim vitam vis morbida membris.
Incomitata rapi certabant funera vaſta.
Nec ratio remedij communis certa dabatur:
Nam quod alijs dederat vitalis aëris auras
Voluere in ore licere, & cæli templa tueri;
Hoc alijs erat exitio, letum'que parabat.
Illud in his rebus miſerandum, & magnopere vnum
Aerumnabile erat, quòd vbi ſe quiſque videbat
Implicitum morbo, morti damnatus vt eſſet;
Deficiens animo mæſto cum corde iacebat,
Funera reſpectans animam & mittebat ibidem.
Id'que vel imprimis cumulabat funere funus.
Quippe etenim nullo ceſſabant tempore apiſci
Ex alijs alios auidi contagia morbi.

1 Ita o.l. manu formisque deſcripti. Lamb. tamen inceſſerat.

2 Ita hunc locũ reſtitueram, vt & alia multa: cùm in eadẽ ſententia poſteriùs Lambinum etiã cóperi. vulg. exciret.

3 Sic v.o.l. Marul. & vulg. ferè, vt & in Macrob. ſedibus.

4 Ita Lamb. rectè. v.l. ferè noctis. vulg. vt Marull. triſtia. vide 36, 27.

Nam

Nam quicumque ſuos fugitabant [1] viſere ad ægros,
Vitai nimium cupidi, mortis'que timentes;
[2] Pœnibat paullo pòſt turpi morte, malá'que
Deſertos, opis expertis incuria mactans,
Lanigeras tamquam pecudes, & bucera ſæcla.
Qui fuerant autem præſtò, contagibus ibant,
Atque labore; pudor quem tum cogebat obire,
Blandá'que laſſorum vox mixta voce querelæ.
Optimus hoc leti genus ergo quiſque ſubibat.
In'que alijs alium populum ſepelire ſuorum
Certantes, lacrumis laſſi, luctu'que redibant:
Inde [3] bonam partem in lectum mærore dabantur.
Nec poterat quiſquam reperiri, quem neque morbus,
Nec mors, nec luctus tentaret tempore tali.
Præterea iam paſtor, & armentarius omnis,
Et robuſtus item curui moderator aratri,
Languebant: penitus'que caſis contruſa iacebant
Corpora, paupertate & morbo dedita morti.
Exanimis pueris ſuper exanimata parentum
Corpora non numquam poſſes, retro'que videre
Matribus, & patribus natos ſuper edere vitam.
Nec [4] minimam partem ex agris ægroris in vrbem
Confluxit, languens quem contulit agricolarum
Copia, conueniens ex omni morbida parte.
Omnia [5] condebant loca, tecta'que: quo mage [6] eos tum
Confertos ita aceruatim mors accumulabat.
Multa ſiti proſtrata viam per, pro'que voluta
Corpora ſilanos ad aquarum ſtrata iacebant
Interclusa anima nimia ab dulcedine aquai.
Multa'que per populi paſſim loca prompta, vias'que
Languida ſemianimo tum corpore membra videres,
Horrida pædore, & pannis cooperta perire

Q 5 Corpo-

1 Ita rectiſſ. Lamb. quod & noſtris lib. confirmatur expreſſe. vulg. vt ht.
2 Sic Turneb. ὑστερέστατα. Marull. & vulg. pœniteret &. in v. fere, Pœnibus ut.
3 Ita v. l. rectiſſ. vulg. bona ex parte in lectum.
4 Ita v. l. vt ſit ἀνεπίσκοπος. malè Marull. minima pars, & Lamb. minimùm a partim. in q. l. etiã mœroris. quod ex gloſſa inrepſit.
5 Ita l. v. & vulg. Lamb. complebant. vide indic.
6 Ita Lãb. in v. l. magis æſtus. vulg. & Marul. æſtus. Sic & ſup. 205, 30.

Corporis inluuie: pellıs ſuper oſſibus vna,
[1] *Viſceribus cæcis propè iam, ſordi'que ſepultis.*
Omnia denique ſancta deûm delubra replerat
Corporibus mors exanimis, onerata'que paſſim
Cuncta cadaueribus cæleſtum templa manebant,
Hoſpitibus loca quæ complerant ædituentes.
Nec iam relligio diuûm, nec numina magni
[2] *Pendebantur: enim præſens dolor exſuperabat.*
Nec mos ille ſepulturæ remanebat ın vrbe,
[3] *Vt pius hic populus ſemper conſuerat humari.*
Perturbatus enim totus [4] *trepidabat, & vnus*
Quiſque ſuum pro re conſortem mæſtus humabat.
Multa'que vis ſubita, & paupertas horrida ſuaſit,
Namque ſuos conſanguineos aliena rogorum
Inſuper exſtructa ingenti clamore locabant,
Subdebant'que faces multo cum ſanguine ſæpe
Rixantes potiùs, quàm corpora deſererentur.

1 Hanc puto eſſe veriſſ. ſcripturam ex v. q. l. in q. l. viceribus, mendoſè ex mala pronuntiatione. ait abſumpta viſcera omnia, ſolam pellē & oſſa reſtare: vlceribus tetris, Lamb. vt ſup. 131, 27.

2 Ita interpungendum. vide indicem, enim.

3 Ita ex v. q. & noſt. & etiam vulg. malim, quàm quod in al. prius. multus eſt Lucretius in Athenis laudandis.

4 vulg. repedabat.

ΕΠΙΚΟΥΡΟΣ ΗΡΟΔΟΤῼ ΧΑΙΡΕΙΝ.

ΤΟΙΣ μὴ δυναμένοις ὦ Ἡρόδοτε ἕκαστα τῶν περὶ φύσεως ἡμῖν ἀναγεγραμμένων ἐξακριβοῦν, μηδὲ τὰς μείζους τῶν συντεταγμένων βίβλους διαθρεῖν, ἐπιτομὴν τῆς ὅλης πραγματείας εἰς τὸ κατασχεῖν τῶν ὁλοσχερωτάτων δοξῶν τὴν μνήμην ἱκανῶς αὐτοῖς παρεσκεύασα· ἵνα παρ᾽ ἑκάστοις τῶν καιρῶν ἐν τοῖς κυριωτάτοις βοηθεῖν αὐτοῖς δύναιντο, καθ᾽ ὅσον ἂν ἐφάπτωνται τῆς περὶ φύσεως θεωρίας. καὶ τοὺς προβεβληκότας δὲ ἱκανῶς ἐν τῇ τῶν ὅλων ἐπιβλέψει τὸν τύπον τῆς ὅλης πραγματείας τὸν κατεστοιχειωμένον δεῖ μνημονεύειν· τῆς γὰρ ἀθρόας ἐπιβολῆς πυκνὸν δεόμεθα· τῆς δὲ κατὰ μέρος, οὐχ ὁμοίως. βαδιστέον μὲν οὖν καὶ ἐπ᾽ ἐκεῖνα συνεχῶς ἐν τῇ μνήμῃ. τοσοῦτον ποιητέον, ἀφ᾽ οὗ ἥ τε κυριωτάτη ἐπιβολὴ ἐπὶ τὰ πράγματα ἔσται, καὶ δὴ καὶ τὸ κατὰ μέρος ἀκρίβωμα πᾶν ἐξευρήσεται, τῶν ὁλοσχερωτάτων τύπων ἐμπεριειλημμένων, καὶ μνημονευομένων. ἐπεὶ καὶ τῷ τελεσιουργημένῳ τοῦτο κυριώτατον τοῦ παντὸς ἀκριβωμένῳ γίνεσθαι, τὸ ταῖς ἐπιβολαῖς ὀξέως δύνασθαι, καὶ πρὸς ἁπλᾶ στοιχειώματα καὶ φωνὰς συναγομένων. οὐ γὰρ οἷόν τε τὸ πύκνωμα τῆς συνεχοῦς τῶν ὅλων περιοδείας εἶναι, μὴ δυνάμενον διὰ βραχέων φωνῶν ἅπαν ἐμπεριλαβεῖν ἐν αὑτῷ τὸ κατὰ μέρος ἂν ἐξακριβωθέν. ὅθεν δὴ πᾶσι χρησίμης οὔσης τοῖς ᾠκειωμένοις φυσιολογίᾳ, τῆς τοιαύτης ὁδοῦ παρεγ- Pag. Lucret. 33,b. vide & inf. in fin.

ἐγγυώντων συνεχὲς ἐνέργημα ἐν φυσιολογίᾳ καὶ τῷ τούτῳ μάλιστα ἐγγαληνιζόντων βίῳ ποιήσασθαι καὶ τοιαύτην τινὰ ἐπιτομὴν καὶ στοιχείωσιν τῶν ὅλων δοξῶν. πρῶτον μὲν οὖν τὰ ὑποτεταγμένα τοῖς φθόγγοις, ὦ Ἡρόδοτε, δεῖ εἰληφέναι, ὅπως ἂν τὰ δοξαζόμενα ἢ ἀπορούμενα ἔχωμεν, εἰς ὃ ἀνάγοντες, ἐπικρίνειν, καὶ μὴ ἄκριτα πάντα ἡμῖν εἰς ἄπειρον ἀποδεικνύωσιν, ἢ κενοὺς φθόγγους ἔχωμεν. ἀνάγκη γὰρ τὸ πρῶτον ἐννόημα καθ' ἕκαστον φθόγγον βλέπεσθαι· καὶ μηθὲν ἀποδείξεως προσδεῖσθαι, εἴπερ ἕξομεν τὸ ζητούμενον, ἢ ἀπορούμενον, καὶ δοξαζόμενον, ἐφ' ὃ ἀνάξομεν εἶτε κατὰ τὰς αἰσθήσεις δεῖ πάντα τηρεῖν, καὶ ἁπλῶς τὰς παρούσας ἐπιβολάς, εἴτε διανοίας, εἴθ' ὁδήποτε τῶν κριτηρίων· ὁμοίως δὲ καὶ τὰ ὑπάρχοντα πάθη, ὅπως ἂν καὶ τὸ προσμένον, καὶ τὸ ἄδηλον ἔχωμεν, οἷς σημειωσόμεθα· ταῦτα δὲ διαλαβόντας,
5.30. & ſeq. συνορᾶν ἤδη περὶ τῶν ἀδήλων· πρῶτον μέν, ὅτι οὐδὲν γίνεται ἐκ τοῦ μὴ ὄντος. πᾶν γὰρ ἐκ παντὸς ἐγί-
7.31. & ſeq. νετ' ἂν, σπερμάτων γε οὐδὲν προσδεόμενον. καὶ εἰ ἐφθείρετο δὲ τὸ ἀφανιζόμενον εἰς τὸ μὴ ὄν, πάντα ἂν ἀπολώλει τὰ πράγματα, οὐκ ὄντων τῶν εἰς ἃ διελύετο. καὶ μὴν καὶ τὸ πᾶν ἀεὶ τοιοῦτον ἦν, οἷον νῦν ἐστι, καὶ ἀεὶ τοιοῦτον ἔσται. οὐθὲν γάρ ἐστιν εἰς ὃ μεταβάλλει. παρὰ γὰρ τὸ πᾶν οὐθέν ἐστιν, ὃ ἂν εἰσελθὸν εἰς αὐτὸ τὴν μεταβολὴν ποιήσαιτο. καὶ
14, 11. &c. ἐν τῇ πρώτῃ περὶ φύσεως. τὸ πᾶν ἐστι. σώματα μὲν γὰρ ὡς ἔστιν, αὐτὴ ἡ αἴσθησις ἐπὶ πάντων μαρτυρεῖ.

τηρεῖ. καθ' ἣν ἀναγκαῖον τὸ ἄδηλον τῷ λογισ-
μῷ τεκμαίρεσθαι, ὥσπερ προεῖπον τὸ πρόσθεν. εἰ 11.22.& ſeq.
μὴ ἦν ὃ κενὸν καὶ χώραν, καὶ ἀναφῆ φύσιν ὀνομά- 35.2.& 43. 11.28.&c.
ζομεν, οὐκ ἂν εἶχε τὰ σώματα ὅπου εἴη. οὐδὲν f. leg. χώρα,
δ' ἐκινεῖτο καθάπερ φαίνεται κινούμενα. παρὰ ἦν καὶ
δὲ ταῦτα οὐδὲν οὔτε ἐπινοηθῆναι δύναται, οὔτε 14 22. et ſeq. 15.7.&c.
περιληπτῶς, οὔτε ἀναλόγως τοῖς περιληπτοῖς, ὡς
καθ' ὅλας φύσεις λαμβανόμενα, καὶ μὴ ὡς τὰ τού-
των συμπτώματα, ἢ συμβεβηκότα λεγόμενα. καὶ
μὴν, καὶ ταυτὸν τούτῳ, καὶ ἐν τῇ πρώτῃ περὶ φύ-
σεως, καὶ τῇ τετταρακαιδεκάτῃ καὶ πεντεκαιδε-
κάτῃ, καὶ τῇ μεγάλῃ ἐπιτομῇ. τῶν σωμάτων τὰ 16.11.& ſeq.
μέν ἐστι συγκρίσεις. τὰ δ' ἐξ ὧν αἱ συγκρίσεις πε-
ποίηνται. ταῦτα δέ ἐστιν ἄτομα καὶ ἀμετάβλητα,
εἴπερ μὴ μέλλει πάντα εἰς τὸ μὴ ὂν φθαρήσεσθαι.
ἀλλ' ἰσχύοντα ὑπομένειν, ἐν ταῖς διαλύσεσι τῶν
συγκρίσεων, πλήρη τὴν φύσιν, ὅταν οὐκ ἔχοντα 16.26. et ſeq.
ὅπῃ ἢ ὅπως διαλυθήσεται. ὥστε τὰς ἀρχὰς ἀτό-
μους ἀναγκαῖον εἶναι σωμάτων φύσεις. ἀλλὰ μὴν 85.1.
καὶ τὸ πᾶν ἄπειρόν ἐστι. τὸ γὰρ πεπερασμένον ἄ-
κρον ἔχει. τὸ δὲ ἄκρον, παρ' ἕτερόν τι θεωρεῖται,
ὥστε τὸ οὐκ ἔχον ἄκρον, πέρας οὐκ ἔχει. πέρας δὲ
οὐκ ἔχον, ἄπειρον ἂν εἴη καὶ οὐ πεπερασμένον. καὶ
μὴν καὶ τῷ πλήθει τῶν σωμάτων, ἄπειρόν ἐστι τὸ
πᾶν, καὶ τῷ μεγέθει τοῦ κενοῦ. εἴτε γὰρ ἦν τὸ κε- 34.2.
νὸν ἄπειρον, τὰ δὲ σώματα ὡρισμένα, οὐδαμοῦ
ἂν ἔμενε τὰ σώματα· ἀλλ' ἐφέρετο κατὰ τὸ ἄπει-
ρον κενὸν διεσπαρμένα, οὐκ ἔχοντα τὰ ὑπερείδον-

τα καὶ στέλλοντα κατὰ τὰς ἀνακοπάς. εἴτε τὸ κενὸν ἦν ὡρισμένον, οὐκ ἂν εἶχε τὰ ἄπειρα σώ-
46,20.& ſeq. ματα ὅπου ἐνέστη. πρός τε τούτοις τὰ ἄτομα τῶν σωμάτων καὶ μεστὰ, ἐξ ὧν καὶ αἱ συγκρίσεις γίνονται, καὶ εἰς ἃ διαλύονται, ἀπερίληπτά ἐστι ταῖς διαφοραῖς τῶν σχημάτων. οὐ γὰρ δυνατὸν γενέσθαι τὰς τοσαύτας διαφορὰς ἐκ τῶν σχημάτων πε-
52,16. ριειλημμένων. καὶ καθ' ἑκάστην δὲ σχημάτισιν
51.4. ἁπλῶς ἄπειροι. ἀλλὰ μόνον ἀπερίληπτοι. οὐδὲ γάρ φησιν ἐνδοτέρω εἰς ἄπειρον τὴν τομὴν
58,32.& ſeq. τυγχάνειν. λέγει δὲ ἐπειδὴ αἱ ποιότητες μετα-
& 62,28.etc. βάλλονται, εἰ μέλλει τις μὴ καὶ τοῖς μεγέθεσιν ἁπλῶς εἰς ἄπειρον αὐτὰς ἐκβάλλειν. κινοῦνταί
38,4. τε συνεχῶς αἱ ἄτομοι. φησὶ δὲ παρερχομένον ἐνδοτέρω καὶ ἰσοταχῶς αὐτὰς κινεῖν τοῦ κενοῦ. τὴν ἶξιν ὁμοίαν καὶ τῇ βαρυτάτῃ τὸν αἰῶνα. καὶ αἱ μὲν, εἰς μακρὰν ἀπ' ἀλλήλων διιστάμεναι· αἱ δὲ, αὐτὸν τὸν παλμὸν ἴσχουσιν, ὅταν τύχωσι τὴν περιπλοκὴν κεκλιμέναι, ἢ στεγαζόμεναι περὶ τῶν πλεκτικῶν. ἥ τε γὰρ τοῦ κενοῦ φύσις ἡ διορίζουσα ἑκάστην αὐτὴν τοῦτο παρασκευάζει τὴν ὑπέρεισιν οὐχ οἷα τε οὖσα ποιεῖσθαι· ἥ τε στερεότης ἡ ὑπάρχουσα αὐταῖς κατὰ σύγκρισιν, τὸν ἀποπαλμὸν ποιεῖ ἐφ' ὁπόσον ἂν ἡ περιπλοκὴ τὴν ἀποκατάστασιν ἐκ τῆς συγκρούσεως διδῷ. ἀρχὴ δὲ τούτων οὐκ ἔστιν, αἰτίων τῶν ἀτόμων οὐσῶν καὶ τοῦ
58.& ſeq. κενοῦ. φησὶ δ' ἐνδοτέρω, μηδὲ ποιότητά τινα περὶ τὰς ἀτόμους εἶναι, πλὴν σχήματος καὶ μεγέθους

θεσις, καὶ βάρους. τὸ δὲ χρῶμα παρὰ τὴν θέσιν τῶν ἀτόμων ἀλλάττεσθαι ἐν ταῖς δώδεκα στοιχειώσεσι φησί. πᾶν τε μέγεθος μὴ εἶναι περὶ αὐτάς. οὐδέποτε οὖν ἄτομος ὤφθη αἰσθήσει. 61,2.
αὕτη δ' ἡ φωνὴ τούτων πάντων μνημονευομένων τὸν ἱκανὸν τύπον ὑποβάλλει τῆς τῶν ὄντων φύσεως, ἐπινοίας. ἀλλὰ μὴν καὶ κόσμοι ἄπειροι 68.3.& seq.
εἰσίν. εἴθ' ὅμοιοι τούτῳ, εἴτ' ἀνόμοιοι. αἵ τε γὰρ ἄτομοι ἄπειροι οὖσαι ὡς ἄρτι ἀπεδείχθη, φέρονται καὶ πορρωτάτω. οὐ γὰρ κατηνάλωνται αἱ τοιαῦται ἄτομοι, ἐξ ὧν ἂν γένοιτο κόσμος ἢ ὑφ' ὧν ἂν ποιηθείη, οὔτ' εἰς ἕνα, οὔτ' εἰς πεπερασμένους, οὔθ' ὅσοι τοιοῦτοι, οὔθ' ὅσοι διάφοροι τούτοις. ὥς τε οὐδὲν τὸ ἐμποδίζον ἐστὶ πρὸς τὴν ἀπειρίαν τῶν τοιούτων κόσμων. καὶ μὴν καὶ τύποι ὁμοιο- 111,20.
σχήμονες τοῖς στερεμνίοις εἰσὶ, λεπτότησιν ἀπέχοντες μακρὰν τῶν φαινομένων. οὔτε γὰρ ἀποστάσεις ἀδυνατοῦσιν ἐν τῷ περιέχοντι γίνεσθαι τοιαῦται· οὔτε ἐπιτηδειότητες, τὰς κατεργασίας τῶν κοιλωμάτων καὶ λεπτοτήτων γίνεσθαι· οὔτε ἀπόρροιαι τὴν ἑξῆς θέσιν καὶ βάσιν διατηροῦσαι, ἥνπερ καὶ ἐν τοῖς στερεμνίοις εἶχον. τούτους δὲ τοὺς τύπους εἴδωλα προσαγορεύομεν. καὶ μὴν καὶ ἡ διὰ τοῦ κενοῦ φορὰ κατὰ μηδεμίαν 113,23.
ἀπάντησιν τῶν ἀντικοψάντων γινομένη πᾶν μῆκος περιληπτὸν ἐν ἀπερινοήτῳ χρόνῳ συντελεῖ· βραδύτητος γὰρ καὶ τάχους ἀντικοπὴ, καὶ οὐκ ἀντικοπὴ, ὁμοίωμα λαμβάνει. οὐ μὴν οὐδὲ

ἅμα

ἅμα κατὰ τοὺς διὰ λόγου θεωρητοὺς χρόνους κατὰ
τὸ φερόμενον ἐπὶ τοὺς πλείους τόπους ἀφικνεῖ-
σθαι. ἀδιανόητον γὰρ καὶ τοῦτο, συναφικνούμενον ἐν
αἰσθητῷ χρόνῳ ὅθεν δή ποτε τοῦ ἀπείρου. ἐξ
οὗ ἂν περιλάβωμεν τὴν φορὰν τόπος ἔσται ἀφι-
στάμενον. ἀντικοπὴν γὰρ ὅμοιον ἔσται, κἂν μέχρι
τοσούτου τὸ τάχος τῆς φθορᾶς μὴ ἀντικοπτέον.
χρήσιμον δὴ καὶ τοῦτο κατασχεῖν τὸ στοιχεῖον, εἶθ'
ὅτι τὰ εἴδωλα ταῖς λεπτότησιν ἀνυπερβλήτοις
κέχρηται, ὅθεν ἀντιμαρτυρεῖ τῶν φαινομένων,
ἢ ὅτι καὶ τάχη ἀνυπέρβλητα ἔχει· πάντα πό-
ρον σύμμετρον ἔχοντα πρὸς τῷ ἀπείρῳ αὐτῶν
μηθὲν ἀντικόπτειν, ἢ ὀλίγα ἀντικόπτειν· πολλαῖς
δὲ καὶ ἀπείροις εὐθὺς ἀντικόπτειν τί. πρός τε
112,23. τούτοις ὅτι ἡ γένεσις τῶν εἰδόλων ἅμα νοήματι
συμβαίνει. καὶ γὰρ ῥεῦσις ἀπὸ τῆς σωμάτων ἐπι-
πολῆς συνοχῇ, ἢ μειώσει διὰ τὴν ἀναπλήρωσιν
σώζουσα τὴν ἐπὶ τοῦ στερεμνίου θέσιν καὶ τάξιν
τῶν ἀτόμων, ἐπὶ πολὺν χρόνον εἰ καὶ ἐνίοτε συγ-
χεομένη ὑπάρχει· καὶ συστάσεις ἐν τῷ περιέχον-
τι ὀξεῖαι διὰ τὸ μὴ δεῖν κατὰ βάθος τὸ συμπλή-
ρωμα γίνεσθαι. καὶ ἄλλοι δὲ τρόποι τινὲς γεννη-
109,2. et ſeq. & 114,32. & ſeq. τικοὶ τῶν τοιούτων φύσεων εἰσίν. οὐθὲν γὰρ τού-
των ἀντιμαρτυρεῖ ταῖς αἰσθήσεσιν, ἂν βλέπῃ τις
τινὰ τρόπον τὰς ἐνεργείας, ἵνα καὶ τὰς συνηθείας
ἀπὸ τῶν ἔξωθεν πρὸς ἡμᾶς ἀνοίσῃ. εἰ δεῖ καὶ
νομίζειν, ἐπεισιόντος τινὸς ἀπὸ τῶν ἔξωθεν, τὰς
μορφὰς ὁρᾶν ἡμᾶς καὶ διανοεῖσθαι. οὐ γὰρ ἂν ἀπο-

σφρα-

σφραγίσαιτο τὰ ἔξω τὴν ἑαυτῶν φύσιν, τοῦ τε χρώματος καὶ τῆς μορφῆς διὰ τοῦ ἀέρος τοῦ μεταξὺ ἡμῶν τε κἀκείνων, οὐδὲ διὰ τῶν ἀκτίνων, ἢ οἵων δή ποτε ῥευμάτων ἀφ' ἡμῶν πρὸς ἐκεῖνα παραγινομένων· οὕτως ὡς τύπων τινῶν ἐπεισιόντων ἡμῖν ἀπὸ τῶν πραγμάτων, ἀπὸ χροῶν καὶ ὁμοιομόρφων, κατὰ τὸ ἐναρμόττον μέγεθος, εἰς τὴν ὄψιν ἢ τὴν διάνοιαν ὠκέως ταῖς φοραῖς χρωμένων. εἶτα διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν τοῦ ἑνὸς καὶ συνεχοῦς τὴν φαντασίαν ἀποδιδόντος. καὶ τὴν συμπάθειαν ἀπὸ τοῦ ὑποκειμένου σῴζοντος κατὰ τὸν ἐκεῖθεν σύμμετρον ἐπερεισμὸν ἐκ τοῦ κατὰ βάθος ἐν τῷ στερεμνίῳ τῶν ἀτόμων πλάσεως, καὶ ἣν ἀναλάβωμεν φαντασίαν, ἐπιβλητικῶς τῇ διανοίᾳ ἢ τοῖς αἰσθητηρίοις, εἴτε 122, & ſeq. μορφῆς, εἴτε συμβεβηκότων, μορφή ἐστιν αὕτη τοῦ στερεμνίου γινομένη κατὰ τὸ ἑξῆς πύκνωμα, ἢ ἐγκατάλειμμα τοῦ εἰδώλου. τὸ δὲ ψεῦδος καὶ τὸ διημαρτημένον, ἐν τῷ προσδοξαζομένῳ ἀεί ἐστιν ἐπιμαρτυρηθήσεσθαι, εἴτ' οὐκ ἐπιμαρτυρουμένου κατὰ τὴν ἀκίνητον ἐν ἡμῖν αὐτοῖς συνημμένην τῇ φανταστικῇ ἐπιβολῇ, διάληψιν δὲ ἐχούσῃ, καθ' ἣν τὸ ψεῦδος γίνεται. ἥ τε γὰρ ὁμοιότης τῶν φαντασμῶν, οἱονεὶ ἐν εἰκόνι λαμβανομένων, ἢ καθ' ὕπνους γινομένων, ἢ κατ' ἄλλας τινὰς ἐπιβολὰς τῆς διανοίας, ἢ τῶν λοιπῶν κριτηρίων, οὐκ ἄν ποτε ὑπῆρχε τοῖς οὖσί τε καὶ ἀληθέσι προσαγορευομένοις, εἰ μὴ ἦν τινα καὶ ταῦτα πρὸς ὃ βάλλομεν· τὸ δὲ διημαρτημένον οὐκ ἂν ὑπῆρχεν, εἰ μὴ ἐλαμβάνομεν

καὶ ἄλλην τινὰ κίνησιν ἐν ἡμῖν αὐτοῖς συνημμένην μὲν, διάληψιν δὲ ἔχουσαν. ἐὰν μὲν μὴ ἐπιμαρτυρηθῇ, ἢ ἀντιμαρτυρηθῇ, τὸ ψεῦδος γίνεται. ἐὰν δὲ ἐπιμαρτυρηθῇ, ἢ μὴ ἀντιμαρτυρηθῇ, τὸ ἀληθές. καὶ ταύτην οὖν σφόδρα γε δεῖ τὴν δόξαν κατέχειν· ἵνα μήτε τὰ κριτήρια ἀναιρῆται τὰ κατὰ τὰς ἐνεργείας· μήτε τὸ διημαρτημένον ὁμοίως βεβαιούμε-
124, 20. &c. νον πάντα συνταράττῃ. ἀλλὰ μὴν καὶ ἀκούειν γίνεται πνεύματός τινος φερομένου, ἀπὸ τοῦ φωνοῦντος ἢ ἠχοῦντος ἢ ψοφοῦντος ἢ ὅπως δήποτε, ἀκουστικὸν πάθος κατασκευάζοντος. τὸ δὲ ῥεῦμα τοῦτο εἰς ὁμοιομερεῖς διασπείρεται, ἅμα τινὰ διασώζοντας συμπάθειαν πρὸς ἀλλήλους καὶ ἑνότητα ἰδιότροπον διατείνουσαν πρὸς τὸ ἀποστεῖλαν, καὶ τὴν ἐπαίσθησιν τὴν ἐπ᾽ ἐκείνου ὡς τὰ πολλὰ ποιοῦσαν· εἰ δὲ μή γε τὸ ἔξωθεν μόνον ἔνδηλον παρασκευάζουσαν. ἄνευ γὰρ ἀναφερομένης τινὸς ἐκεῖθεν συμπαθείας, οὐκ ἂν γένοιτο ἡ τοιαύτη ἐπαίσθησις. οὐκ αὐτὸν οὖν δεῖ νομίζειν τὸν ἀέρα ὑπὸ τῆς προϊεμένης φωνῆς, ἢ καὶ τῶν ὁμογενῶν σχηματίζεσθαι. πολλὴν γὰρ ἔνδειαν ἕξει τοῦτο πάσχων ὑπ᾽ ἐκείνης· ἀλλ᾽ εὐθὺς τὴν γινομένην πληγὴν ἐν ἡμῖν ὅταν φωνὴν ἀφίωμεν, τοιαύτην ἐκ τινων ὄγκων ῥεύματος πνευματώδους ἀπολεστικῶν ποιεῖσθαι· ἢ τὸ πάθος τὸ ἀκουστικὸν ἡμῖν παρασκευάζει. καὶ
129, 10. &c. μὴν καὶ τὴν ὀσμὴν νομιστέον· ὥσπερ καὶ τὴν ἀκοὴν οὐκ ἄν ποτε πάθος οὐθὲν ἐργάσασθαι, εἰ μὴ ὄγκοι τινὲς ἦσαν ἀπὸ τοῦ πράγματος ἀποφερόμενοι,

σύμ-

σύμμετροι πρὸς τὸ τοῦτο τὸ αἰσθητήριον κινεῖν. οἱ μὲν τοῖοι, τεταραγμένως καὶ ἀλλοτρίως· οἱ δὲ τοῖοι, ἀταράχως καὶ οἰκείως ἔχοντες. καὶ μὴν καὶ τὰς ἀτόμοις νομιστέον, μηδεμίαν ποιότητα τῶν φαινομένων προσφέρεσθαι· πλὴν σχήματος καὶ βάρους καὶ μεγέθους, καὶ ὅσα ἐξ ἀνάγκης σχήματος συμφυῆ ἐστι. ποιότης γὰρ πᾶσα μεταβάλλει. αἱ δὲ ἄτομοι, οὐδὲν μεταβάλλουσιν. ἐπειδή περ ἀεὶ τι ὑπομένει ἐν ταῖς διαλύσεσι τῶν συγκρίσεων στερεὸν καὶ ἀδιάλυτον, ὃ τὰς μεταβολὰς οὐκ εἰς τὸ μὴ ὂν ποιήσεται, οὐδ' ἐκ τοῦ μὴ ὄντος, ἀλλὰ κατὰ μεταθέσεις ἐκ πολλοῦ· τινῶν δὲ καὶ προσόδους καὶ ἐφόδους. ὅθεν ἀναγκαῖον τὰ μὴ μετατιθέμενα ἄφθαρτα εἶναι, καὶ τὴν τοῦ μεταβάλλοντος φύσιν οὐκ ἔχοντα· ὄγκους δὲ καὶ σχηματισμοὺς ἰδίους. τοῦτο γὰρ καὶ ἀναγκαῖον ὑπομένειν. καὶ γὰρ ἐν τοῖς παρ' ἡμῖν μετασχηματιζομένοις κατὰ τὴν περιαίρεσιν τὸ σχῆμα ἐνυπάρχον λαμβάνεται. αἱ δὲ ποιότητες οὐκ ἐνυπάρχουσαι ἐν τῷ μεταβάλλοντι ὥσπερ ἐκεῖνο καταλείπεται· ἀλλ' ἐξ ὅλου τοῦ σώματος ἀπολλύμεναι. ἱκανὰ οὖν τὰ ὑπολειπόμενα ταῦτα τὰς τῶν συγκρίσεων διαφορὰς ποιεῖν. ἐπειδή περ ὑπολείπεσθαι γέ τινα ἀναγκαῖον, καὶ εἰς τὸ μὴ ὂν φθείρεσθαι· ἀλλὰ μηδὲ ἀεὶ νομίζειν πᾶν μέγεθος ἐν ταῖς ἀτόμοις ὑπάρχειν, ἵνα μὴ τὰ φαινόμενα ἀντιμαρτυρῇ. παραλλαγὰς δέ τινας μεγεθῶν νομιστέον εἶναι. βέλτιον γάρ. καὶ τούτοις προσόντος κατὰ τὰ πάθη καὶ τὰς αἰσθή-

αἰσθήσεις γινόμενα, ἀποδοθήσεται. πᾶν δὲ μέγεθος ὑπάρχον, οὔτε χρήσιμόν ἐστι πρὸς τὰς τῶν ποιοτήτων διαφοράς, ἀφῖχθαι τε ἀμέλει καὶ πρὸς ἡμᾶς ὁρατὰς ἀτόμους, ὃ θεωρεῖται γινόμενον. οὔθ' ὅπως ἂν γένοιτο ὁρατὴ ἄτομος ἐστὶν ἐπινοῆσαι· πρὸς δὲ τούτοις οὐ δεῖν νομίζειν ἐν τῷ ὡρισμένῳ σώματι ἀπείρους ὄγκους εἶναι, οὐδ' ὁπηλικουσοῦν· ὥς τε οὐ μόνον τὴν εἰς ἄπειρον τομὴν ἐπὶ τοὔλαττον ἀναιρετέον, ἵνα μὴ πάντα ἀσθενῆ ποιῶμεν, καὶ ταῖς περιλήψεσι τῶν ἀθρόων εἰς τὸ μὴ ὂν ἀναγκαζώμεθα τὰ ὄντα θλίβοντες καταναλίσκειν· ἀλλὰ καὶ τὴν μετάβασιν μὴ νομιστέον γίνεσθαι ἐν τοῖς ὡρισμένοις εἰς ἄπειρον, μὴ δὲ τοὔλαττον. οὔτε γὰρ ὅπως, ἐπειδὰν ἅπαξ τις εἴπῃ ὅτι ἄπειροι ὄγκοι ἔν τινι ὑπάρχουσιν, ἢ ὁπηλικοιοῦν ἐστι νοῆσαι πῶς τ' ἂν ἔτι πεπερασμένων τοῦτο εἴη τὸ μέγεθος. πηλίκοι γάρ τινες, δῆλον ὡς ἄπειροί εἰσιν ὄγκοι. καὶ οὗτοι ἐξ ὧν ὁπηλίκοι ἄν ποτε ὦσιν, ἄπειρον ἂν καὶ τὸ μέγεθος. ἄκρον τε ἔχοντες τὸ ὑποπερασμένον διαληπτόν. εἰ μὴ καὶ καθ' ἑαυτὸ θεωρητέον, οὐκ ἔστι μὴ καὶ τὸ ἑξῆς τούτου τοιοῦτον νοεῖν· καὶ οὕτω κατὰ τὸ ἑξῆς εἰς τὸ ἔμπροσθεν βαδίζοντα, εἰς τὸ ἔμπροσθεν ὑπάρχειν κατὰ τοιοῦτον ἀφικνεῖσθαι τῇ ἐννοίᾳ. τό τε ἐλάχιστον τὸ ἐν τῇ αἰσθήσει δεῖ κατανοεῖν, ὅτι οὔτε τοιοῦτόν ἐστιν, οἷον τὸ τὰς μεταβάσεις ἔχον, οὔτε πάντῃ πάντως ἀνόμοιον· ἀλλ' ἔχον μέν τινα κοινότητα τῶν μεταβάντων· διάληψιν δὲ μερῶν οὐκ ἔχον· ἀλλ' ὅτε διὰ τὴν τῆς

κοινό-

κοινότητος προσεμφέρειαν οἰηθῶμεν διαλήψεσθαί τι αὐτοῦ, τὸ μὲν ἐπὶ τάδε, τὸ δὲ ἐπ' ἐκεῖνα, τὸ ἴσον ἡμῖν δεῖ προσπίπτειν. ἑξῆς τε θεωροῦμεν ταῦτα ἀπὸ τοῦ πρώτου καταρχόμενοι. καὶ οὐκ ἐν τῷ αὐτῷ, οὐδὲ μέρεσι μερῶν ἁπτόμενα, ἀλλὰ ἐν τῇ ἰδιότητι τῇ ἑαυτῶν τὰ μεγέθη καταμετροῦντα τὰ πλείω πλεῖον, καὶ τὰ ἐλάττω ἔλαττον. ταύτῃ τῇ ἀναλογίᾳ νομιστέον τὸ ἐν τῇ ἀτόμῳ ἐλάχιστον κεχρῆσθαι. μικρότητι γὰρ ἐκεῖνο δῆλον, ὡς διαφέροι τοῦ κατὰ τὴν αἴσθησιν θεωρουμένου, ἀναλογίᾳ δὲ τῇ αὐτῇ κεχρῆσθαι. ἐπείπερ καὶ ὅτι μέγεθος ἔχει ἡ ἄτομος κατὰ τὴν ἐνταῦθα ἀναλογίαν κατηγορήσαμεν, μικρόν τι μόνον, μακρὸν ἐκβάλλοντες. ἔτι τε τὰ ἐλάχιστα καὶ ἀμιγῆ πέρατα δεῖ νομίζειν τῶν μακρῶν τὸ καταμέτρημα, ἐξ αὐτῶν πρῶτον τοῖς μείζοσι καὶ ἐλάττοσι παρασκευάζοντα τῇ διαλόγων θεωρίᾳ ἐπὶ τῶν ἀοράτων. ἡ γὰρ κοινότης ἡ ὑπάρχουσα αὐτοῖς πρὸς τὰ ἀμετάβολα, ἱκανὴ τὸ μέχρι τούτου συντελέσαι. συμφόρησιν δὲ ἐκ τούτων κίνησιν ἐχόντων, οὐχ οἷόν τε γενέσθαι. καὶ μὴν καὶ τοῦ ἀπείρου, ὡς μὲν ἀνωτάτω ἢ κατωτάτω, οὐ δεῖ κατηγορεῖν. τὸ ἄνω ἢ κάτω μέντοι τῷ ὑπὲρ κεφαλῆς. ὅθεν ἂν τὸ μὲν εἰς ἄπειρον ἄγειν ὄν, μηδέποτε φανεῖσθαι τοῦτο ἡμῖν· ἢ τὸ ὑπὸ κάτω τοῦ νοηθέντος εἰς ἄπειρον ἅμα ἄνω τε εἶναι καὶ κάτω. πρὸς τὸ αὐτὸ τοῦτο γὰρ ἀδύνατον διανοηθῆναι, ὥς τ' ἔστι μίαν λαβεῖν φορὰν τὴν ἄνω νοουμένην εἰς ἄπειρον· καὶ μίαν τὴν κάτω ἂν καὶ μυριάκις

πρὸς τοὺς πόδας τῶν ἐπάνω τὸ παρ' ἡμῶν φερόμενον τοὺς ὑπὲρ κεφαλῆς ἡμῶν τόπους ἀφικνῆται, ἢ ἐπὶ τὴν κεφαλὴν τῶν ὑπὸ κάτω τὸ παρ' ἡμῶν κάτω φερόμενον. ἡ γὰρ ὅλη φορὰ, οὐθὲν ἧττον ἑκατέρα ἀντικειμένη ἐπ' ἄπειρον νοεῖται. καὶ μὴν καὶ ἰσοταχεῖς ἀναγκαῖον τὰς ἀτόμους εἶναι, ὅταν διὰ τοῦ κενοῦ εἰσφέρωνται, μηδενὸς ἀντικόπτοντος. οὔτε γὰρ τὰ βαρέα θᾶττον οἰσθήσεται τῶν μικρῶν καὶ κούφων, ὅταν γε δεῖ μηδὲν ἀπαντᾶν αὐτοῖς, οὔτε τὰ μικρὰ τῶν μεγάλων, πάντα πόρον σύμμετρον ἔχοντα, ὅταν μηθὲν μηδὲ ἐκείνοις ἀντικόπτῃ, οὔθ' ἡ ἄνω, οὔθ' εἰς τὸ πλάγιον διὰ τῶν κρούσεων φορὰ, οὔθ' ἡ κάτω τῶν ἰδίων βαρῶν. ἐφ' ὁπόσον γὰρ ἂν κατίσχῃ ἑκατέρων, ἐπὶ τοσοῦτον ἅμα νοήματι τὴν φορὰν σχήσει, ἕως ἀντικόψῃ ἢ ἔξωθεν ἢ ἐκ τοῦ ἰδίου βάρους πρὸς τὴν τοῦ πλήξαντος δύναμιν. ἀλλὰ μη δὲ κατὰ τὰς συγκρίσεις, θάττων ἑτέρα ἑτέρας ῥηθήσεται τῶν ἀτόμων, ἰσοταχῶν οὐσῶν τῷ ἐφ' ἕνα τόπον φέρεσθαι τὰς ἐν τοῖς ἀθροίσμασιν ἀτόμους, καὶ κατὰ ἐλαχίστων συνεχῆ χρόνον, εἰ μὴ ἐφ' ἕνα κατὰ τοὺς λόγῳ θεωρητοὺς χρόνους, ἀλλὰ πυκνὸν ἀντικόπτωσιν, ἕως ἂν ὑπὸ τὴν αἴσθησιν τὸ συνεχὲς τῆς φορᾶς γένηται. τὸ γὰρ προσδοξαζόμενον περὶ τοῦ ἀοράτου, ὡς ἄρα καὶ οἱ διὰ λόγου θεωρητοὶ χρόνοι τὸ συνεχὲς τῆς φορᾶς ἕξουσιν, οὐκ ἀληθές ἐστιν ἐπὶ τῶν τοιούτων. ἐπεί τό γε θεωρούμενον πᾶν, ἢ κατ' ἐπιβολὴν λαμβανόμενον τῇ διανοίᾳ, ἀληθές ἐστιν. μετὰ δὲ ταῦτα δεῖ συνορᾶν

ανα-

ἀναφέροντα ἐπὶ τὰς αἰσθήσεις καὶ τὰ πάθη. οὕ-
τω γὰρ ἡ βεβαιοτάτη πίστις ἔσται, ὅτι ἡ ψυχὴ σῶ- 78,26.
μα ἐστὶ λεπτομερές, παρ' ὅλον τὸ ἄθροισμα πα-
ρεσπαρμένον. προσεμφερέστατον δὲ πνεύματι 80,1.
θερμοῦ τινα κρᾶσιν ἔχοντι. καὶ πῆ μὲν, τούτῳ προσ-
εμφερές· πῆ δὲ, τούτῳ. ἔστι δὲ τὸ μέρος πολλὴν
παραλλαγὴν εἰληφὸς τῇ λεπτομερείᾳ καὶ αὐτῶν
τούτων. συμπαθὲς δὲ τούτῳ μᾶλλον καὶ τῷ λοι-
πῷ ἀθροίσματι. τοῦτο δὲ πᾶν αἱ δυνάμεις τῆς
ψυχῆς δῆλον καὶ τὰ πάθη καὶ αἱ εὐκινησίαι,
καὶ αἱ διανοήσεις, καὶ ὧν στερούμενοι θνήσκομεν. 84,7. &c.
καὶ μὴν καὶ ὅτι ἔχει ἡ ψυχὴ τῆς αἰσθήσεως τὴν
πλείστην αἰτίαν, δεῖ κατέχειν. οὐ μὴν εἰλήφει ἂν
ταύτην, εἰ μὴ ὑπὸ τοῦ λοιποῦ ἀθροίσματος ἐστε-
γάζετό πως. τὸ δὲ λοιπὸν ἄθροισμα παρα-
σκευάσαν τὴν αἰτίαν ταύτην, μετείληφε καὶ αὐ-
τὸ τοιούτου συμπτώματος παρ' ἐκείνης. οὐ μέντοι
πάντων ὧν ἐκείνη κέκτηται. διὸ ἀπαλλαγείσης τῆς
ψυχῆς, οὐκ ἔχει τὴν αἴσθησιν. οὐ γὰρ αὐτὸ ἐν ἑαυτῷ
ταύτην ἐκέκτητο τὴν δύναμιν· ἀλλ' ἑτέρῳ ἅμα
συγγεγενημένῳ αὐτῷ παρεσκεύαζε, διὰ τῆς συν-
τελεσθείσης περὶ αὐτὸ δυνάμεως, κατὰ τὴν
δύνησιν σύμπτωμα αἰσθητικὸν εὐθὺς ἀποτελοῦν
ἑαυτῷ, ἀπεδίδου κατὰ τὴν ὁμούρησιν καὶ συμ-
πάθειαν, καὶ ἐκείνῳ καθάπερ εἶπον. διὸ δὴ 90,25.
καὶ ἐνυπάρχουσα ἡ ψυχὴ οὐδέποτε ἄλλου τι-
νὸς μέρους ἀπηλλαγμένου ἀναισθησία. ἀλλὰ ἂν
καὶ ταύτη ξυναπόληται τοῦ στεγάζοντος λυθέντος,

εἴθ' ὅλου, εἴτε καὶ μέρους τινὸς, ἐάν περ διαμένῃ ὀξὺ
τὴν αἴσθησιν, ἐκείνου ἀπηλλαγμένου ὅσον ποτὲ ἐστι
τὸ συντεῖνον τῶν ἀτόμων πλῆθος εἰς τὴν τῆς ψυχῆς
φύσιν. καὶ μὴν καὶ λυομένου τοῦ ὅλου ἀθροίσματος, ἡ
ψυχὴ διασπείρεται. καὶ οὐκέτι ἔχει τὰς αὐτὰς δυνά-
μεις, οὐδὲ κινεῖται, ὥς τε οὐδ' αἴσθησιν κέκτηται.
οὐ γὰρ οἷόν τε νοεῖν αὐτὸ αἰσθανόμενον, μὴ ἐν τούτῳ
τῷ συστήματι ταῖς κινήσεσι ταύταις χρώμενον,
ὅταν στεγάζοντα καὶ περιέχοντα μὴ τοιαῦτα ᾖ, ἐν
οἷς νῦν οὖσα ἔχει ταύτας τὰς κινήσεις. ἀλλὰ μὴν
79,20.&c. καὶ τόδε λέγει ἐν ἄλλοις, καὶ ἐξ ἀτόμων αὐτὴν συγ-
κεῖσθαι λειοτάτων καὶ στρογγυλωτάτων πολ-
λῷ τινι διαφερουσῶν τῶν τοῦ πυρός. καὶ τὸ μέν τοι
76,6.&c. ἄλογον αὐτῆς ὃ τῷ λοιπῷ παρεσπάρθαι σώμα-
138,17.&c. τι. τὸ δὲ λογικὸν ἐν τῷ σώματι, ὡς δῆλον ἔκ τε τῶν
φόβων καὶ τῆς χαρᾶς. ὕπνον τε γίνεσθαι τῶν τῆς ψυχῆς
μερῶν τῶν παρ' ὅλην τὴν σύγκρισιν παρεσπαρ-
μένων ἐγκατεχομένων, ἢ διαφορουμένων. εἶτα, συμ-
14,15. πιπτόντων τοῖς ἐσπαρμένοις. τότε σπέρμα ἀφ' ὅ-
λων τῶν σωμάτων φέρεσθαι γε δεῖ προσκατανοεῖν.
λέγει γὰρ κατὰ τὴν πλείστην ὁμιλίαν τοῦ ὀνόματος
ἐπὶ τοῦ καθ' ἑαυτὸν νοηθέντος ἄν, καθ' ἑαυτὸν δὲ
οὐκ ἔστι νοῆσαι τὸ ἀσώματον, πλὴν τοῦ κενοῦ. τὸ δὲ
κενὸν, οὔτε ποιῆσαι, οὔτε παθεῖν δύναται· ἀλλὰ κί-
78,20. νησιν μόνον δι' ἑαυτοῦ τοῖς σώμασι παρέχεται. ὥς-
θ' οἱ λέγοντες ἀσώματον εἶναι τὴν ψυχὴν μαται-
άζουσιν. οὐθὲν γὰρ ἂν ἐδύνατο ποιεῖν, οὔτε πάσχειν,
εἰ ἦν τοιαύτη. νῦν δ' ἐναργῶς ἀμφότερα ταῦτα

διά-

διαλαμβάνει περὶ τὴν ψυχὴν τὰ συμπτώματα. ταῦτα οὖν πάντα τὰ διαλογίσματα ἀνάγων τὶς ἐπὶ τὰ πάθη καὶ τὰς αἰσθήσεις, μνημονεύων τῶν ἐν ἀρχῇ ῥηθέντων, ἱκανῶς κατόψεται τοῖς τύποις ἐμπεριειλημμένα εἰς τὸ κατὰ μέρος ἀπὸ τούτων ἐξακριβοῦσθαι βεβαίως. ἀλλὰ μὴν καὶ τὰ σχήματα καὶ τὰ χρώματα καὶ τὰ μεγέθη καὶ τὰ βάρεα, ἢ καὶ ὅσα ἄλλα κατηγορεῖται σώματος, ὡς ἂν εἰς αὐτὰ βεβηκότα, ἢ πᾶσιν, ἢ τοῖς ὁρατοῖς, καὶ κατὰ τὴν αἴσθησιν αὐτοῖς γνωστοῖς, οὔθ' ὡς καθ' ἑαυτάς εἰσι φύσεις δοξαστέον. οὐ γὰρ δυνατὸν ἐπινοῆσαι τοῦτο· οὔτε ὅλως ὡς οὐκ εἰσὶν, ὡς οὔθ' ἕτερα τὰ προσυπάρχοντα τούτῳ ἀσώματα· οὔθ' ὡς μόρια τούτοις, ἀλλ' ὡς τὸ ὅλον σῶμα, καθ' ὅλου μὲν τούτων πάντων τὴν ἑαυτοῦ φύσιν ἔχον ἀΐδιον, οὐχ οἷον τ' εἶναι συμπεφορημένον· ὥσπερ ὅταν ἐξ αὐτῶν τῶν ὄγκων μεῖζον ἄθροισμα συστῇ ἤτοι τῶν πρώτων ἢ τῶν τοῦ ὅλου μεγεθῶν, τῶν δὲ τινος ἐλαττόνων· ἀλλὰ μόνον ὡς λέγω ἐκ τούτων ἁπάντων τὴν ἑαυτοῦ φύσιν ἔχον ἀΐδιον· καὶ ἐπιβολὰς μὲν ἔχοντα ἰδίας πάντα ταῦτα ἐστὶ καὶ διαλήψεις. συμπαρακολουθοῦντος δὲ τοῦ ἀθρόου καὶ οὐδαμῇ ἀποσχιζομένου, ἀλλὰ κατὰ τὴν ἀθρόαν ἔννοιαν τοῦ σώματος κατηγορίαν εἰληφότος. καὶ μὴν καὶ τοῖς σώμασι συμπίπτει πολλάκις καὶ οὐκ ἀΐδιον παρακολουθεῖν, οὔτ' ἐν τοῖς ἀοράτοις, καὶ οὔτε ἀσώματα. ὥστε δὴ κατὰ πλείστην φορὰν, τούτῳ τῷ ὀνόματι χρώμενοι, φανερὰ ποιοῦμεν τὰ συμπτώματα· οὔτε τὴν τοῦ ὅλου φύσιν

ἔχει. ὃ συλλαβόντες κατὰ τὸ ἀθρόον, σῶμα προσαγορεύομεν. οὔτε τὴν τῶν ἀϊδίων παρακολουθούντων, ὧν ἄνευ, σῶμα οὐ δυνατὸν νοεῖσθαι. κατ' ἐπιβολὰς δ' ἄν τινας παρακολουθοῦντος τοῦ ἀθρόου ἕκαστα προσαγορευθείη. ἀλλ' ὅτε δή ποτε ἕκαστα συμβαίνοντα θεωρεῖται, οὐκ ἀϊδίων τῶν συμπτωμάτων παρακολουθούντων. καὶ οὐκ ἐξελατέον ἐκ τοῦ ὄντος ταύτην τὴν ἐνάργειαν, ὅτι οὐκ ἔχει τὴν τοῦ ὅλου φύσιν ᾧ συμβαίνει, ὃ δὴ καὶ σῶμα προσαγορεύομεν, οὐδὲ τὴν τῶν ἀϊδίων παρακολουθούντων· οὐδ' αὖ καθ' αὑτὰ νομιστέον· οὐδὲ γὰρ τοῦτο διανοητέον· οὔτ' ἐπὶ τῶν ἀϊδίων συμβεβηκότων· ἀλλ' ὅπερ καὶ φαίνεται, συμπτώματα πάντα τὰ σώματα νομιστέον, καὶ οὐκ ἀΐδιον παρακολουθοῦντα. οὐδ' αὖ φύσεως καθ' ἑαυτὰ τάγμα ἔχοντα. ἀλλ' ὃν τρόπον αὐτὴ ἡ αἴσθησις τὴν ἰδιότητα ποιεῖ θεωρεῖται. καὶ μὴν καὶ τό γε δὴ προσκατανοῆσαι σφοδρῶς. τὸν γὰρ δὴ χρόνον, οὐ ζητητέον ὥσπερ καὶ τὰ λοιπὰ ὅσα ἐν ὑποκειμένῳ ζητοῦμεν, ἀνάγοντες ἐπὶ τὰς βλεπομένας παρ' ἡμῖν αὐτοῖς προλήψεις. ἀλλ' αὐτὸ τὸ ἐνάργημα καθ' ὃ τὸν πολὺν ἢ ὀλίγον χρόνον ἀναφωνοῦμεν συγγενικῶς τοῦτο περιφέροντες, ἀναλογιστέον. καὶ οὔτε διαλέκτους ὡς βελτίους μεταληπτέον· ἀλλ' αὐταῖς ταῖς ὑπαρχούσαις κατ' αὐτοῦ χρηστέον. οὔτε ἄλλο τι καθ' ἑαυτοῦ κατηγορητέον, ὡς τὴν αὐτὴν οὐσίαν ἔχοντος τῷ ἰδιώματι τούτῳ. καὶ γὰρ τοῦτο ποιοῦσι τινὲς, ἀλλὰ μόνον ὡς συμπλέκομεν τὸ ἴδιον τούτῳ καὶ παραμετροῦμεν,

μεν, μάλιστα ἐπιλογιστέον. καὶ γὰρ τοῦτο οὐκ ἀποδείξεως προσδεῖται, ἀλλ' ἐπιλογισμοῦ. ὅτι ταῖς ἡμέραις καὶ ταῖς νυξὶ συμπλέκομεν, καὶ τοῖς τούτων μέρεσιν. ὡσαύτως δὲ καὶ τοῖς πάθεσι καὶ ταῖς ἀπαθείαις, καὶ κινήσεσι, καὶ στάσεσιν, ἴδιόν τι σύμπτωμα περὶ ταῦτα πάλιν αὐτὸ τοῦτο ἐννοοῦντες καθ' ὃ χρόνον ὀνομάζομεν. φησὶ δὲ καὶ ἐν τῇ β- τοῦ περὶ φύσεως· καὶ ἐν τῇ μεγάλῃ ἐπιτομῇ ἐπί τε τοῖς προειρημένοις· τοὺς κόσμους δεῖ καὶ πᾶσαν σύγκρισιν πεπερασμένην, τὸ ὁμοειδὲς τοῖς θεωρουμένοις πυκνῶς ἔχουσαν, νομίζειν γεγονέναι ἀπὸ τοῦ ἀπείρου πάντων τούτων ἐκ συστροφῶν ἰδίων ἀποκεκριμένων, καὶ μειζόνων καὶ ἐλαττόνων· καὶ πάλιν διαλύεσθαι πάντα· τὰ μὲν, θᾶττον· τὰ δὲ, βραδύτερον· καὶ τὰ μὲν ὑπὸ τῶν τοιῶνδε· τὰ δὲ, ὑπὸ τῶν δὲ πάσχοντα. δῆλον οὖν ὡς καὶ ἀφθάρτους φησὶ τοὺς κόσμους μεταβαλλόντων τῶν μερῶν· καὶ ἐν ἄλλοις τὴν γῆν τῷ ἀέρι ἐποχεῖσθαι. ἔτι δὲ καὶ τοὺς κόσμους οὔτε ἐξ ἀνάγκης δεῖ νομίζειν ἕνα σχηματισμὸν ἔχοντας· ἀλλὰ καὶ διαφόρους αὐτοὺς ἐν τῇ ιβ- περὶ τούτου φησίν. οὓς μὲν γὰρ σφαιροειδεῖς, καὶ ὠοειδεῖς ἄλλους, καὶ ἀλλοιοσχήμονας ἑτέρους. οὐ μέντοι πᾶν σχῆμα ἔχειν. οὐδὲ ζῷα εἶναι ἀποκριθέντα ἀπὸ τοῦ ἀπείρου. οὐδὲ γὰρ ἂν ἀποδείξειεν οὐδείς, ὡς μὲν τῷ τοιούτῳ, καὶ οὐκ ἂν ἐμπεριελήφθη τὰ τοιαῦτα σπέρματα. ἐξ ὧν ζῷα τε καὶ φυτὰ, καὶ τὰ λοιπὰ πάντα θεωρούμενα συνίσταται. ἐν δὲ τῷ τοιούτῳ, οὐκ ἂν ἐδυνήθη. ὡσαύτως δὲ καὶ ἐντραφῆναι, τὸν αὐ-

τὸν

τὸν δὲ τρόπον καὶ ἐπὶ γῆς νομιστέον. ἀλλὰ μὴν ὑπο-
ληπτέον καὶ τὴν φύσιν πολλὰ καὶ παντοῖα ὑπὸ τῶν αὐτῶν
τῶν πραγμάτων διδαχθῆναί τε καὶ ἀναγκασθῆναι.
τὸν δὲ λογισμὸν τὰ ὑπὸ ταύτης παρεγγυηθέντα, καὶ
ὕστερον ἐπακριβοῦν καὶ προσεξευρίσκειν· ἐν μέν τισι
θᾶττον· ἐν δέ τισι βραδύτερον· καὶ ἐν μέν τισι περι-
όδοις καὶ χρόνοις ἀπὸ τῶν ἀπὸ τοῦ ἀπείρου· ἐν δέ
441,1 τισι κατ᾽ ἐλάττους, ὅθεν καὶ τὰ ὀνόματα ἐξ ἀρχῆς
μὴ θέσει γενέσθαι, ἀλλ᾽ αὐτὰς τὰς φύσεις τῶν ἀνθρώ-
πων καθ᾽ ἕκαστα ἔθνη ἴδια πασχούσας πάθη καὶ
ἴδια λαμβανούσας φαντάσματα, ἰδίως τὸν ἀέρα
ἐκπέμπειν, στελλόμενον ὑφ᾽ ἑκάστων τῶν παθῶν καὶ
τῶν φαντασμάτων, ὡς ἄν ποτε καὶ ἡ παρὰ τοὺς τό-
πους τῶν ἐθνῶν διαφορὰ εἴη. ὕστερον δὲ κοινῶς καθ᾽
ἕκαστα ἔθνη τὰ ἴδια τεθῆναι, πρὸς τὸ τὰς δηλώ-
σεις ἧττον ἀμφιβόλους γενέσθαι ἀλλήλαις καὶ συν-
τομωτέρως δηλουμένας· τινὰ δὲ καὶ οὐ συνορώμενα
πράγματα εἰσφέροντας τοὺς συνειδότας παρεγ-
γυῆσαι τινὰς φθόγγους τοὺς ἀναγκασθέντας ἀνα-
195.30.&c. φωνῆσαι, τοὺς δὲ, τῷ λογισμῷ ἑλομένους κατὰ τὴν
πλείστην αἰτίαν, οὕτως ἑρμηνεῦσαι. καὶ μὴν ἐν τοῖς
μετεώροις, φορὰν καὶ τροπὴν, καὶ ἔκλειψιν, καὶ ἀνα-
τολὴν, καὶ δύσιν, καὶ τὰ σύστοιχα τούτοις, μή τε λει-
τουργοῦντός τινος νομίζειν δεῖ γενέσθαι, καὶ διατάτ-
τοντος, ἢ διατάξαντος, καὶ ἅμα τὴν πᾶσαν μακα-
ριότητα ἔχοντος, μετὰ ἀφθαρσίας. οὐ γὰρ συμφω-
νοῦσι πραγματεῖαι καὶ φροντίδες καὶ ὀργαὶ καὶ χά-
ριτες μακαριότητι, ἀλλ᾽ ἀσθενείᾳ καὶ φόβῳ καὶ
προσ-

προσδεήσεως τῶν πλησίον ταῦτα γίνεται· μήτε αὖ πῦρ ἅμα ὄντα συνεστρατευμένην τὴν μακαριότητα κεκτημένα, κατὰ βούλησιν τὰς κινήσεις ταύτας λαμβάνειν· ἀλλὰ πᾶν τὸ σέμνωμα τηρεῖν κατὰ πάντα ὀνόματα φερόμενα ἐπὶ τὰς τοιαύτας ἐννοίας, ἐὰν μηδ' ὑπεναντίαι ἐξ αὐτῶν τῷ σεμνώματι δόξαι· εἰ δὲ μή, τὸ μέγιστον τάραχον ἐν ταῖς ψυχαῖς αὐτὴ ὑπεναντιότης παρασκευάσει. ὅθεν δὴ καὶ τὰς ἐξ ἀρχῆς ἐναπολήψεις τῶν συστρόφων τούτων ἐν τῇ τοῦ κόσμου συστάσει δεῖ δοξάζειν καὶ τὴν ἀνάγκην ταύτην καὶ περίοδον συντελεῖσθαι. καὶ μὴν καὶ τὴν ὑπὲρ τῶν κυριωτάτων αἰτίαν ἐξακριβῶσαι, φυσιολογίας ἔργον εἶναι δεῖ νομίζειν· καὶ τὸ μακάριον ἐν τῇ περὶ τῶν μετεώρων γνώσει, ἐνταῦθα πεπτωκέναι. καὶ ἐν τῷ τίνες φύσεις αἱ θεωρούμεναι κατὰ τὰ μετέωρα ταυτί, καὶ ὅσα συγγενῆ πρὸς τὴν εἰς τοῦτο ἀκρίβειαν. ἔτι τε οὐ τὸ πλεοναχῶς ἐν τοῖς τοιούτοις εἶναι· καὶ τὸ ἐνδεχομένας, καὶ ἄλλως πῶς ἔχειν· ἀλλ' ἁπλῶς μὴ εἶναι ἐν ἀφθάρτῳ καὶ μακαρίᾳ φύσει τῶν διάκρισιν ὑποβαλλόντων, ἢ τάραχον μηθέν· καὶ τοῦτο καταλαβεῖν τῇ διανοίᾳ ἔστιν ἁπλῶς εἶναι· τὸ δ' ἐν τῇ ἱστορίᾳ πεπτωκὸς τῆς δύσεως καὶ ἀνατολῆς καὶ τροπῆς καὶ ἐκλείψεως, καὶ ὅσα συγγενῆ τούτοις, μηθὲν ἔτι πρὸς τὸ μακάριον τῆς γνώσεως συντείνειν· ἀλλ' ὁμοίως τοὺς φόβους ἔχειν τοὺς ταῦτα κατιδόντας, τίνες δὲ αἱ φύσεις ἀγνοοῦντας καὶ τίνες αἱ κυριώταται αἰτίαι. καὶ εἰ μὴ προσῄδησαν ταῦτα τὰ

χαλε-

χαλεπὰ καὶ πλεῖα. ὅταν τὸ θάμβος ἐκ τῆς τούτων προσκατανοήσεως, μὴ δυνήσεται τὴν λύσιν λαμβάνειν, καὶ τὴν περὶ τῶν κυριωτάτων οἰκονομίαν. διὸ δὴ καὶ πλείους αἰτίας εὑρίσκομεν τροπῶν, καὶ δύσεων, καὶ ἀνατολῶν, καὶ ἐκλείψεων, καὶ τῶν τοιούτων τροπῶν. ὥσπερ καὶ ἐν τοῖς κατὰ μέρος γινομένοις, ἢ οὐ δεῖ νομίζειν τὴν ὑπὲρ τούτων χρείαν, ἀκρίβειαν μὴ ἀπειληφέναι, ὅση πρὸς τὸ ἀτάραχον καὶ μακάριον ἡμῶν συντείνει, ὥς τε παραθεωροῦντας ποσαχῶς παρ' ἡμῖν τὸ ὅμοιον γίνεται, αἰτιολογητέον ὑπέρ τε τῶν μετεώρων καὶ παντὸς τοῦ ἀδήλου καταφρονοῦντας, τῶν οὐδὲ μοναχῶς ἔχον, ἢ γινόμενον γνωριζόντων, οὔτε τὸ πλεοναχῶς συμβαῖνον τὴν ἐκ τῶν ἀποστημάτων φαντασίαν παραδιδόντων. ἔτι τε ἀγνοούντων, καὶ ἐν ποίοις οὐκ ἔστιν ἀταρακτῆσαι. ἂν οὖν οἰώμεθα καὶ ὡδίπως ἐνδεχόμενον αὐτὸ γίνεσθαι, καὶ ἐφ' οἵοις ὁμοίως ἀταρακτῆσαι αὐτὸ τὸ ὅτι πλεοναχῶς γίνεται γνωρίζοντες, ὥσπερ κἂν ὅτι ὡδίπως γίνεται εἰδῶμεν, ἀταρακτήσομεν. ἐπὶ δὲ τούτοις ἅπασιν, ἐκεῖνο δεῖ κατανοεῖν, ὅτι τάραχος ὁ κυριώτατος ταῖς ἀνθρωπίναις ψυχαῖς γίνεται ἐν τῷ ταῦτα μακάριά τε δοξάζειν καὶ ἄφθαρτα καὶ ὑπεναντίας ἔχειν τούτοις βουλήσεις ἅμα καὶ πράξεις, καὶ αἰτίας, καὶ ἐν τῷ αἰώνιόν τι δεινὸν καὶ προσδοκᾶν καὶ ὑποπτεύειν κατὰ τοὺς μύθους. εἴτε καὶ αὐτὴν τὴν ἀναισθησίαν τὴν ἐν τῷ τεθνάναι φοβουμένους, ὥσπερ οὖσαν καὶ αὐτούς, καὶ ἐν τῷ μὴ δόξαις ταύ-

ταις

ταις πάσχειν, ἀλλ' ἀλόγῳ γέ τινι παραστάσει. ὅθεν μὴ ὁρίζοντας τὸ δεινὸν τὴν ἴσην ἢ καὶ ἐπιτεταμένην ταραχὴν λαμβάνειν τῇ εἰ καὶ ἐδόξαζον ταῦτα. ἡ δὲ ἀταραξία, τὸ τούτων πάντων ἀπολελύσθαι· καὶ συνεχῆ μνήμην ἔχειν τῶν ὅλων καὶ κυριωτάτων. ὅθεν τοῖς πᾶσι προσεκτέον τοῖς παροῦσι· κατὰ μὲν τὸ κοινὸν ταῖς κοιναῖς· κατὰ δὲ τὸ ἴδιον, ταῖς ἰδίαις, καὶ πάσῃ τῇ παρούσῃ καθ' ἕκαστον τῶν κριτηρίων ἐναργείᾳ. ἂν γὰρ τούτοις προσέχωμεν, τὸ ὅθεν ὁ τάραχος καὶ ὁ φόβος ἐγίνετο, ἐξαιτιολογήσομεν ὀρθῶς καὶ ἀπολύσομεν, ὑπέρ τε μετεώρων αἰτιολογοῦντες, καὶ τῶν λοιπῶν τῶν ἀεὶ παρεμπιπτόντων, καὶ ὅσα φοβεῖ τοὺς λοιποὺς ἐσχάτως. ταῦτα σοι ὦ Ἡρόδοτε, ἔστι κεφαλαιωδέστερα ὑπὲρ τῆς τῶν ὅλων φύσεως ἐπιτετμημένα, ὥς τε ἂν γένοιτο οὗτος ὁ λόγος δυνατὸς κατεχέθη μετὰ ἀκριβείας οἶμαι. ἐὰν μὴ πρὸς ἅπαντα βαδίσῃ τὶς τῶν κατὰ μέρος ἀκριβωμάτων, ἀσύγκριτον αὐτὸν πρὸς τοὺς λοιποὺς ἀνθρώπους ἁδρότητα λήψεσθαι. καὶ γὰρ καὶ καθαρὰν ἀφ' ἑαυτοῦ ποιήσει πολλὰ τοῖς κατὰ μέρος ἐξακριβουμένοις κατὰ τὴν ὅλην πραγματείαν ἡμῖν. καὶ αὐτὰ ταῦτα ἐν μνήματι θέμενος συνεχῶς βοηθήσει. τοιαῦτα γάρ ἐστιν, ὥς τε καὶ τοὺς κατὰ μέρος ἤδη ἐξακριβοῦντας ἱκανῶς, ἢ καὶ τελείως εἰς τὰς τοιαύτας ἀναλύοντας ἐπιβολάς, τὰς πλείστας τῶν περιοδῶν ὑπὲρ τῆς ὅλης φύσεως ποιεῖσθαι. ὅσα δὲ μὴ παντελῶς αὐτῶν τῶν ἀποτελουμένων

μένων

μένων ἐκ τούτων εἰσίν, ἢ κατὰ τὸν ἄνευ φθόγγων τρόπον τὴν ἅμα νοήμασι περίοδον τῶν κυριοτάτων, πρὸς γαληνισμὸν ποιοῦνται.

CANONICA EPICVRI.

ΛΕΓΕΙ οὖν ὁ Ἐπίκουρος, κριτήρια τῆς ἀληθείας εἶναι τὰς αἰσθήσεις, καὶ προλήψεις, καὶ τὰ πάθη. οἱ δ' ἐπικούριοι, καὶ τὰς φανταστικὰς ἐπιβολὰς τῆς διανοίας. λέγει δὲ καὶ ἐν τῇ πρὸς Ἡρόδοτον ἐπιτομῇ, καὶ ἐν ταῖς κυρίαις δόξαις. πᾶσα γάρ φησιν αἴσθησις, ἄλογός ἐστι, καὶ μνήμης οὐδεμιᾶς δεκτική· οὔτε γὰρ ὑφ' αὐτῆς, οὔτε ὑφ' ἑτέρου κινηθεῖσα ἀδυνατεῖ τί προσθεῖναι ἢ ἀφελεῖν. οὐδ' ἔστι τὸ δυνάμενον αὐτὰς διελέγξαι. οὔτε γὰρ ἡ ὁμογένεια αἴσθησις τὴν ὁμογένειαν διὰ τὴν ἰσοσθένειαν, οὔθ' ἡ ἀνομογένεια τὴν ἀνομογένειαν. οὐ γὰρ τῶν αὐτῶν εἰσὶ κριτικαί· οὔτε μὴν λόγος. πᾶς γὰρ λόγος, ἀπὸ τῶν αἰσθήσεων ἤρτηται· οὔθ' ἡ ἑτέρα τὴν ἑτέραν. πάσαις γὰρ προσέχομεν. καὶ τὸ τὰ ἀνεπαίσθητα ὑφεστάναι, πιστοῦται τὴν τῶν αἰσθήσεων ἀλήθειαν. ὑφέστηκε δὲ τό τε ὁρᾶν ἡμᾶς καὶ ἀκούειν, ὥσπερ τὸ ἀλγεῖν. ὅθεν καὶ περὶ τῶν ἀδήλων ἀπὸ τῶν φαινομένων χρὴ σημειοῦσθαι. καὶ γὰρ ἐπίνοιαι πᾶσαι ἀπὸ τῶν αἰσθήσεων γεγόνασι, κατά τε περίπτωσιν καὶ ἀναλογίαν, καὶ ὁμοιότητα, καὶ σύνθεσιν, συμβαλλομένου τὶ καὶ τοῦ λογισμοῦ· τά τε τῶν μαινομένων φαντάσματα, καὶ κατ' ὄναρ ἀληθῆ. κινεῖ γάρ. τὸ δὲ μὴ ὂν, οὐ κινεῖ. τὴν δὲ πρόληψιν λέγουσιν οἱονεὶ κατάληψιν, ἢ δόξαν ὀρθήν,

ὀρθὴν, ἢ ἔννοιαν, ἢ καθολικὴν νόησιν ἐναποκειμένην· τουτέστι μνήμην τοῦ πολλάκις· οἷον τὸ τοιοῦτον ἐστὶν ἄνθρωπος. ἅμα γὰρ τῷ ῥηθῆναι ἄνθρωπος εὐθὺς κατὰ πρόληψιν καὶ ὁ τύπος αὐτοῦ νοεῖται, προηγουμένων τῶν αἰσθήσεων. παντὶ οὖν ὀνόματι τὸ πρώτως ἐπιτεταγμένον, ἐναργές ἐστι, καὶ οὐκ ἂν ἐζητήσαμεν τὸ ζητούμενον, εἰ μὴ πρότερον ἐγνώκειμεν αὐτό. οἷον, τὸ πόῤῥω ἑστὼς, ἵππος ἐστὶν ἢ βοῦς. δεῖ γὰρ κατὰ πρόληψιν ἐγνωκέναι ποτὲ ἵππου καὶ βοὸς μορφήν. οὐδ᾽ ἂν ὀνομάσαμέν τι μὴ πρότερον αὐτοῦ κατάληψιν τὸν τύπον μαθόντες. ἐναργεῖς οὖν εἰσιν αἱ προλήψεις. καὶ τὸ δοξαστὸν ἀπὸ προτέρου τινὸς ἐναργοῦς ἤρτηται· ἐφ᾽ ὃ ἀναφέροντες λέγομεν. οἷον, πόθεν ἴσμεν εἰ τοῦτο ἐστὶν ἄνθρωπος. τὴν δὲ δόξαν, καὶ ὑπόληψιν λέγουσιν. ἀληθῆ τέ φασι καὶ ψευδῆ. ἂν μὲν γὰρ ἐπιμαρτυρῆται, ἢ μὴ ἀντιμαρτυρῆται, ψευδῆ τυγχάνειν. ὅθεν προσμένον εἰσήχθη. οἷον, τὸ προσμεῖναι καὶ ἐγγὺς γενέσθαι τῷ πύργῳ, καὶ μαθεῖν, ὁποῖος ἐγγὺς φαίνεται.

METEORA EPICVRI.

ΕΠΙΚΟΥΡΟΣ ΠΥΘΟΚΛΕΙ ΧΑΙΡΕΙΝ.

ΗΝΕΓΚΕ μοι Κλέων ἐπιστολὴν παρὰ σοῦ, ἐν ᾗ φιλοφρονούμενός τε περὶ ἡμᾶς διετέλεις ἀξίως τῆς ἡμετέρας περὶ σεαυτὸν σπουδῆς, καὶ οὐκ ἀπιθάνως ἐπειρῶ μνημονεύειν τῶν εἰς μακάριον βίον συντεινόντων διαλογισμῶν. ἐδέου τε σεαυτῷ περὶ τῶν μετεώρων σύν-

σύντομον καὶ ἐνπερίγραφον διαλογισμὸν ἀποστεῖλαι, ἵνα ῥαδίως μνημονεύῃς· τὰ γὰρ ἐν ἄλλοις ἡμῖν γεγραμμένα, δυσμνημόνευτα εἶναι· καί τοι ὡς ἔφης, συνεχῶς αὐτὰ βαστάζειν. ἡμεῖς δὲ ἡδέως τέ σου τὴν δέησιν ἀπεδεξάμεθα, καὶ ἐλπῖσιν ἡδείαις συνεσχέθημεν. γράψαντες οὖν τὰ λοιπὰ πάντα συντελοῦμεν ἅπερ ἠξίωσας, πολλοῖς καὶ ἄλλοις ἐσόμενα χρήσιμα τὰ διαλογίσματα ταῦτα, καὶ μάλιστα τοῖς νεωστὶ φυσιολογίας γνησίου γευομένοις. καλῶς δὴ αὐτὰ διάλαβε· καὶ διὰ μνήμης ἔχων, ὀξέως αὐτὰ περιόδευε μετὰ τῶν λοιπῶν ὧν ἐν τῇ μικρᾷ ἐπιτομῇ πρὸς Ἡρόδοτον ἀπεστείλαμεν.

3,6.& 194, 20.&c. πρῶτον μὲν οὖν, μὴ ἄλλο τι τέλος ἐκ τῆς περὶ μετεώρων γνώσεως, εἴτε κατὰ συναφὴν λεγομένων, εἴτε αὐτοτελῶς νομίζειν εἶναι, ἤπερ ἀταραξίαν καὶ πίστιν βέβαιον, καθάπερ καὶ ἐπὶ τῶν λοιπῶν· μήτε τὸ ἀδύνατον παραβιάζεσθαι, μήτε ὁμοίαν κατὰ πάντα τὴν θεωρίαν ἔχειν, ἢ τοῖς περὶ

14.11. βίων λόγοις, ἢ τοῖς κατὰ τῶν ἄλλων φυσικῶν προβλημάτων κάθαρσιν, οἷον, ὅτι τὸ πᾶν, σῶμα καὶ ἀναφὴς φύσις ἐστὶν, ἢ ὅτι ἄτομα στοιχεῖα, καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα, ἢ ὅσα μοναχὴν ἔχει τοῖς φαινομένοις συμφωνίαν· ὅπερ ἐπὶ τῶν μετεώρων οὐχ ὑπάρχειν. ἀλλὰ ταῦτά γε πλεοναχὴν ἔχει καὶ τῆς γενέσεως αἰτίαν, καὶ τῆς οὐσίας ταῖς αἰσθήσεσι σύμφωνον κατηγορίαν. οὐ γὰρ κατὰ ἀξιώματα καινὰ καὶ νομοθεσίας φυσιολογητέον· ἀλλ᾽ ὡς τὰ φαινόμενα ἐκκαλεῖται. οὐ γὰρ ἤδη ἀλογίας καὶ κενῆς

δόξης

δόξης ὁ βίος ἡμῶν ἔχει χρείαν, ἀλλὰ τοῦ ἀθορύ-
βως ἡμᾶς ζῆν. πάντα μὲν οὖν γίνεται ἀσείστως κατὰ
πάντων, κατὰ πλεοναχὸν τρόπον, ἐκκαθαιρομένων
συμφώνως τοῖς φαινομένοις, ὅταν τις τὸ πιθανο-
λογούμενον ὑπὲρ αὐτῶν δεόντως καταλίπῃ. ὅταν
δέ τις τὸ μὲν ἀπολίπῃ, τὸ δὲ ἐκβάλῃ, ὁμοίως
σύμφωνον ὂν τῷ φαινομένῳ· δηλονότι καὶ ἐκ παν
τὸς ἐκπίπτει φυσιολογήματος, ἐπὶ δὲ τὸν μῦ-
θον καταῤῥεῖ. σημεῖα δέ τινα τῶν ἐν τοῖς μετεώ-
ροις συντελουμένων φέρειν τῶν παρ' ἡμῖν τινα φαι-
νομένων· ἃ θεωρεῖται ἢ ὑπάρχει, καὶ οὐ τὰ ἐν τοῖς
μετεώροις φαινόμενα. ταῦτα γὰρ οὐ δέχεται πλεο-
ναχῶς γενέσθαι. τὸ μέντοι φάντασμα ἑκάστων τη-
ρητέον, καὶ ἐπὶ τὰ συναπτόμενα τούτῳ διαιρετέον·
ἃ οὐκ ἀντιμαρτυρεῖται τοῖς παρ' ἡμῖν γινομένοις
πλεοναχῶς συντελεῖσθαι. κόσμος ἐστὶ, περιοχή τις
οὐρανοῦ, ἄστρα τε καὶ γῆν καὶ πάντα τὰ φαινόμενα
περιέχουσα, ἀποτομὴν ἔχουσα ἀπὸ τοῦ ἀπείρου, καὶ
καταλήγουσα ἐν πέρατι, ἢ ἀραιῷ ἢ πυκνῷ· καὶ οὗ
λυομένου, πάντα τὰ ἐν αὐτῷ σύγχυσιν λήψεται,
καὶ λήγουσαν ἢ ἐμπεριαγομένῳ, ἢ ἔνστασιν ἔχοντι,
καὶ στρογγύλην, ἢ τρίγωνον, ἢ οἵαν δήποτε περιγρα-
φήν. πανταχῶς γὰρ ἐνδέχεται· τῶν γὰρ φαινομένων
οὐδὲν ἀντιμαρτυρεῖ τῷ δὲ τῷ κόσμῳ, ἐν ᾧ λῆ-
γον οὐκ ἔστι καταλαβεῖν. ὅτι δὲ καὶ τοιοῦτοι κόσμοι 68,4.
εἰσὶν ἄπειροι τὸ πλῆθος, ἔστι καταλαβεῖν. καὶ ὅτι
καὶ ὁ τοιοῦτος δύναται κόσμος γίνεσθαι καὶ ἐν κόσ- 161, 18. &c.
μῳ καὶ μετακοσμίῳ, ὃ λέγομεν μεταξὺ κόσμων

διάστημα. ἐν πολυκένῳ τόπῳ καὶ οὐκ ἐν μεγάλῳ εἱλικρινεῖ καὶ κενῷ, καθάπερ τινά φασιν ἐπιτηδείων σπερμάτων ῥυέντων ἀφ' ἑνὸς κόσμου ἢ μετακοσμίου, ἢ καὶ ἀπὸ πλειόνων κατὰ μικρὸν προσθέσεις τε καὶ διαρθρώσεις ποιούντων ἐπ' ἄλλον τόπον ἂν οὕτω τύχῃ καὶ ἐπαρδεύσεις, ἐκ τῶν ἐχόντων ἐπιτηδείως καὶ τελειώσεως καὶ διαμονῆς· ἐφ' ὅσον τὰ ὑποβληθέντα θεμέλια τὴν προσοχὴν δύναται ποιεῖσθαι. οὐ γὰρ ἀθροισμὸν δεῖ μόνον γίνεσθαι, οὐδὲ δεινὸν ἐν ᾧ ἐνδέχεται κόσμον γίνεσθαι κενῷ κατὰ τὸ δοξαζόμενον ἐξ ἀνάγκης. αὔξεσθαί τε ἕως ἂν ἑτέρῳ προσκρούσῃ, καθάπερ τῶν φυσικῶν καλουμένων φησί τις. τοῦτο γὰρ μαχόμενον ἐστὶ τοῖς φαινομένοις. ἥλιος τε καὶ σελήνη καὶ τὰ λοιπὰ ἄστρα καθ' αὑτὰ γενόμενα, ὕστερον ἐμπεριελαμβάνετο ὑπὸ τοῦ κόσμου, καὶ ὅσα γε δεῖ σώζει. ἀλλ' εὐθὺς διεπλάττετο, καὶ αὔξησιν ἐλάμβανεν. ὁμοίως δὲ καὶ γῆ καὶ θάλαττα, καὶ τὰ πρὸς κρίσεις καὶ δινήσεις λεπτομερῶν τινῶν φύσεων· ἤτοι πνευματικῶν, ἢ πυροειδῶν, ἢ τὸ συναμφότερον. καὶ γὰρ ταῦτα οὕτως ἡ αἴσθησις ὑποβάλλει.

166,6. τὸ δὲ μέγεθος ἡλίου τε καὶ τῶν λοιπῶν ἄστρων κατὰ μέν τοι πρὸς ἡμᾶς, τηλικοῦτον ἐστὶν ἡλίκον ὁποῖον φαίνεται. τοῦτο καὶ ἐν τῇ ἐνδεκάτῃ περὶ φύσεως: εἰ γάρ, φησι, τὸ μέγεθος διὰ τὸ διάστημα ἀποβεβλήκει, πολλῷ ἂν μᾶλλον τὴν χρόαν. ἄλλο γὰρ τούτῳ συμμετρώτερον διάστημα, οὐθέν ἐστι. κατὰ δὲ τὸ κατ' αὐτὸ ἤτοι μεῖζον τοῦ ὁρω-

μένου

μένου ἢ ἔλαττον μικρῷ, ἢ τηλικοῦτον οὐχ ἅμα, οὕτω γὰρ καὶ τὰ παρ' ἡμῖν πυρὰ ἐξ ἀποστήματος θεωρούμενα, κατὰ τὴν αἴσθησιν θεωρεῖται. καὶ πᾶν δὲ εἰς τοῦτο τὸ μέρος ἔνστημα, ῥαδίως διαλυθήσεται, ἐάν τις τοῖς ἐναργήμασι προσέχῃ· ὅπερ ἐν τοῖς περὶ φύσεως βιβλίοις δείκνυμεν. ἀνατολὰς 168,26. καὶ δύσεις ἡλίου καὶ σελήνης καὶ τῶν λοιπῶν ἄστρων, καὶ κατὰ ἄναψιν γίνεσθαι δύνασθαι καὶ κατὰ σβέσιν, τοιαύτης οὔσης περιστάσεως καθ' ἑτέρους τοὺς τόπους, ὥς τε τὰ προειρημένα ἀποτελεῖσθαι. οὐδὲν γὰρ τῶν φαινομένων ἀντιμαρτυρεῖ. κατ' ἐμφάνειάν τε ὑπὲρ γῆς, καὶ πάλιν ἐπιπροσθέτησιν τὸ προειρημένον δύναιτ' ἂν συντελεῖσθαι. οὐδὲν γάρ τι τῶν φαινομένων ἀντιμαρτυρεῖ. τάς τε κινήσεις 167,22.&c. αὐτῶν, οὐκ ἀδύνατον μὲν γίνεσθαι κατὰ τὴν τοῦ ὅλου οὐρανοῦ δίνην, κατὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς ἐν τῇ γενέσει τοῦ κόσμου ἀνάγκην ἀπογεννηθεῖσαν ἐπ' ἀνατολῇ. εἶτα τῇ θερμασίᾳ τοῦ πυρὸς ἀεὶ ἐπὶ τοὺς ἑξῆς τόπους ἰόντος. τροπὰς ἡλίου καὶ σελήνης, ἐνδέχεται μὲν γίνεσθαι, κατὰ λόξωσιν οὐρανοῦ, οὕτω τοῖς χρόνοις κατηναγκασμένου. ὁμοίως δὲ καὶ κατὰ ἀέρος ἀντέξωσιν, ἢ καὶ ὕλης ἀεὶ ἐπιτηδείως ἐχομένης ἐμπιπραμένης. τῆς δὲ καταλιπούσης, ἢ καὶ ἐξ ἀρχῆς τοιαύτην δίνην τοῖς ἄστροις τούτοις, ὥσθ' οἷόν τε ἕν σοι κατακινεῖσθαι. πάντα γὰρ τὰ τοιαῦτα καὶ τὰ τούτοις συγγενῆ, οὐθὲν τῶν ἐναργημάτων διαφωνεῖ. ἐάν τις αἰεὶ ἐπὶ τῶν τοιούτων μερῶν ἐχόμενος τοῦ δυνατοῦ εἰς τὸ σύμφωνον τοῖς

φαινομένοις ἕκαστον τούτων δύνηται ἀπάγειν, μὴ
170,27.&c. φοβούμενος τὰς ἀνδραποδώδεις τῶν ἀστρολόγων
τεχνιτείας, κενώσεις τὲ σελήνης, καὶ πάλιν πλη-
ρώσεις, καὶ καταστροφὴν τοῦ σώματος. τοῦτο δύ-
ναιτ' ἂν γίνεσθαι, καὶ κατὰ σχηματισμοὺς ἀέρος ὁμοί-
ως ἔτι τὲ καὶ κατὰ προσθετήσεις, καὶ κατὰ πάντας
τρόπους· καθ' οὓς καὶ τὰ παρ' ἡμῖν φαινόμενα ἐκ-
καλεῖται εἰς τὰς τούτου τοῦ εἴδους ἀποδόσεις. ἐὰν
μή τις τὸν μοναχῇ τρόπον κατηγαπηκὼς τοὺς ἄλ-
λους κενῶς ἀποδοκιμάζῃ· οὔτε θεωρητικῶς τί
δυνατὸν ἀνθρώπῳ θεωρῆσαι, καί τι ἀδύνατον·
καὶ διὰ τοῦτο ἀδύνατα θεωρεῖν ἐπιθυμῶν. ἔτι τὲ
166,16. ἐνδέχεται τὴν σελήνην ἐξ ἑαυτῆς ἔχειν τὸ φῶς·
ἐνδέχεται δὲ ἀπὸ τοῦ ἡλίου. καὶ γὰρ παρ' ἡμῖν
θεωρεῖται πολλὰ μὲν ἐξ ἑαυτῶν ἔχοντα· πολλὰ
δὲ ἀφ' ἑτέρων. καὶ οὐδὲν ἐμποδοστατεῖ τῶν ἐν τοῖς
μετεώροις φαινομένων. ἐάν τις τοῦ πλεοναχοῦ τρό-
που ἀεὶ μνήμην ἔχῃ· καὶ τὰς ἀκολούθους αὐτοῖς
ὑποθέσεις ἅμα καὶ αἰτίας συνθεωρῇ, μὴ ἀναβλέ-
πων εἰς τὰ ἀνακόλουθα ταῦτα, καὶ καταῤῥέπῃ
ἄλλο τε ἄλλως ἐπὶ τὸν μοναχὸν τρόπον. ἡ δὲ ἔμ-
φασις τοῦ προσώπου ἐν αὐτῇ δύναται μὲν γίνε-
σθαι, καὶ κατὰ παραλλαγὴν μερῶν καὶ κατ' ἐπι-
προσθέτησιν. καὶ ὅσοι πάντα ἂν τρόπον θεωροῖν-
το τὸ σύμφωνον τοῖς φαινομένοις· κεκτημένοι
ἐπὶ πάντων τῶν μετεώρων τὴν τοιαύτην ἰχνεύ-
ειν, οὐ προσθετέον· ἢν γάρ τισι βαλλομένοις τοῖς
ἐναργήμασιν οὐδέποτε δυνήσεται ἀταραξίας γνη-
σίου

σίου μεταλαβεῖν. ἔκλειψις ἡλίου καὶ σελήνης, δύ- 171,31.
ναται μὲν γίνεσθαι καὶ κατὰ σβέσιν· καθάπερ καὶ
παρ' ἡμῖν τοῦτο θεωρεῖται γινόμενον· καὶ ἤδη κατ'
ἐπιπρόσθεσιν ἄλλων τινῶν· ἢ γῆς, ἢ οὐρανοῦ,
ἤ τινος ἑτέρου τοιούτου, καὶ ὧδε τοὺς οἰκείους ἀλ-
λήλοις τρόπους θεωρητέον, καὶ τὰς ἅμα συγκρί-
σεις τινῶν ὅτι οὐκ ἀδύνατον γίνεσθαι. ἐν δὲ τῇ δυο-
δεκάτῃ περὶ φύσεως ταῦτα λέγει· καὶ τὸν ἥλιον
ἐκλίπειν σελήνης ἐπισκοτούσης· σελήνην δὲ τοῦ
τῆς γῆς σκιάσματος, ἀλλὰ κατ' ἀναχώρησιν. τοῦ-
το δὲ καὶ Διογένης ὁ ἐπικούρειος ἐν τῇ πρώτῳ
τῶν ἐπιλέκτων. ἔτι τε τάξις περιόδου, καθάπερ
ἔνια καὶ παρ' ἡμῖν τῶν τυχόντων γίνεται, λαμβανέ-
σθω. καὶ ἡ θεία φύσις πρὸς ταῦτα μηδαμῇ προσ-
αγέσθω· ἀλλὰ ἀλειτούργητος διατηρείσθω, καὶ
ἐν τῇ πάσῃ μακαριότητι· ὡς εἰ τοῦτο μὴ πρα-
χθήσεται, ἅπασα περὶ τῶν μετεώρων ἀντιλογία
ματαία ἔσται. καθάπερ τισὶν ἤδη ἐγίνετο οὐ δυ- 164,32.
νατοῦ τρόπου ἐφαψαμένοις, εἰς δὲ τὸ μάταιον ἐκ-
πεσοῦσι, τῷ καθ' ἕνα τρόπον οἴεσθαι γίνεσθαι μό-
νον, τοὺς δὲ ἄλλους ἅπαντας τοὺς κατὰ τὸ ἐνδεχό-
μενον ἐκβάλλειν, εἴς τε τὸ ἀδιανόητον φερομέ-
νοις, καὶ τὰ φαινόμενα δὴ σημεῖα ἀποδέχεσθαι
μὴ δυναμένοις σὺν Θεῷ χαίρειν. μήκη νυκτῶν 169,24.
καὶ ἡμερῶν παραλλάττοντα καὶ παρὰ τὸ ταχείας
ἡλίου κινήσεις γίνεσθαι, καὶ πάλιν βραδείας ὑπὲρ
γῆς· παρὰ τὸ μήκη τόπων παραλλάττοντα καὶ
τόπους τινὰς περαιοῦντα τάχιον, ὡς καὶ παρ' ἡμῖν

ἢ καὶ βραδύτερόν τινα θεωρεῖται· οἷς συμφώνως
δεῖ λέγειν ἐπὶ τῶν μετεώρων. οἱ δὲ τὸ ἓν λαμβά-
νοντες, τοῖς τε φαινομένοις μάχονται, καὶ τοῦ εἰ δυ
νατὸν ἀνθρώπῳ θεωρῆσαι, διαπεπτώκασιν. ἐπι
σημασίαι δύνανται γίνεσθαι, καὶ κατὰ συγκρίσεις
καιρῶν, καθάπερ ἐν τοῖς ἐμφανέσι παρ' ἡμῖν
ζώοις· καὶ παρ' ἑτέροις ὡς εἰ ἀέρος καὶ μεταβο-
λῆς. ἀμφότερα γὰρ ταῦτα οὐ μάχεται τοῖς φαι-
νομένοις. ἔτι δὲ, ποίοις παρὰ τοῦτο ἢ τοῦτο τὸ αἴ-
τιον γίνεται, οὐκ ἔστι συνιδεῖν ἐφ' ᾗ γίνεσθαι καὶ
συνίστασθαι δύναται· καὶ παρὰ πιλήσεις ἀέρος
πνευμάτων συνώσεως, καὶ παρὰ περιπλοκὰς ἀλ
ληλούχων ἀτόμων, καὶ ἐπιτηδείων εἰς τοῦτο τε-
λέσαι, καὶ κατὰ ῥευμάτων συλλογὴν ἀπό τε γῆς καὶ
ὑδάτων. καὶ κατ' ἄλλους δὲ τρόπους πλείους αἱ
τῶν τοιούτων συστάσεις οὐκ ἀδυνατοῦσι συντε-
λεῖσθαι. ἤδη δ' ἀπ' αὐτῶν, ἢ μὲν, θλιβομένων, ἢ δὲ
μεταβαλλόντων, ὕδατα δύναται συντελεῖσθαι.
ἔτι τε πνεύματα, κατὰ ἀποφορὰν ἀπὸ ἐπιτη-
δείων τόπων, δι' ἀέρος κινουμένων, τοτέρας ἐπαρ
δεύσεως γινομένης ἀπό τινων ἀθροισμάτων, ἐπι
197,12. τηδείων εἰς τὰς τοιαύτας ἐπιπέμψεις. βροντὰς
ἐνδέχεται γίνεσθαι, καὶ πνεύματος ἐν τοῖς κοι-
λώμασι τῶν νεφῶν ἀνείλησιν, καθάπερ ἐν τοῖς
ἡμετέροις ἀγγείοις καὶ παρὰ πυρὸς πεπνευμα-
τωμένου βόμβον ἐν αὐτοῖς· καὶ κατὰ ῥήξεις δὲ νε-
φῶν, καὶ διαστάσεις. κατὰ παρατρίψεις δὲ νεφῶν, καὶ
κατάξεις πῆξιν εἰληφότων κρυσταλλοειδῆ, καὶ τὸ

ὅλον

ὅλον καὶ τοῦτο τὸ μέρος γίνεσθαι λέγειν ἐκκαλεῖται τὰ φαινόμενα. καὶ ἀστραπαὶ δ' ὡσαύτως γίνονται κατὰ πλείους τρόπους. καὶ γὰρ κατὰ παράτριψιν καὶ σύγ- 199,12. &c.
κρουσιν νεφῶν, ὁ πυρὸς ἀποτελεστικὸς σχηματισμὸς ἐξολισθαίνων ἀστραπὴν γεννᾷ. καὶ κατ' ἐκριπισμὸν ἐκ τῶν νεφῶν ὑπὸ πνευμάτων. ἃ τὴν λαμπηδόνα ταύτην παρασκευάζει. καὶ κατ' ἐκπιασμὸν θλίψεως τῶν νεφῶν γινομένης, εἴθ' ὑπ' ἀλλήλων, εἴθ' ὑπὸ πνευμάτων. καὶ κατ' ἐμπερίληψιν δὲ τοῦ ἀπὸ τῶν ἄστρων κατεσπειραμένου φωτός. εἶτα συνελαμβομένου ὑπὸ τῆς κινήσεως νεφῶν τε καὶ πνευμάτων, καὶ διεκπίπτοντος διὰ τῶν νεφῶν· ἢ κατὰ διήθησιν τῶν νεφῶν τοῦ λεπτομερεστάτου φωτός· ἢ ἀπὸ τοῦ πυρὸς νέφη συνειλέχθαι, καὶ τὰς βροντὰς ἀποτελεῖσθαι, καὶ κατὰ τὴν τούτου κίνησιν, καὶ κατὰ τὴν πνεύματος ἐκπύρωσιν, τὴν γινομένην διά τε συντονίαν φορᾶς, καὶ διὰ σφοδρὰν κατείλησιν. καὶ κατὰ ῥήξεις δὲ νεφῶν ὑπὸ πνευμάτων ἔκπτωσιν τῶν πυρὸς ἀποτελεστικῶν ἀτόμων, καὶ τὸ τῆς ἀστραπῆς φάντασμα ἀποτελουσῶν. καὶ κατ' ἄλλους δὲ πλείους τρόπους ῥᾳδίως ἔσται καθορᾶν ἐχόμενον καὶ τῶν φαινομένων, καὶ τὸ τούτοις ὅμοιον δυνάμενον συνθεωρεῖν. προτερεῖ δὲ ἀστραπὴ βροντῆς, ἐν τοιᾷ δέ τινι περιστάσει νεφῶν καὶ δια- τόλμα· τῷ τὸ πνεῦμα ἐμπίπτειν, ἐξωθεῖσθαι τὸν ἀστραπῆς ἀποτελεστικὸν σχηματισμόν· ὕστερον δὲ τὸ πνεῦμα ἀνειλούμενον, τὸν βόμβον ἀποτελεῖν τοῦτον. καὶ κατ' ἔμπροσιν δὲ ἀμφοτέρων

ἅμα τῷ τάχει συντονωτέρῳ κεχρῆσθαι πρὸς ἡμᾶς τὴν ἀστραπήν· ὑστερεῖν δὲ τὴν βροντὴν, καθάπερ ἐπ' ἐνίων ἐξ ἀποστήματος θεωρουμένων καὶ πληγάς τινας ποιουμένων. κεραυνοὺς ἐνδέχεται γίνεσθαι, κατὰ πλείονας πνευμάτων συλλογὰς, καὶ κατείλησιν ἰσχυράν τε ἐκπύρωσιν, καὶ κατάῤῥηξιν μέρους, καὶ ἔκπτωσιν ἰσχυροτέραν αὐτοῦ ἐπὶ τοὺς κάτω τόπους, τῆς ῥήξεως γινομένης διὰ τὸ τοὺς ἑξῆς τόπους πυκνοτέρους εἶναι διὰ πίλησιν τῶν νεφῶν. καὶ κατὰ ταύτην δὲ τὴν τοῦ πυρὸς ἔκπτωσιν ἀνειλουμένου, καθὰ καὶ βροντὴν ἐνδέχεται πλείονος γίνεσθαι γινομένου καὶ πνευματωθέντος ἰσχυρότερον, καὶ ῥήξαντος τὸ νέφος διὰ τὸ δύνασθαι ὑποχωρεῖν εἰς τὰ ἑξῆς, τῷ πίλησιν γίνεσθαι· τὸ μὲν πολὺ πρὸς ὄρος τι ὑψηλόν, ἐν ᾧ μάλιστα κεραυνοὶ πίπτουσιν ἀεὶ πρὸς ἄλληλα. καὶ κατ' ἄλλους δὲ τρόπους πλείονας ἐνδέχεται κεραυνοὺς ἀποτελεῖσθαι· μόνον ὁ μῦθος ἀπέστω· ἀπέσται δὲ, ἐάν τις καλῶς τοῖς φαινομένοις ἀκολουθῶν περὶ τῶν ἀφανῶν σημειῶται. πρηστῆ-
207,19. ρας ἐνδέχεται γίνεσθαι, καὶ κατὰ θέσιν νέφους εἰς τοὺς κάτω τόπους, ἀλλοειδῶς ὑπὸ πνεύματος ἀθρόου ὠθέντος, καὶ διὰ τοῦ πνεύματος πολλοῦ φερομένου·
208,7. ἅμα καὶ τὸ νέφος εἰς τὸ πλησίον ὠθοῦντος τοῦ ἐκτὸς πνεύματος· καὶ κατὰ περίστασιν δὲ πνεύματος εἰς κύκλον ἀέρος τινὸς ἐπισυνωθουμένου ἄνωθεν· καὶ ῥύσεως πολλῆς πνευμάτων γινομένης, καὶ οὐ δυναμένης ἐς τὰ πλάγια διαῤῥυῆναι διὰ τὴν πέ-

ριξ

εἰς τοῦ ἀέρος πίλησιν. καὶ ἕως μὲν γῆς, τοῦ πρηστῆρος καθιεμένου, στρόβιλοι γίνονται, ὡς ἂν καὶ ἡ ἀπογέννησις κατὰ τὴν κίνησιν τοῦ πνεύματος γίνηται· ἕως δὲ θαλάττης δῖνοι ἀποτελοῦνται. σεισμοὺς ἐνδέχεται γίνεσθαι, κατὰ πνεύματος ἐν τῇ γῇ 211,3
ἀπόληψιν, καὶ παρὰ μικροὺς ὄγκους αὐτῆς παράθεσιν, καὶ συνεχῆ κίνησιν, ὅταν κραδασμὸν τῇ γῇ παρασκευάζῃ. καὶ τὸ πνεῦμα τοῦτο, ἢ ἔξωθεν ἐμπεριλαμβάνῃ ἐκ τοῦ πίπτειν εἰς ἐδάφη, ἢ εἰς ἀντροειδεῖς τόπους τῆς γῆς ἐκ πνευμάτων τὸν πεπιλημένον ἀέρα. κατὰ ταύτην δὲ τὴν διάδοσιν τῆς κινήσεως ἐκ τῶν πτώσεων ἐδαφῶν πολλῶν, καὶ πάλιν ἀνταπόδοσιν, ὅταν πυκνώμασι σφοδροτέροις τῆς γῆς ἀπαντήσῃ, ἐνδέχεται σεισμοὺς ἀποτελεῖσθαι· καὶ κατ' ἄλλους δὲ τρόπους πλείονας τὰς κινήσεις ταύτας τῆς γῆς γίνεσθαι. τὰ δὲ 212,14.
πνεύματα συμβαίνει γίνεσθαι, ἀλλοφυλίας τι- & 215,26.
νὸς ἀεὶ, καὶ κατὰ μικρὸν παρεισδυμένης, καὶ καθ' ὕδατος ἀφθόνου συλλογήν. τὰ δὲ λοιπὰ πνεύματα γίνεται, καὶ ὀλίγων πεσόντων εἰς τὰ πολλὰ κοιλώματα, διαδόσεως τούτων γινομένης. χά- 210,27.
λαζα συντελεῖται, καὶ κατὰ πῆξιν ἰσχυροτέραν, πάντοθεν δὲ πνευματωδῶν περίστασιν τινῶν ὁμοῦ ῥῆξιν ἅμα τήν τε σύνωσιν αὐτῶν ποιουμένην, καὶ διάρρηξιν πρὸς τὸ κατὰ μέρη συνίστασθαι, πηγνύμενα καὶ κατὰ ἀθρότητα. ἡ δὲ περιφέρεια, οὐκ ἀδυνάτως μὲν ἔχει γίνεσθαι, πάντοθεν τῶν ἄκρων καὶ ἐν τῇ συστάσει πάντοθεν ὡς λέγεται,

καὶ

ϗ τὰ μέρη ὁμαλῶς περιισταμένων, εἴτε ὑδατοειδῶν τινῶν, εἴτε πνευματωδῶν. χιόνα δὲ ἐνδέχεται συντελεῖσθαι ϗ ὕδατος λεπτοῦ ἐκχεομένου ἐκ τῶν νεφῶν διαφορῶν συμμετρίως, ϗ θλίψεως ἐπιτηδείων νεφῶν, ϗ ὑπομνήματος ἀπορᾶς. εἶτα τούτου πῆξιν ἐν τῇ φορᾷ λαμβάνοντος, διά τινα ἰσχυρὰν ἐν τοῖς κατωτάτοις τόποις τῶν νεφῶν ψυχρασίας περίστασιν· καὶ κατὰ πῆξιν δ᾽ ἐν τοῖς νέφεσιν ὁμαλὴν ὡραιότητα ἔχουσα τοιαύτη περιαίρεσις ἐκ τῶν νεφῶν γίνοιτο ἄν, πρὸς ἄλληλα θλιβομένων ὑδατοειδῶν καὶ συμπαρακειμένων· ἃ οἱονεὶ σύνωσιν ποιούμενα, χάλαζαν ἀποτελεῖ. ὃ μάλιστα γίνεται ἐν τῷ ἀέρι· καὶ κατὰ ῥίψιν δὲ νεφῶν, ἀπόπαλσιν ἀναλαμβάνει τὸ τῆς χιόνος τοῦτο ἄθροισμα· ϗ κατ᾽ ἄλλους δὲ τρόπους ἐνδέχεται χιόνα συντελεῖσθαι. δρόσος συντελεῖται, καὶ κατὰ σύνοδον πρὸς ἄλληλα ἐκ τοῦ ἀέρος τῶν τοιούτων, ἃ τῆς τοιαύτης ὑγρασίας ἀποτελεστικὰ γίνεται· καὶ κατὰ φορὰν δέ, ἢ ἀπὸ νοτερῶν τόπων, ἢ ὕδατα κεκτημένων ἐν τοῖς τόποις μάλιστα δρόσος συντελεῖται. εἶτα σύνοδον τούτων εἰς τὸ αὐτὸ λαβόντων ϗ ἀποτέλεσιν ὑγρασίας· ϗ πάλιν φορὰν ἐπὶ τοὺς κάτω τόπους, καθάπερ ὁμοίως ϗ παρ᾽ ἡμῖν ἐπιπλεόνων συντελεῖται τοιαῦτα τινά. τῶν δρόσων τούτων πῆξίν τινα ποιὰν λαβόντων διὰ περίστασίν τινα ἀέρος ψυχροῦ, κρύσταλλος συντελεῖται· καὶ κατ᾽ ἔκθλιψιν μέν, τοῦ περιφεροῦς σχηματισμοῦ ἐκ τοῦ ὕδατος. σύνωσιν δὲ τῶν

σκαλη-

σκαληνῶν καὶ ὀξυγωνίων τῶν ἐν τῷ ὕδατι ὑπαρχόντων· καὶ κατὰ ἔξωθεν δὲ τῶν τοιούτων πρόσκρισιν. ἃ συνελαθέντα, πῆξιν τῷ ὕδατι παρεσκεύασε ποσὰ τῶν περιφερῶν ἐκθλίψαντα. ἶρις γίνε- 210, 24. &c. ται ἀέρος φύσιν ἰδίαν τότε φωτὸς καὶ τοῦ ἀέρος, ἢ τὰ τῶν χρωμάτων τούτου ἰδιώματα ποιήσῃ, εἴτε πάντα, εἴτε μονοειδῶς ἀφ' οὗ πάλιν ἀπολάμποντος τὰ ὁμοροῦντα τοῦ ἀέρος χρῶσιν ταῦτα λήψεται, οἷον θεωροῦμεν κατὰ πρόσλαμψιν πρὸς τὰ μέρη· τὰ δὲ τῆς περιφερείας τοῦτο φάντασμα γίνεται, διὰ τὸ διάστημα πάντοθεν ἴσον ὑπὸ τῆς ὄψεως θεωρεῖσθαι, ἢ σύνωσιν τοιαύτην λαμβανουσῶν τῶν ἐν τῷ ἀέρι τομῶν, ἢ ἐν τοῖς νέφεσιν ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ ἀέρος προσφερομένου πρὸς τὴν σελήνην. ἢ τὰ ἀπ' αὐτῆς ῥεύματα ἀποφερόμενα ὁμαλῶς ἀναστέλλοντα ἐπὶ τοσοῦτον, ἐφ' ὅσον κύκλῳ περὶ τῆς εἰς τὸ νεφοειδὲς τοῦτο, καὶ μὴ τὸ παράπαν διακρίνῃ· ἢ καὶ τὸν πέριξ ἀέρα αὐτῆς, ἀναστέλλοντος συμμέτρως πάντοθεν, εἰς τὸ περιφερὲς τὸ περὶ αὐτὴν καὶ παχυμερὲς περιστῆσαι. ὃ γίνεται κατὰ μέρη τινὰ, ἤτοι ἔξωθεν βιαζομένου τινὸς ῥεύματος. ἢ τῆς θερμασίας ἐπιτηδείων πόρων ἐπιλαμβανομένης, εἰς τὸ τοῦτο ἀπεργάσασθαι. κομῆται ἀστέρες γίνονται, ἤτοι πυρὸς ἐν τόποις τισὶ διὰ χρόνων τινῶν ἐν τοῖς μετεώροις συστρεφομένου, περιστάσεως γινομένης, ἰδίαν τινὰ κίνησιν διὰ χρόνων τοῦ οὐρανοῦ ἴσχοντος ὑπὲρ ἡμᾶς· ὥστε τὰ τοιαῦτα ἄστρα ἀναφανῆναι, ἢ αὐ-

τὰ

τὰ ἐν χρόνοις τισὶν ὁρμῆσαι διά τινα περίστασιν, καὶ εἰς τοὺς καθ' ἡμᾶς τόπους ἐλθεῖν καὶ ἐκφανῆ γενέσθαι· τήν τε ἀφάνισιν τούτων γίνεσθαι παρὰ
64,15. τὰς ἀντικειμένας ταύταις αἰτίας τινὰ ἀναστρέφεσθαι αὐτοῦ. ὃ συμβαίνει, οὐ μόνον τοῦ τὸ μέρος τοῦτο τοῦ κόσμου ἑστάναι περὶ ὃ τὸ λοιπὸν ἀναστρέφεται, καθάπερ τινές φασιν, ἀλλὰ καὶ τοῦ δίνην ἀέρος ἔγκυκλον αὐτῷ περιεστᾶναι, ἣ κωλυτικὴ γίνεται τοῦ περιπολεῖν, ὡς καὶ τὰ ἄλλα. ἢ καὶ διὰ τὸ ἑξῆς μὲν αὐτῆς ὕλην ἐπιτηδείαν μὴ εἶναι. ἐν δὲ τούτῳ τῷ τόπῳ ἐν ᾧ κείμενα θεωρεῖται, καὶ κατ' ἄλλους πλείονας τρόπους τοῦτο δυνατὸν συντελεῖσθαι· ἐάν τις δύνηται τὸ σύμφωνον τοῖς φαινομένοις συλλογίζεσθαι· τινὰ τῶν ἄστρων πλανᾶσθαι, εἰ οὕτω ταῖς κινήσεσι χρώμενα συμβαίνει· τινὰ δὲ μὴ κινεῖσθαι. ἐνδέχεται μὲν καὶ παρὰ τὸ κύκλῳ κινούμενα ἐξ ἀρχῆς οὕτω κατηναγκάσθαι ὥς τε τὰ μὲν, κατὰ τὴν αὐτὴν δίνην φέρεσθαι ὁμαλὴν οὖσαν· τὰ δὲ, κατὰ τὴν ἅμα τισὶν ἀνωμαλίαις χρωμένην. ἐνδέχεται δὲ καὶ καθ' οὓς τρόπους φέρεται, οὐ παρεκτάσεις ἀέρος εἶναι ὁμαλὰς ἐπὶ τὸ αὐτὸ συνωθούσας, κατὰ τὸ ἑξῆς ὁμαλῶς τὰς ἐκκαούσας· οὐδὲ ἀνωμαλεῖς οὕτως, ὥς τε τὰς θεωρουμένας παραλλαγὰς συντελεῖσθαι. τὸ δὲ μίαν αἰτίαν τούτων ἀποδιδόναι, πλεοναχῶς τῶν
164,32. φαινομένων ἐκκαλουμένων, μανικὸν καὶ οὐ καθηκόντως πραττόμενον ὑπὸ τῶν τὴν ματαίαν ἀστρολογίαν ἐζηλωκότων· καὶ εἰς τὸ κενὸν αἰτίας

τινῶν

τινῶν ἀποδιδόντων, ὅταν τὴν θείαν φύσιν μηδαμὴ λειτουργιῶν ἀπολάβωσι. τινὰ ἄστρα ἀπολείπόμενα τινῶν θεωρεῖσθαι συμβαίνει, καὶ παρὰ τὸ βραδύτερον συμπεριφέρεσθαι τὸν αὐτὸν κύκλον περιιόντα· καὶ παρὰ τὸ τὴν ἐναντίαν κινεῖσθαι, ἀντισπώμενα ὑπὸ τῆς αὐτῆς δίνης· καὶ παρὰ τὸ περιφέρεσθαι, τὰ μὲν διὰ πλείονος τόπου, τὰ δὲ δι᾽ ἐλάττονος τὴν αὐτὴν δίνην περικυκλοῦντα. τὸ δὲ ἁπλῶς ἀποφαίνεσθαι περὶ τούτων, καθῆκον ἐστὶ τοῖς τερατεύεσθαί τι πρὸς τοὺς πολλοὺς βουλομένοις. οἱ λεγόμενοι ἀστέρες ἐκπίπτειν, καὶ παρὰ μέρος, καὶ παρὰ τρίψιν ἑαυτῶν δύνανται συντελεῖσθαι, καὶ παρὰ ἔκπτωσιν οὗ ἂν ἡ ἐκπνευμάτωσις γίνεται, καθάπερ καὶ ἐπὶ τῶν ἀστραπῶν ἐλέγομεν· καὶ κατὰ σύνοδον δὲ ἀτόμων πυρὸς ἀποτελεστικῶν, συμφιλίας γινομένης εἰς τὸ τοῦτο τελέσαι, καὶ κατὰ κίνησιν, οὗ ἂν ἡ ὁρμὴ κατὰ τὴν σύνοδον ἐξ ἀρχῆς γένηται· καὶ κατὰ πνεύματος δὲ συλλογὴν ἐν πυκνώμασι τισὶν ὁμιχλοειδέσι, κατ᾽ ἐκπύρωσιν τούτων διὰ τὴν κατάλυσιν· εἶτ᾽ ἐπέκρηξιν τῶν περιεχόντων, καὶ ἐφ᾽ ὃν ἂν τόπον ἡ ὁρμὴ γένηται τῆς φορᾶς εἰς τοῦτον φερομένης. καὶ ἄλλοι δὲ τρόποι εἰς τὸ τοῦτο τελέσαι ἀμύθητοι εἰσίν. αἱ δ᾽ ἐπισημασίαι αἱ γινόμεναι ἐπί τισι ζώοις, κατὰ συγκύρημα γίνονται τοῦ καιροῦ. οὐ γὰρ τὰ ζῶα ἀνάγκην τινὰ προσφέρεται τοῦ ἀποτελεσθῆναι χειμῶνα· οὐδὲ κάθηταί τις θεία φύσις παρατηροῦσα τὰς τῶν ζώων

τούτων

τούτων ἐξόδοις, κἄπειτα τὰς ἐπισημασίας ταύτας ἀποτελεῖ. οὐδὲ γὰρ εἰς τὸ τυχὸν ζῶον κἂν μικρῷ χαριέστερον ᾖ, ἡ τοιαύτη μωρία ἐμπέσῃ, μὴ ὅτι εἰς παντελῆ εὐδαιμονίαν κεκτημένον. ταῦτα δὴ πάντα Πυθόκλεις μνημόνευσον. κατὰ πολύ τε γὰρ τοῦ μύθου ἐκβήσῃ, καὶ τὰ ὁμογενῆ τούτοις συνορᾶν δυνήσῃ. μᾶλλον δὲ σεαυτὸν ἀποδώσεις τὴν τῶν ἀρχῶν, καὶ ἀπειρίας, καὶ τῶν συγγενῶν τούτοις θεωρίαν, καὶ οὗ ἕνεκεν ταῦτα ἐκλογιζόμεθα. ταῦτα γὰρ μάλιστα συνθεωρούμενα ῥαδίως τὰς περὶ τῶν κατὰ μέρος αἰτίας συνορᾶν ποιήσει. οἱ δὲ ταῦτα μὴ καταγαπήσαντες, ἢ μάλιστα, οὔτε αὐτὰ ταῦτα καλῶς συνθεωρήσαιεν, οὔτε οὗ ἕνεκεν δεῖ θεωρεῖν ταῦτα περιεποιήσαντο.

CAPITA QVAEDAM NATVRALIS PHILOSOPHIAE EPICVR. EIVSQVE ETIAM PARTIS QVAE DE veri iudicio eſt, ex libris M. Ciceronis collecta, verbiſ- ǵque Lucretij accommodata.

CIC. LIB. EPIST. AD CASSIVM.

Fit enim neſcio quid, vt quaſi coram adeſſe videare, cùm ſcribo aliquid ad te: neque id κατ' εἰδώλων φαντασίας, vt
dicunt tui amici noui, qui putant etiam διανοητικὰς φαν- 130,27.
τασίας ſpectris Catianis excitari: nam ne te fugiat, Catius 132,20.
Inſuber Epicureus, qui nuper eſt mortuus, quæ ille Gargettius, & iam ante Democritus, εἴδωλα, hic ſpectra nominat. his autem ſpectris etiam ſi oculi poſſent feriri, quòd velis ipſa currunt; animus qui poſſit, ego non video. doceas tu me oportebit, cùm ſaluus veneris, in mea ne poteſtate ſit ſpectrum tuum, vt, ſimul ac mihi collibitum ſit de te cogitare, illud occurrat. neque ſolum de te, qui mihi hæres in medullis: ſed, ſi inſulam Britanniam cœpero cogitare, eius εἴδωλον mihi aduolabit ad pectus?

CIC. ATTICO LIB. II. EPIST. III.

Feneſtrarum anguſtias quòd reprehendis, ſcito te Κύρου παιδείαν reprehendere. nam cùm ego idem iſtud dicerem,
Cyrus aiebat, radiorũ τὰς διαφάσεις latis luminibus, non 39,22.
tam eſſe ſuaueis, etenim ἴσω ὄψις μὲν ἡ α, τὸ δὲ ὁρώμενον β, γ, ἀκτῖνες δὲ δ, καὶ ε. Vides enim cæter. anam ſi κατ' εἰδώλων ἐμπτώσεις videremus, valde laborarẽt εἴδωλα in anguſtijs: nunc fit lepidè illa ἔκχυσις radiorum. Cætera ſi reprehenderis, non feres tacitum: niſi ſi quid erit eiuſmodi, quod ſine ſumptu corrigi poſſit.

LIB. II. ACAD. QVAEST.

Ordiamur igitur à ſenſibus: Quorum ita clara iudicia & certa ſunt, vt ſi optio naturæ noſtræ detur, & ab ea Deus aliquis requirat, contenta'ne ſit ſuis integris, incorruptiſ-ǵque ſenſibus, an poſtulet melius aliquid, non videam quid
quærat amplius. Neque verò hoc loco expectandum eſt, 121,32.
dũ de remo inflexo, aut de collo columbæ reſpondeã: non 61,12.
enim is ſum, qui, quicquid videtur, tale dicam eſſe, quale videatur. Epicurus hoc viderit, & multa alia. meo autem iudicio ita eſt maxima in ſenſibus veritas, ſi & ſani ſunt, &

valentes,& omnia remouentur,quę obſtant,& impediunt: itaque & lúmen mutari ſæpe volumus: & ſitus earum rerum,quas intuemur,& interualla aut contrahimus, aut di
123.5. ducimus, multaque facimus, vſque eò, dum aſpectus ipſe fidem faciat ſui iudicij, quod idem fit in vocibus,in odore,in ſapore:vt nemo ſit noſtrum, qui non in ſenſibus ſui cuiuſque generis iudicium requirat acrius, adhibita verò exercitatione,& arte, vt oculi pictura teneantur, & aures cantibus, quis eſt, quin cernat, quanta vis ſit in ſenſibus? quàm multa videut pictores in vmbris, & in eminentia, quæ nos non videmus? quàm multa, quæ nos fugiunt in cantu, exaudiunt in eo genere exercitati? qui primo inflatu tibicinis in Antiopá eſſe aiunt, aut Andromachē, cùm id nos ne ſuſpicemur quidem, nihil neceſſe eſt de guſtatu,& odoratu loqui,in quibus intelligentia,etſi vitioſa,eſt quæ-
68.28 dam tamen,quid de tactu,& eo quidem quem philoſophi interiorem vocant,aut doloris,aut voluptatis?in quo Cyrenaici ſolo putant veri eſſe iudicium, quia ſentiatur: poteſt'ne igitur quiſquam dicere,inter eum,qui doleat,& inter eum,qui in voluptate ſit,nihil intereſſe? aut,ita qui ſentiat non apertiſſimè inſaniat? atqui qualia ſunt hæc, quæ ſenſibus percipi dicimus: talia ſequuntur ea quæ non ſenſibus ipſis percipi dicuntur,ſed quodam modo ſenſibus: vt hæc.illud eſt album, hoc dulce, canorum illud, hoc bene olens,hoc aſperum.animo iam hæc tenemus comprehenſa, non ſenſibus, ille deinceps equus eſt, ille canis, cetera ſeries deinde:ſequitur maiora nectens, vt hæc, quæ quaſi expletam rerum comprehenſionem amplectuntur: ſi homo eſt,animal eſt,mortale, rationis particeps quo è genere nobis notitiæ rerum imprimuntur: ſine quibus neque intelligi quicquã,neque quæri,aut diſputari poteſt. quòd ſi eſſent falſæ notitiæ (ἐννοίας enim notitias appellare tu videbare) ſi igitur eſſent hæ falſæ, aut eiuſmodi viſis impreſſæ,qualia viſa à falſis diſcerni non poſſent: quo tandē his modo vteremur? quo modo autem, quid cuique rei conſentaneum eſſet,quid repugnaret, videremus?

IBIDEM.

123.3 Quid ergo eſt,quod percipi poſſit, ſi ne ſenſus quidem vera

vera nunciant? quos tu Luculle communi loco defendis.
quod ne id facere poſſes, iccirco heri non neceſſario loco
contra ſenſus multa dixeram. tu autem te negas infracto 121.32.
remo, neque columbæ collo commoueri: primum cur? nã
& in remo ſentio non eſſe id, quod videatur: & in colum-
ba plures videri colores, nec eſſe plus vno. deinde nihilne
præterea diximus? maneant illa omnia. lacerat iſta cauſſa:
veraces ſuos ſenſus eſſe dicit. igitur ſemper auctorem ha-
bes, & eum, qui magno ſuo periculo cauſſam agat: eò e-
nim rẽ dimittit Epicurus, ſi vnus ſenſus ſemel in vita men
titus ſit, nulli vnquam eſſe credendum. hoc eſt verum eſſe,
confidere ſuis teſtibus, & importunè inſiſtere. itaque Ti-
magoras Epicureus negat ſibi inquam, cùm oculum tor-
ſiſſet, duas ex lucerna flammulas eſſe viſas: opinionis e- 120.10.
nim eſſe mendacium, non oculorum. quaſi quæratur, quid
ſit, non quid videatur, ſed hic quidem maiorum ſimilis.

IBIDEM.

Quid ego de naui? vidi enim à te remum contemni.
maiora fortaſſe quæris, quid poteſt eſſe ſole maius? quem 166.6.
Mathematici amplius duodeuiginti partibus confirmant
maiorem eſſe, quàm terram, quantulus nobis videtur? mi-
hi quidem quaſi pedalis. Epicurus autem poſſe putat etiã
minorem eſſe eum, quàm videatur, ſed non multo. ne ma-
iorem quidem multo putat eſſe: vel tantum eſſe, quantus
videatur: vt oculi aut nihil, aut non multum mentiantur.
vbi igitur illud eſt ſemel? ſed ab hoc credulo, qui nũquam
ſenſus mentiri putat, diſcedamus, qui ne nunc quidem, 120.19.
cùm ille ſol, qui tanta incitatione fertur, vt celeritas eius
quanta ſit ne cogitari quidem poſſit, tamen nobis ſtare vi-
deatur. Sed vt minuam cõtrouerſiam: videte quæſo, quàm
in paruulis ſitis. Quatuor ſunt capita, quæ concludũt nihil
eſſe, quod noſci, percipi, comprehendi poſſit, de quo hæc
tota quæſtio eſt, è quibus primũ eſt, eſſe aliquod viſum fal
ſum: ſecundum, non poſſe id percipi: tertiũ inter quæ viſa
nihil interſit, fieri non poſſe, vt eorũ alia percipi poſſint, a-
lia non poſſint: quartũ, nullum eſſe viſum verum à ſenſu
profectũ, cui non appoſitum ſit viſum aliud, quod ab eo
nihil interſit, quodque percipi non poſſit. horum quatuor
capitum ſecundum & tertium omnes concedunt, primũ

Epicurus non dat. vos, quibuſcum res eſt, id quoque conceditis. omnis pugna de quarto eſt.

IBIDEM.

Neque nos contra ſenſus aliter dicimus, ac Stoici, qui multa falſa eſſe dicunt, longéque aliter ſe habere, ac ſenſibus videantur. hoc autem ſi ita ſit, vt vnum modò ſenſibus
toto libro 4. falſum videatur: præſto eſt, qui neget, rē vllā percipi poſſe ſenſibus. ita nobis tacentibus ex vno Epicuri capite, altero veſtro, perceptio & cōprehenſio tollitur. quod eſt caput Epicuri? ſi vllum ſenſibus viſum falſum eſt: nihil percipi poteſt. quod veſtrum? ſunt falſa ſenſus viſa. quid ſequitur? vt taceam, concluſio ipſa loquitur, nihil poſſe percipi. non concedo, inquit, Epicuro. certa igitur cum illo, qui à te totus diuerſus eſt: noli mecum, qui hoc quidem certè, falſi eſſe aliquid in ſenſibus, tibi aſſentior.

IBIDEM.

Non perſequor quæſtiones infinitas: tantum de principijs rerum, è quibus omnia conſtant, videamus quem probet: eſt enim inter magnos homines ſumma diſſenſio. princeps Thales vnus è ſeptem, cui ſex reliquos cōſenſiſſe primos ferunt: ex aqua dixit conſtare omnia. at hoc Anaximandro populari, & ſodali ſuo non perſuaſit: is enim infi-
23.11 nitatem naturæ dixit eſſe, è qua omnia gignerentur. pòſt eius auditor Anaximenes, infinitum aëra, ſed ea, quæ ex eo orirentur, definita: gigni autem terram, aquam, ignem, tū
17,5. ex his omnia. Anaxagoras, materiam infinitā, ſed eas particulas ſimiles inter ſe, minutas: eas primum confuſas, poſtea in ordinem adductas mente diuina. Xenophanes paulo etiam antiquior, vnum eſſe omnia, neque id eſſe mutabile, & id eſſe Deum, neque natum vnquam, & ſempiter-
21,3. num, & conglobata figura. Parmenides, ignem, qui mo-
14,11. ueat terram, quæ ab eo formetur. Leucippus plenum, &
23,18. inane. Democritus huic in hoc ſimilis, vberior in cæteris. Empedocles, hæc peruulgata, & nota quatuor. Heraclitus, ignem. Meliſſus hoc, quod eſſet infinitum, & immutabile, & fuiſſe ſemper, & fore. Plato ex materia in ſe omnia recipiente mundum eſſe factum cenſet à Deo ſempiternum. Pythagorei ex numeris & mathematicorum initijs proficiſci volunt omnia. ex his eliget veſter ſapiens vnum aliquem

quem, credo, quem ſequatur: cæteri tot viri, & tanti repudiati ab eo condemnatique diſcedent. quamcunque verò ſententiam probauerit, eam ſic animo cōprehenſam habebit, vt ea, quæ ſenſibus: nec magis approbabit nunc lucere, quàm, quoniam Stoicus, hunc mundum eſſe ſapientem, habere mentem, quæ & ſeipſum fabricata ſit, & omnia moderetur, moueat, regat. erit perſuaſum etiam ſolē, lunam, ſtellas omnes, terram, mare, deos eſſe, quòd quædā animalis intelligentia per omnia ea permeet, & tranſeat: fore tamen aliquando, vt omnis hic mundus ardore deflagret. ſint iſta vera (vides enim iam me fateri aliquid eſſe veri) comprehendi ea tamen, & percipi nego. cùm enim tuus iſte Stoicus ſapiens ſyllabatim iſta dixerit, veniet flumen orationis aureum fundens Ariſtoteles, qui illum deſipere dicat: neque enim ortum eſſe vnquā mundum, quòd 153.26. nulla fuerit nouo conſilio initio tam præclari operis inceptio, & ita eum eſſe vndique aptū, vt nulla vis tantos queat motus mutationemque moliri, nulla ſenectus diuturnitate temporum exiſtere, vt hic ornatus vnquam dilapſus occidat. tibi hoc repudiare, illud autem ſuperius, ſicut caput & famam tuam, defendere neceſſe erit: mihíne vt dubitem quidem relinquatur? vt omittam leuitatem temere aſſentientium, quanti libertas iſta æſtimanda eſt, non mihi neceſſe eſſe, quod tibi eſt? cur Deus omnia noſtri cauſſa 153.14. cùm faceret (ſic enim vultis) tantam vim natricum, viperarumque fecerit? cur mortifera tam multa pernicioſa terra, marique diſperſerit? negatis hoc tam politè; tamque ſubtiliter effici potuiſſe ſine diuina aliqua ſolertia. cuius quidem maieſtatem deducitis vſque ad apium, formicarumque perfectionem: vt etiam inter deos Myrmecides aliquis minutorum opuſculorum fabricator fuiſſe videatur. negas ſine Deo poſſe quicquam. ecce tibi è tranſuerſo Lampſacenus Strato, qui det iſti Deo immunitatem magni quidem muneris. ſed cùm ſacerdotes deorum vacationem habeant, quanto eſt æquius habere ipſos deos? negat opera deorum ſe vti ad fabricandum mundum. quæcunque ſint, docet omnia eſſe effecta natura, nec vt ille, qui aſperis, & leuibus, & hamatis, vncinatiſque corporibus cō- 46.20. &c. creta hæc eſſe dicat interiecto inani, ſomnia cenſet hæc eſ-

ſe Democriti non docentis , ſed optantis . ipſe autem ſin-
gulas mundi partes perſequens, quicquid aut ſit , aut fiat,
naturalibus fieri,aut factum eſſe docet ponderibus, & mo
185.26. tibus.ſic ille & Deum opere magno liberat , & me timore:
quis enim poteſt , cùm exiſtimet à Deo ſe curari , non &
dies,& noctes diuinum numen horrere?&, ſi quid aduerſi
acciderit,quod cui non accidit ? extimeſceréne id iure e-
uenerit? .

IBIDEM.

166.6. Quid tu Epicure?loquere.putas ſolem eſſe tantulum? ego
ne vobis quidem tantum .ſed & vos ab illo irridemini:& ipſi
illum viciſſim eluditis.

IBIDEM.

Vrgebor iam omnium veſtrum conuitio , túne aut inane
quicquam putes eſſe,cùm ita completa , & conferta ſint om-
12.26 nia,vt quod mouebitur corporum cedat,& qua quidque ceſ-
ſerit,aliud ilico ſubſequatur,aut atomos vllas,è quibus quic
quid efficiatur,illarum ſit diſſimilimũ, aut ſine aliqua men-
te rem vllam effici poſſe præclaram ? & cùm in vno mundo
68.4. ornatus hic tã ſit mirabilis , innumerabileis ſuprà,infrà,de-
xtra,ſiniſtra, antè,pòſt, alios diſſimiles , alios eiuſdem modi
mundos eſſe?&,vt nos nunc ſumus ad Baulos , Puteoloſque
videamus,ſic innumerabiles paribus in locis eſſe, eiſdem no
minibus,honoribus,rebus geſtis, ingenijs,formis,ætatibus,
eiſdem de rebus diſputantes?& ſi nunc,aut ſi etiam dormien
tes aliquid animo videre videamur,imagines extrinſecus in
130.27. animos noſtros per corpus irrumpere?

IBIDEM.

Venio enim iam ad tertiam partem philoſophiæ.aliud iu
dicium Protagoræ eſt,qui putet id cuique verum eſſe , quod
cuique videatur:aliud Cyrenaicorum,qui præter permotio-
nes intimas,nihil putant eſſe iudicij: aliud Epicuri,qui om-
ne iudicium in ſenſibus , & in rerum notitijs, & in volupta-
123. te conſtituit . Plato autem omne iudicium veritatis , verita-
temque ipſam,abductam ab opinionibus,& à ſenſibus cogi-
122.30. tationis ipſius, & mentis eſſe voluit.

LIB. I, EDIT. II.

Iam verò phyſica,ſi Epicurum,id eſt ſi Democritum pro-
barẽ,poſſem ſcribere.ita plane vt Amafanius : quid eſt enim
magnum

magnum,cùm cauſſas rerum efficientium ſuſtuleris,de corpuſculorum(ita enim appellat atomos) concurſione fortuita loqui?

LIB. I. DE FINIB.

Quid igitur eſt,inquit?audire enim cupio,quid non probes.Principio,inquam, in Phyſicis, quibus maximè gloriatur,primum totus eſt alienus. Democrito adijcit perpauca mutans,ſed ita, vt ea, quæ corrigere vult, mihi quidem de-
prauare videatur.ille atomos quas appellat,id eſt corpora in- 16.28.
diuidua propter ſoliditatem, cenſet in innito inani, in quo 30,29.
nec ſummum,nec infimum,nec medium, nec vltimum,nec 24.18
extremum ſit,ita ferri,vt concurſionibus inter ſe cohęreſcāt, ex quo efficiantur ea, quæ ſint, quæque cernantur, omnia, eumque motum atomorum nullo à principio, ſed ex æterno tempore intelligi conuenire. Epicurus autem in quibus ſequitur Democritum,non ferè labitur, quanquam vtriuſq. cum multa non probo, tum illud in primis, quod, cùm in rerum natura duo quærenda ſint, vnum quæ materia ſit, ex qua quæque res efficiantur,alterum, quæ vis ſit, quæ quicque efficiat:de materia diſſeruerunt,vim & cauſſam efficiendi reliquerunt.ſed hoc commune vitium: illæ Epicuri pro-
priæ ruinæ:cenſet enim eadem illa indiuidua, & ſolida cor- 41.30.
pora ferri ſuo deorſum pondere ad lineam, hunc naturalem eſſe omnium corporum motum.deinde ibidem homo acutus,cùm illud occurreret,ſi omnia deorſum è regione ferrentur,&,vt dixi,ad lineam,nunquam fore vt atomus altera al-
teram poſſet attingere: itaque attulit rem commentitiá:de- 42.31.&c.
clinare dixit atomum perpaulum: quo nihil poſſet fieri minus:ita effici complexiones,& copulationes, & adhæſiones atomorum inter ſe: ex quo efficeretur mundus, omneſque partes mundi,quæque in eo eſſent.quæ cùm res tota ficta ſit pueriliter, tum ne efficit quidem quod vult: nam & ipſa declinatio ad libidinem fingitur (ait enim declinare atomum ſine cauſſa:quo nihil turpius phyſico, quàm, fieri ſine cauſſa quicquam,dicere)& illum motum naturalem omnium ponderum,vt ipſe conſtituit,è regione inferiorem locum petentium ſine cauſſa eripuit atomis. nec tamen id, cuius cauſſa hæc finxerat,aſſecutus eſt.nam ſi omnes atomi declinabunt, nullæ vnquam cohæreſcent,ſiue aliæ declinabunt, aliæ ſuo

nutu rectè ferentur: primum erit hoc quaſi prouincias ato-
mis dare, quæ rectè, quæ obliquè ferantur: deinde eadem il-
la atomorum, in quo etiam Democritus hæret, turbulenta
concurſio hunc mundi ornatum efficere non poterit. ne il-
lud quidem phyſici eſt credere aliquid eſſe minimum quod
profectò nunquam putauiſſet, ſi à Polyæno familiari ſuo ge
ometriam diſcere maluiſſet, quàm illam etiam ipſum dedo-
cere. ſol Democrito magnus videtur, quippe homini erudi-
166,6 to, in geometriaque perfecto, huic bipedalis fortaſſe: tantũ
enim eſſe cenſet, quantus videtur, vel paulo aut maiorem,
aut minorem, ita quæ mutat, ea corrũpit: quæ ſequitur, ſunt
tota Democriti, atomi, inane, imagines, quę idola nominãt,
130,27 quorum incurſione non ſolùm videamus, ſed etiam cogite-
30,29 mus, infinitio ipſa, quam ἀπειρίαν vocant, tota ab illo eſt: tũ
69,2 innumerabiles mundi, qui & oriantur, & intereant quoti-
die. quæ etſi mihi nullo modo probantur: tamen Democri-
tum laudatum à cæteris ab hoc, qui eum vnum ſecutus eſt,
nollem vituperatum. iam in altera philoſophiæ parte, quæ
eſt quærendi, ac diſſerendi, quę λογικὴ dicitur, iſte veſter pla
nè, vt mihi quidem videtur, inermis ac nudus eſt: tollit defi-
nitiones: nihil de diuidendo, ac partiendo docet: non, quo
modo efficiatur, concludaturque ratio, tradit: non, qua via
captioſa ſoluantur, ambigua diſtinguantur, oſtendit: iudicia
rerum in ſenſibus ponit: quibus ſi ſemel aliquid falſi pro ve-
121,7 ro probatum ſit, ſublatum eſſe omne iudicium veri & falſi
putat.

IBIDEM.

De phyſicis aliâs. & quidem tibi & declinationem iſtam
atomorum, & magnitudinem ſolis probabo, & Democriti
42,30 errata ab Epicuro reprehenſa, & correcta permulta.

IBIDEM.

Quam autem dicam voluptatem, iam videtis, ne inuidia
verbi labefactetur oratio mea. nam cùm ignoratione rerum
148, & 149. bonarum, & malarum maximè hominum vita vexetur, ob
& ſeq. cumque errorem & voluptatibus maximis ſæpe priuentur,
& prauiſſimis animi doloribus torqueãtur: ſapientia eſt ad-
hibenda, quæ & terroribus, cupiditatibuſque detractis, & om
nium falſarum opinionum temeritate direpta, certiſſimam
ſe nobis ducem præbeat ad voluptatem; ſapientia enim eſt
vna

vna, quæ mœſtitiam pellat ex animis, quæ nos exhorreſcere metu non ſinat: qua præceptrice in tranquillitate viui poteſt, omnium cupiditatum ardore reſtincto: cupiditates enim ſunt inſatiabiles: quæ non modò ſingulos homines, ſed vniuerſas familias euertunt: totam etiam labefactant ſæpe Remp. ex cupiditatibus odia, diſſidia, diſcordiæ, ſeditiones, bella naſcuntur. nec hæ ſeſe foris ſolum iactant, nec tantum in alios cæco impetu incurrunt: ſed intus etiam animis incluſæ inter ſe diſſident, atque diſcordant. ex quo vitam amariſſimam neceſſe eſt effici, vt ſapiens ſolum amputata circun ciſaque inanitate omni, & errore, naturæ finibus contentus ſine ægritudine poſſit, & ſine metu viuere.

IBIDEM.

Plerunque improborum facta primo ſuſpicio inſequitur, deinde ſermo, atque fama, tum accuſator, tum iudex: multi etiam, vt te Conſule, ipſi ſe indicauerunt. quòd ſi qui ſatis opibus hominum ſibi contra conſcientiam ſepti eſſe, & muniti videntur, deorum tamen horrent, eaſque ipſas ſolicitu- 73, 74.
dines, quibus eorum animi noctes, atque dies exeduntur, à dijs immortalibus ſupplicij cauſſa importari putant, quæ autem tanta ex improbis factis ad minuendas vitæ moleſtias acceſſio fieri poteſt, quanta ad augendas tum conſcientia factorum, tum pœna legum, odioque ciuium? tamen in qui- 75.
buſdam neque pecuniæ modus eſt, neque honoris, neque imperij, nec libidinum, nec epularum, nec reliquarum cupiditatum: quas nulla præda vnquam improbè parta minuit, ſed auget potius atque inflammat: vt coërcendi magis, quàm dedocendi eſſe videantur.

IBIDEM.

Omnium autem rerum natura cognita, leuamur ſuperſtitione, liberamur mortis metu, non conturbamur ignoratione rerum, è qua ipſa horribiles exiſtunt ſæpe formidi- 73.
nes: denique etiam morati melius erimus, cùm didicerimus quæ natura deſideret: tum verò, ſi ſtabilem ſcientiam rerum tenebimus, ſeruata illa, quæ quaſi delapſa de cælo eſt ad cognitionem omnium, regula, ad quam omnia iudicia rerum dirigentur, nunquam vllius oratione victi ſententia deſiſtemus. niſi autem rerum natura perſpecta erit, nullo modo poterimus ſenſuum iudicia defendere. quicquid porrò animo

cernimus,id omne oritur à ſenſibus . qui ſi omnes veri erũt, vt Epicuri ratio docet,tum denique poterit aliquid cognoſ-
122.30. ci,& percipi.quos qui tollunt, & nihil poſſe percipi dicunt, ij remotis ſenſibus ne id ipſum quidem expedire poſſunt, quod diſſerunt.præterea,ſublata cognitione, & ſcientia tollitur omnis ratio & vitæ degendæ,& rerum gerendarum.ſic è phyſicis & fortitudo ſumitur contra mortis timorem , &
5.26. conſtantia contra metum religionis , & ſedatio animi om-
149.29. nium rerum occultarum ignoratione ſublata , & moderatio,natura cupiditatum generibuſque earum explicatis, &, vt modò docui,cognitionis regula,& iudicio ab eadem illa conſtituto,veri à falſo diſtinctio traditur.

IBIDEM.

Quapropter ſi ea,quæ dixi,ſole ipſo illuſtriora,& clariora ſunt : ſi omnia dixi hauſta è fonte naturæ , ſi tota oratio noſtra omnem ſibi fidem ſenſibus confirmat, id eſt incorruptis atque integris teſtibus: ſi infantes, pueri , ſi mutæ etiam beſtiæ penè loquuntur magiſtra, ac duce natura, nihil eſſe proſperum niſi voluptatem,nihil aſperum niſi dolorem , de quibus neque deprauatè iudicant,neque corruptè: nonne ei
73.& 74.4 maximam gratiam habere debemus,qui, exaudita quaſi voce naturæ,ſic eam firmè grauiterque comprehenderit,vt omnes bene ſanos in viam placatę,tranquillæ,quietæ,beatæ vitæ deduceret?

LIB. II.

Age inquies,iſta parua ſunt:ſapientem locupletat ipſa na
36.23. tura:cuius diuitias Epicurus ipſe parabiles eſſe docuit . hæc bene dicuntur:nec ego repugno : ſed inter ſe ipſa pugnant: negat enim tenuiſſimo victu,id eſt,contemptiſſimis eſcis,& potionibus minorem voluptatē percipi,quàm rebus exquiſitiſſimis ad epulandum . huic ego , ſi negaret quicquam intereſſe ad beatè viuendum quali vteretur victu,concederem, laudarem etiam:verum enim diceret : idque Socratem , qui voluptatem nullo loco numerat, audio dicentem,cibi condimentum eſſe famem,potionis ſitim : ſed qui ad voluptatē omnia referens,viuit vt Gallonius loquitur, vt Frugi ille Piſo,non audio:nec enim eum, quod ſentiat,dicere exiſtimo. naturales diuitias dixit parabiles eſſe,quòd paruo eſſet natura contenta.certè,niſi voluptatem tanti æſtimaretis,nõ mi-

nor,

nor,inquit,voluptas percipitur tã ex viliſſimis rebus, quàm ex pretioſiſſimis.

LIB. I. TVSC. QVAEST.

AVDITOR. Malum mihi videtur eſſe mors. MARC. Iis ne,qui mortui ſunt,an ijs,quibus moriendum eſt? AV. Vtriſque. M. Eſt igitur miſerum,quoniam malum. A. Certè. M. Ergo & ij,quibus euenit iam,vt morerentur, & ij,quibus euenturum eſt,miſeri. A. Mihi ita videtur. M. Nemo ergo nõ miſer. A. Prorſus nemo. M. Et quidem ſi tibi conſtare vis,omnes,quicunque nati ſunt,eruntúe,non ſolum miſeri,ſed etiã ſemper miſeri.nam ſi ſolos eos diceres miſeros,quibus moriendum eſſet,neminem tu quidem eorum,qui viuerent,exciperes,moriendum eſt enim omnibus: eſſet tamen miſeriæ finis in morte.quoniam autem etiam mortui miſeri ſunt,in miſeriam naſcimur ſempiternam: neceſſe eſt enim miſeros eſſe eos,qui centum millibus annorum ante occiderunt, vel potius omnes,quicunque nati. A. Ita prorſus exiſtimo. M. Dic quæſo,num te illa terrent, triceps apud inferos Cerberus,Cocyti fremitus, tranſuectio Acherontis, mento ſummam aquam attingens ſiti enectus Tantalus? nũ illud, quod Siſyphus verſat 99.19.& ſeq. 104.5.&c.

Saxum ſudans nitendo, neque proficit hilum?

fortaſſe etiam inexorabiles iudices Minos, & Rhadamanthus,apud quos nec te L.Craſſus defendet,nec M.Antonius, nec quoniam apud Græcos iudices res agetur, poteris adhibere Demoſthenem.tibi ipſi pro te erit maxima corona cauſa dicenda. hæc fortaſſe metuis, & idcirco mortem cenſes eſſe ſempiternum malum. A. Adeóne me delirare cenſes, vt ita eſſe credam? M. An tu hæc non credis? A. Minimè verò. M. Malè hercule narras. A. Cur quæſo? M. Quia diſertus eſſe poſſem,ſi contra iſta dicerem. A. Quis enim non in eiuſmodi cauſſa?aut quid negotij eſt, hæc poëtarum, & pictorum portenta conuincere? M. Atqui pleni ſunt libri philoſophorum contra iſta diſſerentium. A. Ineptè ſanè: quis eſt enim tam excors,quem iſta moueant?

IBIDEM.

Animum autẽ alij animam, vt ferè noſtri declarant nominari:nam & agere animam,& efflare dicimus, & animoſos,& bene animatos,& ex animi ſententia: ipſe autem animus

cernimus, id omne oritur à ſenſibus. qui ſi omnes veri erũt, vt Epicuri ratio docet, tum denique poterit aliquid cognoſ-
122.30. ci, & percipi. quos qui tollunt, & nihil poſſe percipi dicunt, ij remotis ſenſibus ne id ipſum quidem expedire poſſunt, quod diſſerunt. præterea, ſublata cognitione, & ſcientia tollitur omnis ratio & vitæ degendæ, & rerum gerendarum. ſic è phyſicis & fortitudo ſumitur contra mortis timorem, &
5.26. conſtantia contra metum religionis, & ſedatio animi om-
149.29. nium rerum occultarum ignoratione ſublata, & moderatio, natura cupiditatum generibuſque earum explicatis, &, vt modò docui, cognitionis regula, & iudicio ab eadem illa conſtituto, veri à falſo diſtinctio traditur.

IBIDEM.

Quapropter ſi ea, quæ dixi, ſole ipſo illuſtriora, & clariora ſunt: ſi omnia dixi hauſta è fonte naturæ, ſi tota oratio noſtra omnem ſibi fidem ſenſibus confirmat, id eſt incorruptis atque integris teſtibus: ſi infantes, pueri, ſi mutæ etiam beſtiæ penè loquuntur magiſtra, ac duce natura, nihil eſſe proſperum niſi voluptatem, nihil aſperum niſi dolorem, de quibus neque deprauatè iudicant, neque corruptè: nonne ei
73.& 74.4 maximam gratiam habere debemus, qui, exaudita quaſi voce naturæ, ſic eam firmè grauiterque comprehenderit, vt omnes bene ſanos in viam placatę, tranquillæ, quietæ, beatæ vitæ deduceret?

LIB. II.

Age inquies, iſta parua ſunt: ſapientem locupletat ipſa na-
36.23. tura: cuius diuitias Epicurus ipſe parabiles eſſe docuit. hæc bene dicuntur: nec ego repugno: ſed inter ſe ipſa pugnant: negat enim tenuiſſimo victu, id eſt, contemptiſſimis eſcis, & potionibus minorem voluptatē percipi, quàm rebus exquiſitiſſimis ad epulandum. huic ego, ſi negaret quicquam intereſſe ad beatè viuendum quali vteretur victu, concederem, laudarem etiam: verum enim diceret: idque Socratem, qui voluptatem nullo loco numerat, audio dicentem, cibi condimentum eſſe famem, potionis ſitim: ſed qui ad voluptatē omnia referens, viuit vt Gallonius loquitur, vt Frugi ille Piſo, non audio: nec enim eum, quod ſentiat, dicere exiſtimo. naturales diuitias dixit parabiles eſſe, quòd paruo eſſet natura contenta. certè, niſi voluptatem tanti æſtimaretis, nõ minor,

nor, inquit, voluptas percipitur tã ex viliſſimis rebus, quàm ex pretioſiſſimis.

LIB. I. TVSC. QVAEST.

AVDITOR. Malum mihi videtur eſſe mors. MARC. Iis ne, qui mortui ſunt, an ijs, quibus moriendum eſt? AV. Vtriſque. M. Eſt igitur miſerum, quoniam malum. A. Certè. M. Ergo & ij, quibus euenit iam, vt morerentur, & ij, quibus euenturum eſt, miſeri. A. Mihi ita videtur. M. Nemo ergo nõ miſer. A. Prorſus nemo. M. Et quidem ſi tibi conſtare vis, omnes, quicunque nati ſunt, eruntúe, non ſolum miſeri, ſed etiã ſemper miſeri. nam ſi ſolos eos diceres miſeros, quibus moriendum eſſet, neminem tu quidem eorum, qui viuerent, exciperes, moriendum eſt enim omnibus: eſſet tamen miſeriæ finis in morte. quoniam autem etiam mortui miſeri ſunt, in miſeriam naſcimur ſempiternam: neceſſe eſt enim miſeros eſſe eos, qui centum millibus annorum ante occiderunt, vel potius omnes, quicunque nati. A. Ita prorſus exiſtimo. M. Dic quæſo, num te illa terrent, triceps apud inferos Cerberus, Cocyti fremitus, tranſuectio Acherontis, mento ſummam aquam attingens ſiti enectus Tantalus: nũ illud, quod Siſyphus verſat 99.19.& ſeq. 104.5.&c.

Saxum ſudans nitendo, neque proficit hilum?

fortaſſe etiam inexorabiles iudices Minos, & Rhadamanthus, apud quos nec te L. Craſſus defendet, nec M. Antonius, nec quoniam apud Græcos iudices res agetur, poteris adhibere Demoſthenem. tibi ipſi pro te erit maxima corona cauſa dicenda. hæc fortaſſe metuis, & idcirco mortem cenſes eſſe ſempiternum malum. A. Adeóne me delirare cenſes, vt ita eſſe credam? M. An tu hæc non credis? A. Minimè verò. M. Malè hercule narras. A. Cur quæſo? M. Quia diſertus eſſe poſſem, ſi contra iſta dicerem. A. Quis enim non in eiuſmodi cauſſa? aut quid negotij eſt, hæc poëtarum, & pictorum portenta conuincere? M. Atqui pleni ſunt libri philoſophorum contra iſta diſſerentium. A. Ineptè ſanè: quis eſt enim tam excors, quem iſta moueant?

IBIDEM.

Animum autẽ alij animam, vt ferè noſtri declarant nominari: nam & agere animam, & efflare dicimus, & animoſos, & bene animatos, & ex animi ſententia: ipſe autem animus

mus ab anima dictus eſt. Zenoni Stoico animus ignis videtur. Sed hęc quidem, quę dixi, cor, cerebrum, animum, ignē, vulgo: reliqua ferè ſinguli, vt multi antè veteres. proximè autem Ariſtoxenus muſicus, idemque philoſophus intentionem ipſius corporis quandam, velut in cantu & fidibus,
76,10. quæ harmonia dicitur, ſic ex corporis totius natura. & figura varios motus cieri, tanquam in cantu ſonos. hic ab artificio ſuo non receſſit, & tamen dixit aliquid, quod ipſum quale eſſet, erat multo antè & dictum, & explanatum à Platone.

IBIDEM.

Democritum enim magnum quidem illum virum, ſed leuibus & rotundis corpuſculis efficientem animum concurſu quodam fortuito, omittamus: nihil eſt enim apud iſtos, quod non atomorum turba conficiat.

IBIDEM.

Efficiet enim ratio, vt, quæcunque vera ſit earum ſenten-
100,&c. tiarum, quas expoſui, mors aut malum non ſit, aut ſit bonum potius: nam ſi cor, aut ſanguis, aut cerebrum eſt animus, certè quoniam eſt corpus, interibit cum reliquo corpore: ſi anima eſt, fortaſſe diſſipabitur: ſi ignis, extinguetur: ſi eſt Ariſtoxeni harmonia, diſſoluetur, quid de Dicæarcho dicam, qui nihil omnino animum dicat eſſe? his ſententijs omnibus nihil poſt mortem pertinere ad quenquam poteſt: pariter enim cum vita ſenſus amittitur, non ſentientis autem, nihil eſt, vllam in partem quod interſit. reliquorum ſententiæ ſpem afferunt, ſi te fortè hoc delectat, poſſe animos, cùm è corporibus exceſſerint, in cęlum quaſi in domicilium ſuum peruenire.

IBIDEM.

Inde Homeri tota νεκύια: inde ea quę meus amicus Appius νεκρομαντία faciebat: inde in vicinia noſtra Auerni lacus,

Vnde animæ excitantur obſcura vmbra, aperto hoſtio
Alti Acheruntis, falſo ſanguine imagines mortuorum.

has tamen imagines loqui volunt: quod fieri nec ſine lin-
4,30,&ſeq. gua, nec ſine palato, nec ſine faucium, laterum, pulmonum vi, & figura poteſt.

IBIDEM.

Illam verò funditus eijciamus in diuiduorum corporū

leuium

leuium & totundorum concurſionem fortuitam: quam tamen Democritus concalefactam, & ſpirabilem, id eſt animalem eſſe voluit.

LIB. IIII. TVSC. QVAEST.

Sed poëtas ludere ſinamus, quorum fabulis in hoc flagitio verſari ipſum videmus Iouẽ. Ad magiſtros virtutis, philoſophos veniamus: qui amorem negant ſtupri eſſe, & in eo litigant cum Epicuro, non multũ, vt opinio mea fert, mentiente: quis eſt enim amor iſte amicitiæ? cur neque deformẽ adoleſcentem quiſquam amat, neque formoſum ſenem? mihi quidem hæc in Græcorum gymnaſijs nata cõſuetudo videtur: in quibus iſti liberi, & conceſſi ſunt amores. Bene igitur Ennius, 142, & ſeq. pag.,

Flagitij principium eſt nudare inter ciues corpora.

qui vt ſint, ſicut fieri poſſe video, pudici, ſoliciti tamẽ & anxij ſunt, eoq. magis, quòd ſeipſi continent, & coërcent. atq. vt muliebreis amores omittã, quibus maiorem licentiã natura cõceſſit: quis aut de Ganymedis raptu dubitat, quid poëtę velint, aut nõ intelligit, quid apud Euripidẽ & loquatur, & cupiat Laius? quid denique homines doctiſſimi, & ſummi poëtę de ſeipſis, & carminibus edant, & cantibus? fortis vir in ſua Republica cognitus, quę de iuuenum amore ſcripſit Alcęus? nam Anacreontis quidem tota poëſis eſt amatoria. Maximè verò omnium flagraſſe amore Rheginum Ibicum, apparet ex ſcriptis. Atque horum omnium libidinoſos eſſe amores, videmus. Philoſophi ſumus exotti, & auctore quidem noſtro Platone, quem non iniuria Dicęarchus accuſat, qui amori auctoritatem tribueremus.

LIB. I. DE NAT. DEOR.

Tum Velleius fidenter ſanè, vt ſolent iſti, nihil tam verens, quàm ne dubitare aliqua de re videretur: tanquam modò ex Deorum concilio, & ex Epicuri intermundijs deſcendiſſet: audite, inquit, non cõmentitias futileſque ſententias, non opificem, ædificatoremque mundi Platonis de Timęo deum: nec anum fatidicã Stoicorum προνοιαν, quam Latinè licet prouidentiam dicere, neque verò mundum ipſum animo & ſenſib⁹ præditũ, rotundum, ardentẽ, volubilem deum, portẽta & miracula non diſſerentiũ philoſophorũ, ſed ſomniantium. Quibus enim oculis intueri potuit veſter Plato 68, 25.

fabri-

fabricã illã tãti operis,qua cõſtrui à deo,atq. ędificari mundũ facit? quę molitio?quę ferramẽta?qui vectes? quę machinę? qui miniſtri tãti muneris fuerunt? quemadmodũ autem obedire, & parere voluntati architecti aër,ignis,aqua, terra potuerunt? vnde verò ortæ illæ quinque formæ, ex quibus reliquæ formantur: aptè cadentes ad animum efficiendum, pariendoſque ſenſus? longum eſt iter ad omnia, quæ talia ſunt, vt optata magis,quàm inuenta videantur. Sed illa palmaris quidem,quòd,qui non modò natum mundum introduxerit, ſed etiam manu penè factum, is eum dixerit fore ſempiternum.Hunc cenſes primis,vt dicitur, labris guſtaſſe phyſiologiam,qui quicquam,quod ortum ſit, putet æternũ eſſe poſſe?quæ eſt enim coagmentatio non diſſolubilis? aut quid eſt,cuius principium aliquod,nihil ſit extremum?Pronœa verò ſi veſtra eſt Lucili,eadem requiro, quæ paulo antè,miniſtros,machinas, omnem totius orbis deſignationẽ, atque apparatum:ſin alia eſt, cur mortalem fecerit mundũ, non quemadmodum Platonicus deus ſempiternum. Ab v-

153.26. troque autem ſciſcitor,cur mundi ędificatores repentè extiterint,innumerabilia antè ſecula dormierint. Non enim ſi mundus nullus erat,ſecula non erant.Secula nunc dico,non ea,quæ dierum,noctiumque numero annuis curſibus conficiuntur:nam fateor ea ſine mundi conuerſione effici non potuiſſe:ſed fuit quædam ab infinito tempore ęternitas,quam

15.19. nulla temporum circumſcriptio metiebatur, ſpatio tamen qualis ea fuerit,intelligi non poteſt: quod ne in cogitationem quidem cadit,vt fuerit tẽpus aliquod,nullũ cùm tẽpus eſſet.Iſto igitur tam immenſo ſpatio quæro Balbe,cur Pronœa veſtra ceſſauerit.Laboremne fugiebat?At iſte non attingit Deum,nec erat vllus, cùm omnes naturæ numini diuino, cælum, ignes,terræ, maria parerent. Quid autem erat, quòd concupiſceret Deus mundum ſignis,& luminibus tanquam ædilis ornare? ſi vt Deus ipſe melius habitaret, antea videlicet tempore infinito in tenebris tanquam in gurguſtio habitauerat. Pòſt autem varietaténe eum delectari putamus,qua cælum,& terras exornatas videmus?quæ iſta poteſt eſſe oblectatio Deo?quæ ſi eſſet,non ea tandiu carere po

153.14. tuiſſet.An hæc,vt ferè dicitis, hominum cauſſa à Deo conſtituta ſunt:ſapientúmne? propter paucos ergo tanta eſt fa-

ĉta rerum molitio. An ſtultorũ? at primum cauſſa non fuit, cur de improbis bene mereretur: deinde quid eſt aſſecutus, cùm omnes ſtulti ſint ſine dubio miſerrimi, maximè quòd ſtulti ſunt? miſerius enim ſtultitia quid poſſumus dicere? deinde quòd ita multa ſunt incommoda in vita, vt ea ſapientes commodorum compenſatione leniant, ſtulti nec vitare venientia poſſint, nec ferre præſentia.

IBIDEM.

Empedocles autem multa alia peccans, in deorum opinione turpiſſimè labitur. Quatuor enim naturas, ex quibus 23.18.
omnia conſtare vult, diuinas eſſe cenſet: quas & naſci, & extingui perſpicuum eſt, & ſenſu omni carere. Nec verò Protagoras, qui ſeſe negat omnino de dijs habere quod liqueat, ſint, nõ ſint, qualeſue ſint, quicquam videtur de natura deorum ſuſpicari. Quid Democritus, qui tum imagines, earúque circuitus in deorum numero refert, tum illam naturã, quæ imagines fundat, ac mittat, tum ſcientiam, intelligentiamque noſtram, nonne in maximo labore verſatur?

IBIDEM.

Ea qui conſideret quàm inconſultè ac temere dicantur, venerari Epicurum, & in eorum ipſorum numero, de quibus hæc quæſtio eſt, habere debeat: ſolus enim vidit primũ 148.15.
eſſe deos, quòd in omnium animis eorum notionem impreſſiſſet ipſa natura. quæ eſt enim gens, aut quod genus hominum, quod non habeat ſine doctrina anticipationẽ quandam deorum? quam appellat πρόληψιν Epicurus, id eſt, anteceptam animo rei quandam informationem, ſine qua nec intelligi quicquam, nec quæri, nec diſputari poſſit. Cuius rationis vim atque vtilitatem ex illo cæleſti Epicuri de regula, & iudicio volumine accepimus.

IBIDEM.

Eſſe igitur deos confitendũ eſt. Quod quoniam ferè conſtat inter omnes non philoſophos ſolum, ſed etiam indoctos: fateamur conſtare illud etiam, hanc nos habere ſiue anticipationem, vt antè dixi, ſiue prænotionem deorum: ſunt enim rebus nouis noua ponenda nomina, vt Epicurus ipſe πρόληψιν appellauit, quam antea nemo eo verbo nominarat. Hanc igitur habemus, vt deos beatos, & immortales pu- 23.2.
temus. Quæ enim nobis natura informationem deorum ipſorum

ipſorum dedit,eadem inſculpſit in mentibus,vt eos æternos
& beatos haberemus. Quod ſi ita eſt, verè expoſita illa ſen-
2,32.& ſeq. tentia eſt ab Epicuro,quod æternum beatumque ſit, id nec
56,12. habere ipſum negotij quicquam,nec exhibere alteri: itaque
neque ira,neque gratia teneri,quòd, quę talia eſſent, imbe-
cilla eſſent omnia. Si nihil aliud quęreremus, niſi vt deos
piè coleremus,& vt ſuperſtitione liberarentur,ſatis erat di-
ctum:nam & præſtans deorum natura hominum pietate co
leretur,cùm & æterna eſſet,& beatiſſima, habet enim vene-
rationem iuſtam quicquid excellit:& metus omnis à vi at-
que ira deorum pulſus eſſet: intelligitur enim, à beata im-
mortalique natura & iram, & gratiam ſegregari: quibus re-
motis,nullos à ſuperis impendere metus.

IBIDEM.

Epicurus autem,qui res occultas,& penitus abditas non
modò viderat animo,ſed etiam ſic tractat,vt manu ducat eã
eſſe vim & naturam deorum,vt primum non ſenſu,ſed men
toto lib.4. te cernatur, nec ſoliditate quadam,nec ad numerum, vt ea,
quæ ille propter firmitatem ϛερέμνια appellat,ſed imaginib⁹
ſimilitudine,& trãſitione perceptis, cũ infinita ſimillimarũ
imaginum ſpecies ex innumerabilibus indiuiduis exiſtat,&
ad eos affluat, cum maximis voluptatibus in eas imagines
mentem intentam,infixamque noſtram intelligentiam, ca-
pere quæ ſit & beata natura & æterna. Summa verò vis infi-
30,30,&c. nitatis, & magna, ac diligenti contemplatione digniſſima
eſt:in qua intelligi neceſſe eſt, eam eſſe naturam, vt omnia
omnibus paribus paria reſpondeant: hanc ἰσονομίαν appel-
lat Epicurus,id eſt æquabilem tributionem. Ex hac igitur il
lud efficitur, ſi mortalium tanta multitudo ſit, eſſe immor-
talium non minorem:& ſi,quæ interimant, innumerabilia
ſint,etiam ea,quæ conſeruent,infinita eſſe debere.Et quærere
à nobis Balbe ſoletis,quæ vita deorum ſit, quæque ab ijs
degatur ætas: ea videlicet qua nihil beatius, nihil omnino
bonis omnibus affluentius excogitari poteſt: nihil enim a-
git:nullis occupationibus eſt implicatus:nulla opera moli-
tur:ſua ſapientia,& virtute gaudet:habet exploratum fore ſe
ſemper tum in maximis,tum in ęternis voluptatibus. Hunc
deum rite beatum dixerimus,veſtrum verò laborioſiſſimũ:
152,12. ſiue enim ipſe mundus deus eſt,quid poteſt eſſe minus quie-
tum,

tum,quàm nullo puncto temporis intermiſſo verſari circũ
axem cæli admirabili celeritate? niſi quietum autem,nihil
beatum eſt.Sine in ipſo mundo deus ineſt aliquis qui regat,
qui gubernet,qui curſus aſtrorum, mutationes temporum,
rerum viciſſitudines,ordineſque cõſeruet, terras, & maria
contemplans hominum cõmoda,vitaſque tueatur: nam ille
eſt implicatus moleſtis negotijs,& operoſis. Nos autẽ bea-
tam vitam in animi ſecuritate,& in omnium vacatione mu
nerũm ponimus: docuit enim nos idem qui cetera, natura
effectum eſſe mundum,nihil opus fuiſſe fabrica, eáque rem
ei eſſe tam facilem,,quàm vos negatis effici ſine diuina poſ-
ſe ſolertia,vt innumerabiles natura mundos effectura ſit, ef-
ficiat,effecerit. Quod quia quemadmodum natura efficere
ſine aliqua mente poſſit non videtis: vt tragici poëtæ, cùm
explicare argumenti exitũ non poteſtis, confugitis ad Deũ.
Cuius operam profectò non deſideraretis, ſi immenſam, &
interminatam in omnes partes magnitudinem regionum 68,25.
videretis:in quam ſe inijciens animus,& intendens, ita latè
longèque peregrinatur,vt nullam tamẽ oram vltimi videat,
in qua poſſit inſiſtere. In hac igitur immenſitate latitudinũ,
longitudinum, altitudinum, infinita vis innumerabilium
volitat atomorum:quæ interiecto inani cohęreſcunt tamẽ lib. 2.
inter ſe,& aliæ alias apprehendentes continuantur: ex quo
efficiuntur hæ rerum formæ, atque figuræ: quas vos effici
poſſe ſine follibus,& incudibus non putatis. Itaque impo- 70,7.151,9.
ſuiſtis in ceruicibus noſtris ſempiternum dominum, quem & 196,10.
dies,& noctes timeremus:quis enim nõ timeat omnia pro-
uidentem,& cogitantem,& animaduertentem, & omnia ad
ſe pertinere putantem,curioſum, & plenum negotij Deum?
hinc vobis extitit primum illa fatalis neceſſitas,quam ἱμαρ-
μένην dicitis: vt quicquid accidat,id ex æterna veritate, cau- 44,2.&c.
ſarumque continuatione fluxiſſe dicatis. Quanti autem hęc
philoſophia æſtimanda eſt,cui,tanquam aniculis,& ijs qui-
dem indoctis, fato fieri omnia videantur? ſequitur μαντικὴ
veſtra,quæ Latinè diuinatio dicitur: qua tanta imbueremur
ſuperſtitione,ſi vos audire vellemus, vt aruſpices, augures, 206,7.
arioli,vates, & coniectores nobis eſſent colendi. His terro-
ribus ab Epicuro ſoluti, & in libertatem vendicati,nec me- 3,6.
tuimus eos,quos intelligimus nec ſibi fingere vllam mole-

ſtiam,nec alteri quærere: & piè ſanctéque colimus naturam excellentem atque præſtantem.

IBIDEM.

Abuteris ad omnia atomorũ regno & licẽtia. hinc quodcúnque in ſolum venit,vt dicitur,effingis,atque efficis. Quę primum nullæ ſunt:nihil enim,quod vacet corpore: corpo-
lib.1.it,&c. ribus autem omnis obſidetur locus:ita nullum inane, nihil eſſe indiuiduum poteſt. Hæc ego nunc phyſicorum oracula fundo:vera an falſa, neſcio: ſed veri tamen ſimiliora, quàm
40,20. veſtra:iſta enim flagitia Democriti, ſiue etiam antè Leucip-
48,28. pi,eſſe corpuſcula,quædam leuia, alia aſpera, rotunda alia,
49,17. partim angulata,curuata quędam,& quaſi adunca: ex his effectum eſſe cælum,atque terras,nulla cogente natura,ſed cõ curſu quodam fortuito.Hanc tu opinionem C. Vellei vſq. ad hanc ætatem perduxiſti, priuſquam te quis de omni vitæ ſtatu,quàm de iſta auctoritate deiecerit: antè enim iudicaſti Epicureũ te eſſe oportere, quàm iſta cognouiſti. Ita neceſſe fuit aut hęc flagitia animo concipere, aut ſuſceptæ philoſophiæ nomen amittere. Quid enim mereas, vt Epicureus eſſe deſinas?nihil equidem, inquis, vt rationem vitæ beatæ, veritatemque deſeram. Iſta igitur eſt veritas? Nam de vita beata nihil repugno: quam tu ne in Deo quidem eſſe cẽſes, niſi planè otio langueat. Sed vbi eſt veritas? in mundis credo innumerabilibus,omnibus minimis temporum punctis, alijs naſcentibus, alijs cadentibus: an in indiuiduis corpuſculis,tam præclara opera,nulla moderante natura, nulla ratione,fingentibus? ſed oblitus liberalitatis meæ,qua tecum paullò antè vti cœperam,plura complector.Concedam igitur ex indiuiduis conſtare omnia. Quid ad rem? deorum enim natura quæritur:ſint ſanè ex atomis: non igitur æterni: quod enim ex atomis ſit,id natum aliquãdo ſit.ſi natũ, nulli dij antè quàm nati.& ſi ortus eſt deorum, interitus ſit neceſſe eſt, vt tu paullò antè de Platonis mũdo diſputabas.Vbi
2,32.& ſeq. igitur illud veſtrum beatum, & æternũ? quibus duobus verbis ſignificatis deum? Quod cùm efficere vultis, in dumeta correpitis,ita enim dicebas,non corpus eſſe in deo,ſed quaſi corpus:nec ſanguinem,ſed quaſi ſanguinem. Hoc perſæpe facitis,vt cùm aliquid non veriſimile dicatis, & effugere reprehenſionẽ velitis,afferatis aliquid, quod omnino ne fieri

quidem

quidem poſſit: vt ſatius fuerit idipſum, de quo ambigebatur, concedere, quàm tam impudenter reſiſtere: velut Epicurus, cùm videret, ſi atomi ferrētur in locum inferiorē ſuopte pōdere, nihil fore in noſtra poteſtate, quod eſſet earū motus certꝰ, & neceſſarius, inuenit quomodo neceſſitatē effugeret, quod videlicet Democritum fugerat: ait atomum, cùm pondere & grauitate directò deorſum feratur, declinare paululum. Hoc dicere turpius eſt, quàm illud, quod vult, non poſſe defendere. 42,31. & ſequen. pag.

IBIDEM.

Quid eſt in phyſicis Epicuri non à Democrito? nam etſi quædam commutauit, vt quod paulò antè de inclinatione atomorum dixi, tamen pleraque dicit eadem, atomos, inane, imagines, infinitatem locorum, innumerabilitatemque mundorum, eorum ortus, & interitus, omnia ferè quibus naturæ ratio continetur.

IBIDEM.

Sic enim dicebas, ſpeciem dei percipi cogitatione, non ſenſu, nec eſſe in ea vllam ſoliditatem, neque eandem ad numerum permanere, eamque eſſe eius viſionem, vt ſimilitudine & tranſitione cernatur, neque deficiat vnquàm ex infinitis corporibus ſimilium acceſſio: ex eoque fieri, vt in hęc intenta mens noſtra beatam illam naturam, & ſempiternam putet. Hoc, per ipſos deos, de quibus loquimur, quale tandem eſt? nam ſi tantummodo ad cogitationem valent, nec vllam habent ſoliditatem, nec eminentiam: quid intereſt, vtrum de Hippocentauro, an de deo cogitemus? omnem enim talem conformationem animi ceteri philoſophi motum inanem vocant: vos autem aduentum in animos, & introitum imaginum dicitis. Vt igitur Tib. Gracchum cùm videor concionantem in Capitolio videre de M. Octauio deferentem ſitellam, tum eum motum animi dico eſſe inanem: tu autem & Gracchi, & Octauij imagines remanere, quæ, in Capitolium cùm peruenerint, tum ad animum meū referantur: hoc idem fieri in deo, cuius crebra facie pellantur animi, ex quo eſſe beati atque æterni intelligantur. Fac imagines eſſe quibus pulſentur animi: ſpecies duntaxat obijcitur quædam. Num etiam cur beata ſit? cur æterna? quę autem iſtæ imagines veſtræ, aut vnde? à Democrito omnino hæc 132, & pag. ſequentib.

licentia. Sed & ille reprehenſus à multis eſt, nec vos exitum
reperitis, totaque res vacillat, & claudicat. Nam quid eſt
quod minus probari poſſit, quàm omnium in me incidere
imagines? Homeri, Archilochi, Romuli, Numæ, Pythago-
ræ, Platonis, nec ex forma, qua illi fuerunt? quo modo ergo
illi? & quorum imagines? Orpheum poëtam docet Ariſtote-
les nunquam fuiſſe, & hoc Orphicum carmen Pytagorici fe
runt cuiuſdã fuiſſe Cercopis. At Orpheus, id eſt imago eius,
vt vos vultis, in animum meum ſæpe incurrit. Quid quòd
eiuſdẽ hominis in meũ aliæ, aliæ in tuũ? quid, quòd earũ re-
rũ, quæ nunquã omnino fuerunt, neq. eſſe potuerũt, vt Scyl
læ, vt Chimeræ? quid, quòd hominum, locorũ, vrbium earũ,
quas nunquam vidimus? quid, quòd, ſimul ac mihi collibi-
tum eſt, præſto eſt imago? quid, quòd etiam ad dormientem
veniunt inuocatæ? tota res Vellei nugatoria eſt: vos autem
non modò oculis imagines, ſed etiam animis inculcatis: tan
130,27. ta eſt impunitas garriendi. At quàm licenter? fluentium fre-
quenter tranſitio fit viſionum, vt è multis vna videatur. Pu-
duret me dicere non intelligere, ſi vos ipſi intelligeretis, qui
iſta defenditis. Quo modo enim probas continenter imagi-
nes ferri? aut ſi continenter, quomodo æternæ? innumera-
113,24,&c. bilitas, inquis, ſuppeditat atomorum. Num eadem ergo iſta
facient, vt ſint omnia ſempiterna? confugis ad æquilibrita-
tem, ſic enim ἰσονομίαν, ſi placet, appellemus: & ais, quoniam
ſit natura mortalis, immortalẽ etiam eſſe oportere. Iſto mo-
do, quoniam homines mortales ſunt, ſint aliqui immorta-
les: & quoniam naſcuntur in terra, naſcantur & in aqua: &
quia ſunt quæ interimant, ſint quæ conſeruent. Sint ſanè:
ſed ea conſeruent, quæ ſunt. Deos iſtos eſſe non ſentio. Om-
nis tamẽ iſta rerũ effigies ex indiuiduis quo modo corpori-
bus oritur? quæ etiam ſi eſſent, quæ nulla ſunt: pellere ſeipſa
34,4,&c. & agitari inter ſe concurſu fortaſſe poſſent: formare, figura-
re, colorare, animare non poſſent.

IBIDEM.

Deinde ſi maximè talis eſt deus, vt nulla gratia, nulla ho
minum caritate teneatur, valeat: quid enim dicam, propitius
2,32. ſit? eſſe enim propitius poteſt nemini, quoniam vt dicitis,
omnis in imbecillitate eſt & gratia, & caritas.

LIB.

LIB. II. DE NAT. DEOR.

Sunt autem,qui omnia naturæ nomine appellent, vt E-
picurus,qui ita diuidit,omnium,quę ſint naturam eſſe, cor-
pora,& inane, quæque his accidant. Sed nos cùm dicimus, 14,11.
natura conſtare,adminiſtrarique mundum, non ita dicimus
vt glebam, aut fragmentum lapidis, aut aliquid eiuſmodi
nulla cohærendi natura, ſed vt arborem, vt animal, in qui-
bus nulla temeritas,ſed ordo apparet, & artis quædam ſimi-
litudo. Quòd ſi ea,quæ à terra ſtirpibus continentur,arte na
turæ viuunt & vigent: profectò ipſa terra eadem vi contine-
tur & arte naturæ, quippe quę grauidata ſeminibus omnia
pariat, & fundat ex ſeſe,ſtirpes amplexa alat, & augeat,ipſa-
que alatur viciſſim à ſuperis, externiſque naturis. Eiuſdem-
que expirationibus aër alitur,& æther,& omnia ſidera.Ita ſi
terra natura tenetur,& viget,eadem ratio in reliquo mundo
eſt: ſtirpes enim terræ inhærent: animantes autem à ſpira-
tione aëris ſuſtinentur:ipſeque aër nobiſcum videt, nobiſcũ
audit,nobiſcum ſonat:nihil enim eorum ſine eo fieri poteſt.
Quin etiam mouetur nobiſcum: quacunque enim imus, 12,26.
quacunque mouemur, videtur quaſi locum dare, & cedere.
Quæque in medium locum mundi,qui eſt infimus, & quæ 34,2.
à medio in ſuperum, quæque conuerſione rotunda circum
medium feruntur: ea continentem mundi efficiunt, vnam-
que naturam. Et cùm quatuor ſint genera corporum,viciſſi- 25,2,& 21.
tudine eorum mundi continuata natura eſt. Nam ex terra
aqua,ex aqua oritur aër,ex aëre ęther: deinde retrorſum vi-
ciſſim ex ęthere aër,ex aëre aqua,ex aqua terra infima. Sic na
turis his,ex quibus omnia conſtant, ſurſum,deorſum,vltro,
citroque commeantibus, mundi partium coniunctio con-
tinetur.

LIB. II. DE DIVIN.

Doleo tantã Stoicos noſtros Epicureis irridẽdi ſui facul
tatem dediſſe:non enim ignoras,quam iſta derideãt. Et qui- De diuinat.
dem illi facilius facere poſſunt:deos enim ipſos iocandi cau eſt ſermo,&
ſa induxit Epicurus perlucidos, & perflabiles, & habitantes augurijs.
tanquam inter duos lucos, ſic inter duos mundos propter 206,9.
metum ruinarum:eoſque habere putat eadem membra,quæ
nos,nec vllum vſum habere membrorum.

IBIDEM.

Sed de auſpicijs alio loco:nunc de fulguribus.Quid igi-
tur minus à phyſicis dici debet,quàm quicquam certi ſigni-
206,7.&c. ficari rebus incertis?non enim te puto eſſe eum,qui Ioui ful
men fabricatos eſſe Cyclopas in Aetna putes.Nam eſſet mi-
rabile,quomodo Iupiter toties iaceret, cùm vnum haberet.
Nec verò fulminibus homines, quid aut faciendum eſſet,
aut cauendum,moneret. Placet enim Stoicis, eos anhelitus
terræ,qui frigidi ſint,cùm fluere cœperint, ventos eſſe: cùm
autem ſe in nubem induerint, eiuſque tenuiſſimam quan-
que partem cœperint diuidere,atque diſrumpere,idque cre-
brius facere, & vehementius, tum & fulgura, & tonitrua
exiſtere: ſi autem nubium conflictu ardor expreſſus ſe e-
miſerit, id eſſe fulmen. Quod igitur vi naturæ, nulla con-
ſtantia, nullo rato tempore videmus effici, ex eo ſignifica-
tionem rerum conſequentium quærimus? ſcilicet ſi iſta Iu-
piter ſignificaret,tam multa fruſtra fulmina emitteret.Quid
206,26.& enim proficit, cùm in medium mare fulmen iecit? quid, cũ
ſequent.pag. in altiſſimos montes?quod plerunque fit:quid,cùm in deſer
tas ſolitudines?quid,cùm in earum gentium oras,in quibus
hæc ne obſeruantur quidem?

IBIDEM.

Vidésne Epicurum, quem hebetem, & rudem dicere
30,31.& ſeq. ſolent Stoici, quemadmodum, quod in natura rerum om-
ne eſſe dicimus, id infinitum eſſe concluſerit? quod finitum
eſt, inquit, habet extremum. Quis hoc non dederit?quod
habet extremum, id cernitur ex alio extrinſecus. hoc quo-
que eſt concedendum.At quod omne eſt,id non cernitur ex
alio extrinſecus. Ne hoc quidem negari poteſt. Nihil igi-
tur cùm habeat extremum,infinitum ſit neceſſe eſt. Vidésne
vt ad rem dubiam conceſſis rebus peruenerit?

IBIDEM.

Vtrum igitur cenſemus dormiētium animos per ſemet-
ipſos in ſomniando moueri, an, vt Democritus cenſet, ex-
130,2.&c. terna, & aduentitia viſione pulſari? ſiue enim ſic eſt,ſiue il-
lo modo, videri poſſunt permulta ſomniantibus falſa pro
veris.Nam & nauigantibus moueri videntur ea, quę ſtant,
& quodam obtutu oculorum duo pro vno lucernæ lumina.
120.& ſeq. Quid dicā inſanis,quid ebrijs quàm multa falſa videantur?
quòd

quòd ſi eiuſmodi viſis credendum non eſt, cur ſomnijs credatur, neſcio. Nam tam licet de his erroribus, ſi velis, quàm de ſomnijs diſputare: vt ea, quæ ſtant, ſi moueri videantur, terræmotum ſignificare dicas, aut repentinam aliquam fugam: gemino autem lucernæ lumine declarari diſſenſionem, ac ſeditionem moueri. Iam ex inſanorum aut ebriorum viſis innumerabilia coniectura trahi poſſunt, quæ futura videantur. Quis eſt enim, qui totum diem iaculans, non aliquando collimet? totas noctes ſomniamus, neque vlla fere eſt, qua non dormiamus: & miramur, aliquando id, quod ſomniamus, euadere?

IBIDEM.

De noſtris ſomnijs quid habemus dicere? tu de merſo me, & equo ad ripam? ego de Mario cum faſcibus laureatis me in ſuum deduci iubente monumentum? omnium ſomniorum Quinte vna ratio eſt. Quæ per deos immorles, videamus ne noſtra ſuperſtitione, & deprauatione ſuperetur. Quem enim tu Marium viſum à me putas? ſpeciem credo eius, & imaginem, vt Democrito videtur, vnde profectam imaginem: à corporibus enim ſolidis, & à certis figuris vult fluere imagines. 112,23.&c. Quod igitur Marij corpus erat, ex eo, inquit, quod fuerat, plena ſunt imaginum omnia iſta. igitur me imago Marij in campum Atinatem perſequebatur: nulla enim ſpecies cogitari poteſt, niſi pulſu imaginũ. Quid ergo? iſtæ imagines ita nobis dicto audientes ſunt, vt, ſimul atque velimus, accurrant? etiamne earum rerum, quæ nullæ ſunt? quæ eſt enim forma tam inuſitata, tam nulla, quam non ſibi animus poſſit effingere? vt, quæ nunquam 130,27.&c. vidimus, ea tamen formata habeamus, oppidorum ſitus, hominum figuras. num igitur, cùm aut muros Babylonis, aut Homeri faciem cogito, imago illorum me aliqua pellit? omnia igitur, quæ volumus, nota nobis eſſe poſſunt: nihil eſt enim, de quo cogitare nequeamus. Nullæ ergo imagines obrepunt in animos dormientium extrinſecus, nec omnino fluunt illæ: nec cognoui quenquam, qui maiore auctoritate nihil diceret. animorum eſt ea vis, atque natura, vt vigeant vigilantes, nullo aduẽtitio pulſu, ſed ſuo motu, incredibili quadam celeritate. Hi cùm ſuſtinentur membris, & corpore, & ſenſibus, omnia certiora cernunt, cogitãt,

ſentiunt . Cùm autem hæc ſubtracta ſunt , deſertuſque animus languore corporis,tum agitatur ipſe per ſeſe. Itaque in eo & formę verſantur,& actiones,& multa audiri,multa dici videntur.

LIB. DE FATO.

Nec,cùm hæc ita ſint,eſt cauſſa cur Epicurus fatum extimeſcat,& ab atomis petat præſidium,eaſque de via deducat,
42,31,& ſeq. & vno tempore ſuſcipiat res duas inenodabiles, vnam,vt ſine cauſſa fiat aliquid,ex quo exiſtet , vt de nihilo quippiam fiat,quod nec ipſi , nec cuiquam phyſico placet: alteram, vt, cùm duo indiuidua per inanitatem ferantur , alterum è regione moueatur,alterum declinet.

IBIDEM.

Sed Epicurus declinatione atomi vitari fati neceſſitatem putat.Itaque tertius quidam motus oritur extra pondus, & plagam,cùm declinat atomus interuallo minimo.Id appellat ἐλάχιστον.Quam declinationem ſine cauſſa fieri,ſi minus
23,27. verbis,re cogitur confiteri: non enim atomus ab atomo pulſa declinat : nam qui poteſt pelli alia ab alia , ſi grauitate feruntur ad perpendiculũ corporũ indiuidua , rectis lineis , vt Epicuro placet ? ſequitur enim, vt, ſi alia ab alia nunquam depellatur , ne contingat quidem alia aliam . Ex quo efficicitur,vt iam ſi ſit atomus ,eaque declinet,declinare ſine cauſa.Hanc rationem Epicurus induxit ob eam rem , quòd veritus eſt,ne, ſi ſemper atomus grauitate ferretur naturali , ac neceſſaria, nihil liberum nobis eſſet,cùm ita moueretur animus,vt atomorum motu cogeretur . Hinc Democritus auctor atomorum accipere maluit,neceſſitate omnia fieri,quã à corporibus indiuiduis naturales motus auellere.

ET IN FINE.

Hoc modo hanc cauſſam diſceptari oportet, non ab atomis errantibus , & de via declinantibus præſidium petere. Declinat,inquit,atomus.Primum cur? aliam enim quandã vim motus habebunt à Democrito impulſionis , quam plagam ille appellat,à te Epicure grauitatis & ponderis . Quæ ergo noua cauſſa in natura eſt , quæ declinet atomum?aut num ſortiuntur inter ſe,quę declinent,quæ non?aut cur minimo declinent interuallo, maiore non ? aut cur declinent vno minimo,non declinent duobus, aut tribus?optare hoc quidem

quidẽ eſt, non diſputare. Nã neque extrinſecus impulſã atomũ loco moueri, & declinare dicis: neque in illo inani, per quod feratur atomus, quicquã fuiſſe cauſſæ, cur ea non è regione ferretur: nec in ipſa atomo mutationis aliquid factũ eſt, quamobrem naturalem ſui ponderis motum non teneret. Ita cùm attuliſſet nullam cauſſam, quæ iſtam declinationem efficeret: tamen aliquid ſibi dicere videtur: cùm id dicat, quod omnium mentes aſpernentur, ac reſpuant. Nec verò quiſquam magis confirmare mihi videtur non modò fatum, verumetiam neceſſitatem, & vim omnium rerum, 44,&c. ſuſtuliſſeque motus animi voluntarios, quàm hic, qui aliter obſiſtere fato fatetur ſe non potuiſſe, niſi ad has commentitias declinationes confugiſſet. nam, vt eſſent atomi, quas quidem eſſe mihi probari nullo modo poteſt: tamen declinationes iſtæ nunquam explicarentur. nam ſi atomis, vt grauitate ferantur, tributum eſt neceſſitate naturæ, quòd omne pondus nulla re impediente moueatur, & feratur neceſſe eſt: illud quoque neceſſe eſt, declinare quibuſdam atomis, vel, ſi volunt, omnibus naturaliter.

FINIS.

OMISSA QVAEDAM AD GRAECA EPICVRI VERBA.

Pagin. 215. initio hic ſcribatur index:

PHYSICA EPICVRI EX DIOGEN. LAERTIO HVC ARCESSITA, ET LVCRETIO ADAPTATA, OBSERVATA RATIONE PAGIN.

Numeri omiſſi reponendi ad marginem.

pag.243.è regione verſus 5;58, & ſeq.
ibidem ad verſum 24:61. 2, & hic 239.3.
pag.244.ad verſum 4:9.20.&c.& ibid.ad verſ.11:24.18.
pag.245.ad verſum 9:19.25. & ad verſ.20.De motu.38.
pag.246.ad verſ.5:43.8.ibidem ad verſ.12.42.31.& ibidem ad verſ.20:40.17.
pag.248.ad verſ.23:15.3.&c.pag.ſeq. verſ.6.15.9.&c.
pag.250.ad verſ.17:15.19.pag.251.17: 165. 8.
pag.252.ad verſ.1:194.1.& pag.præced.
pag.253.ad verſ.11:106.19.&c.ibidem ad verſ.17:185.&c.
pag.254.ad verſ.4:164.32.&c. & infr. ibidem ad verſ.20. 104.8.&c.ibidem ad verſ.25:74.13.&c.4.23. & 100.vbi vide & ſeq.
pag.255.ad verſ.6:3.6. & 4. & 5.26.
pag.256.ad verſ.5:vide pag.Lucret.120.& ſeq. & in capitibus è Cicer.collectis.ibidem ad verſum 22. 29: ibidem ad verſ.21: 14.15.
pag.259.ad verſ.19: 35.13.
pag.262.25: 13.24.
pag.271.27:70.10.&c.

OB. GIFANII

IN T. LVCRETIVM INDEX, SEV COLLECTANEA POTIVS, IN QVIBVS VOCAbula priſca, ac dictiones elegantiores commemorantur; & adductis aliorum ſcriptorum teſtimonijs, ſæpe explicantur.

A

A. hanc litteram ſæpe à veteribus contra vulgat. grammat. canones productam reperio: ſed loca plerunque ſunt mendis inquinata turpiſsimè. 28,25. 34,26. 166,10. Prudent. lib. 1. in Symmach. Mimica ridendâque ſuis. & præfation. pſych. Nequa fidelis, &c. ita v.l. Ouid. 2. Metamor.

Surgit humo pigra, ſemeſarúq. relinquit Corpora, &c. ita o.v. ferè. Valer. lib. 1. oritur clamor, dextráque ſequentum. ita leg. ex v.o. Terent. prolog. vt eſt in omnibus vet. lib.

Si qua laborioſa eſt, ad me curritur. vulg. fere, Laborioſa ſiqua, &c. malè, contra elegantiam, & vet. libros.

Ouidius 13. Metamorphoſ. Sic Hecuba poſtquam, &c. & mox, Tolle moras Hecuba, &c. Sic vet. libri tres.

A long. ob pr. ſic alibi e. .219,30.

A, littera nō extrita. 141,4. 421,25. 145,27

A REBVS MVNITVS, vt a frumento copioſus, &c. 92,8.

A B, hæc particula iūcta ſexto caſui inducit vim patrij. vt fulgor ab auro, pro, fulgor auri. Ceres ipſa ab Iaccho, id eſt, Iacchi Ceres, 37,25. 144,17.

ab auro. Cicero in Epiſt. reum Publium fore a Milone. mira dicendi ratio: reus a Milone, accuſatore Milone.

ab Iaccho Ceres, id eſt Iacchi amica Ceres, vel ab Iaccho compreſſa 144,17.

ab ratione videri 30,13.

ABDITA AVRI, aurum abditum, vt clauſa domorum 219,22.

ABIRE, mori. Feſt. abitionem, alibi ire. 66.

ABORIRI, intermori 78,4. 171,13.

ABORISCI, pro, aboriri, interire. nuſquam id quidem legi: retinui tamen ob librorum conſpirationem. Nam illi profectò de ſermone Græco, aut Romano malè merentur, qui ea quæ non legerint, minuſúe intelligant, cōtinuò obelo configunt. Cur autem oriſci non liceat dicere, vt fatiſci, apiſci ab apere, labaſci, expergiſci, &c. 171,13.

ABRVPTVM 197,21.

Abrupti ignes, ἀπορρωγότες. Virg. itē locut⁹ eſt 3. Aen. abrupti nub. ita leg. 42,29.

ABSTERGERE, depellere: ſic fere Liu. & Cæſar dicunt remos detergere: & alibi poëta tergere 141:9. 149,19. 174,29.

ABSTERRERE vſus videtur doctiſſ. poëta (etſi loca mēdoſa putentur) pro, abigere, depellere, abicere, amittere. Atq. ita proterrete, propellere dixerunt veteres omnes, de quo in Cæſarē copioſiùs. Sic & deterrere, demouere dixit D. Brutus epiſt. ad Cic. Si non poteris, hoc te conſolabere, quòd me de ſtatu meo nullis contumelijs deterrere poſſunt. & Cœlius antiquitatis obſeruantiſsimus ad Cic. lib. 8. nemo enim neceſsitudine & amicitia te deterritum ab officio dicet 141,9. 146,19. 179,20.

ABSTRAXE, pro, abſtraxiſſe, ita alibi prograxe. Virg. traxe. ſic alibi confluxet 93, 19.

ABVNDARE, defluere, diſcedere. ita & Vir. vtitur, & Ennius lib. 15. Annal. Semper abundantes haſtas, &c. id eſt reſultantes. apud Macr. 111,1. 112, 25. 177,7. 202,23.

ABVTI VIM SVAM, abuti, pro, vti, & in vſum producere, impendere, vt iuriſconſulti interdum. & Terent. operam abutitur. vbi Donat.

ACCENDERE, complere. ita & Virg. 8. Aeneid. Clamore incendunt cælum, idem libro 4. extremo dicit, implent.

καταχρηστικῶς ait Seru. ita accipi poſſet hoc Flacci,l.1. cuius flammata veneno. ſic enim v.c. 83,25.169,3.

accendere incendia 167,17.

Accidere,adlabi. 114,31.115, 21.

accidere animo 135,24.

Accidere ad avres. verbum accidere prauatè ſæpe legitur. Varro Parmenon. Alia trabs pronis in humum accidens proximè frangit ramos . ita leg. apud Non. trabs. Valer. Flacc. lib.4. (aures. Protulit ira Iouis, vox hęc ſimul accidit Sic fortaſſis leg. cum in vulg o. eccidit, excidit,& v.q. excipit. quod tamen retineri poſſet etſi durius,pro mouit, excitauit. ita & Atuus Meleagro: Simul ac nota vox ad aures accidit. apud Nonium. 65,6

Accingere contra. tralatio à re militari ſũpta,vt & aliâs ſępe in hoc poëta. Terent. Eun. Accingar. vbi Donat. ideo & accingar dixit : ſic enim dicimus in magnis rebus ſuſcipiẽdis,vt, Accingunt omnes operi 68,24.

Accipiter,gener. fem. Nonius. 139,19.

Accire. 179,19.

Acerbvs. ad aures tralatum 49,1. & pro amaro. vide & nectar. 50,30.

Achervns. ita vbique in Lucret. v.l. eſt, & apud Plaut. de quo & Priſcian.l. 1. 74,13.92,29. vide & frundiſ.

Achervsia templa. & hoc ex Ennio: Acheruſia templa Orci ſaluete infera. 4,32.75,30.

Acie prima. elegantiſsima à re militari, vt aliâs ſæpe, ducta tralatio: primo loco 50,7.

Acosmos, ἄκοσμος. ait poëta puellas ſordidas, & inluuie, vt ait Ter. immundas, ac ῥυπαρὰς ab amatoribus ὑποκοριστικῶς vocitari ἀκόσμους, quaſi nec dum ornatas,&, vt Terent. & Ouid. neglectas, ἀτάκτους, non in ornandis ſe nimium occupatas. Ouid. lib.1. eleg.

Ante meos oculos ſæpe eſt ornata , nec vmquam
Brachia direpta ſaucia fecit acu.
Sæpe etiã non dum digeſtis manè capillis
Purpureo iacuit ſemiſopita toro.
Tũ quoque erit neglecta decens; vt Thracia Bacche,
Cùm temerè in viridi gramine laſſa iacet.

De immundis ita Cic. ad Atticum lib. 9. Sicut ἐν τοῖς ἐρωτικοῖς alienãtur immũdæ, inſulſæ, indecorę: ſic me. &c. 144,9.

Actvs, tralatè, fluxus 79,9.

Accvsandi casvs pro recto , me, pro, ego. ita Terent. Eun. Scin' me in quibus ſim gaudijs? aut dicend .me, eſſe parelicon. vide ſe. 4,16.

Ad. non temerè aut ſtatim fidē adhibendã vulg. grãmaticorũ pręceptionibus, ex his, niſi me animi fallit, colectaneis, alijſque præſtantium hac ætate virorũ commentarijs clarè cognoſcere licet. putant illi re ſemper lõgum eſſe: falſò, vt alibi docuimus. svb & ab ſemper breuia. & hoc minus rectè . de pro ſimile eſt eorum iudicium, etiam, niſi me fallit meum, deprauatum . hinc manauit infinita mendorum multitudo. Neque verò ijs etiam credendum puto, qui cõtra libros calamo exaratos, litteram aliquam intercalare ſolent . Poëta igitur noſter Ad breue poſuiſſe videtur in, adigit. 102,16. & haud ſcio an nõ & alibi ſolum ad 31,3.

Ad tornvm. 119,17.

Adactvs, us 190,5.

Adavgescere. 45,15.

adauctus 71,7.

Adcredere. ita Catull. ad Ipſithillã dixit adiubere. ſed locus hodie eſt mendoſus. nam adiuuato editum eſt. ſic apud Non. Merenda in Afranio malè eſt iuuat pro iubet. Liuius lib.43. adiutare. & hîc adopinari 100,14.

Adesvs, conſumptus. Nonius 179,17. 230,27.

Adfigere abſolutè fuit poſitũ pro adfigi. quod ſanè vix admiſerim, cùm nuſquam id exſtet ; & ſciam mendorum turbam ex hiatu exſtitiſſe non paruã. elegantiſſimè autem Horat. ſed ἐμφατικῶς lib.2. Sermon.

Atque adfigit humo diuinæ particulam auræ.

ſic

ſic vet. & vulg. plerique, & antiquiſſ. meus.rectiſſ.nam quod in q.vet. adfligit(qua in re variatum ſæpe deprehendi)exſtat,nec tã elegans, immò nec Latinum ſatis videtur.adfligere humi,terræ,& ad terram dicendum putem: adfligere humo non memini legiſſe. humo,dicent alij, id eſt , ad humum. ſed pro eo humi dicebant veteres, & terræ.Virg. vt & Horat.lib. 4. georg. ipſe feraces Figat humo plantas. Adfigere ergo humo ſeu terræ, quaſi imprimere,προσπιλῶν.Silius lib.1.de legatis Saguntinis humi proſtratis:

Adfigunt proni ſqualentia corpora terræ.

etſi hîc facilius admiſerim adfligunt: quod tamen maiorem in ſe continet vim, & caſum grauiorem. In Horat. etiam facilè id recipiam ibi: Aut alius caſus lecto te adflixit. vbi tamen vetuſtiſſimus meus, adfixit. vt in vulg. ſed ſupraſcriptum erat, vel adflixit. Et vt totum eum explicemus locum,per diuinæ particulam auræ mentem intelligi puto. ὁ γὰρ νοῦς τῆς ψυχῆς ἐστὶ τὸ ἡγεμονικώτατον ἀπόσπασμα θεῖον, vt loquitur alter Plato. In eodẽ ſermone vet. lib.habet,

Ieiunus rarò ſtomachus vulgaria temnit.

hæcque, vt opinor , vetiſsima eſt ſcriptura:nam agit poëta de nepotibus,& delicatis hominibus. alia ſcriptura longè aliam exprimit ſententiam.conſiderabunt doctiores. Ibidem,

Das aliquid famæ: quæ carmine grauior
aurem Occupet humanam.

ita vet. id eſt occupare poſsit. Nos de Horatio hîc ſatis:aliâs latiùs. Prudent. 1.in Symmach.de Ioue:

Compreſſu immundo miſerum adfigens
catamithum, &c.

Sic optimus vet.liber. 146,37.

Adflare vaporem. 166,9.

Adfligere.vide adfigere. 65,22.

Adheret corpus. Plaut.Men. Prandi & potaui, ſcortum accubui Ouid.3.Met.

Applicor,& dextris adducor litora remis.

ſic vet. lib.rectiſsimè: vulg. ducor dextris ad. 90,22. Tacitus lib.15. aduolui genua dixit. & alibi , adſidere mœnia. & noſter alibi ,animum hæc aduertere.Solent interdum veteres particulam ſeu præpoſitionem verbo adſcribere nomini detractam. vide hîc adiacere. 90,22.

Adhesus. 174,25.209,4.

adheſus, adheſio 85,6.

Adhuc .i.hactenus, hucuſque. ita ferè vtebantur veteres hac particula.Teren. Adelf. act.4. ſcæna 4. Satis adhoc tua nos fruſtrata eſt fides. ita lego, vel adhuc.id alterum antiquius eſt. vide poſthoc:vulg.ad hoc.malè contra lib.vet. & ſentent. 180,19.

Adiacere aliquid.ita Cæſar l.6.de bel. Gallico C.Trebonium cum pari legionum numero ad eam regionem , quæ Aduaticos adiacet.ita vet.lib. 165,19.

Adicit ignis lumen membris 166,9.

Adiectus, adpulſus. 22,25.129,10.

Adigo,i lõga.Subigit apud Cic.1. de diuin.nam ſubbigit minimè rectum puto.& adigit me deſiderium,vt contrà, adigor,-vel potius agor deſiderio, dixit Liuius.vide Ad. 102,16.

Adire lumen vitae.bis variata tralatio. vide tralatio. 94,18.

Admiscere veteribus pro, miſcere , tẽperare,iungere vſitatum eſt,ita vt ſexto iũgatur caſui.Cic.l.2. de natura deor. ait aëra multo calore admixtum eſſe. Cæſar lib.3.de bello ciuili:Eſt etiam genus radicis inuentum ab ijs, qui fuerãt cum Valerio ,quod appellatur chara: quod admixtum lacte multum inopiã leuat.hæc vulgus ignorat. 146,1.

Adopinari,ita alibi, adcredere 133,22.

Adparere,adquirere; verbum profectò obſeruatione digniſsimum, à pario paris. 70,27.

Adsimilis. 51,19.117,32.

Adsugere. 145,11.

Adverbia in e. & in o. veteribus pleraq. omnia ancipiti interuallo habita ſunt in extrema ſyllaba.vide E. Enn. l.10. Regni * verſatum ſummam verò columnam. apud Donat.Phorm. 2.1. Virg.4. georg.nec ſerò comantem Narciſſum,&c.ita vet.quidam libri,& Ser. & li-

& libro tertio Aeneidos,
Tertiò ſed poſtquã maiore haſtilia niſu
Aggredior. Ita legẽdum docet Chariſius.
ADVLARE. Nonius 181,30.
ADVMBRATIM 119,19.
ADYTVM cordis, quaſi adytum cordis: ita enim poëta mollit tralationem. ex adytis reſponſa & effata reddebantur olim. Herodot. lib. 1. λέγεται φωνὴν ἐκ τοῦ ἀδύτου γενέσθαι φέρουσαν μὲν πρὸς τὸν ἀριστόδικον. Virg. 2. Aeneidos:
Iſque adytis hæc triſtia dicta reportat.
alibi non abſimili ratione dixit, templum mentis 24,11.
ÆDITVVENTES, vt alibi omnituentes, æditui, vide in noct: Attic. lib. 12. cap. 20. 234,6.
ÆGRESCERE 89,18. 159,15.
ÆGRET f. vt ſenet, flaccet, pigret, multa alia paſſim deprauata 99,13.
ÆGROR. vide amaror, putor, &c. 229,23.
ÆGROTAT fama, tralatè vt Græci, νοσεῖ. ita Var. l. 1. de vita populi Romani: diſtractione ciuium elangueſcit bonum proprium ciuitatis, atque ægrotare incipit, & conſeneſcere. apud Nonium diſtrahere 143,5.
AEQVOR cãpi, id eſt, æqualitas 104.32.
æquor mundi 127,24.
æquor ſaxi 101,18.
æquor ſpeculi 111,17. 117,10.
AERA reſtantia clauſtris, cardines intelligo. Virg. Ciri: Sonitum nam fecerat illi
Marmoreo æratus ſtridẽs in limine cardo.
De ſtridore cardinis Idem poëta 1. Aen. foribus cardo ſtridebat aënis. & lib. 6.
Tum demum horriſono ſtridentes cardine ſacræ
Panduntur portæ.
Alluſiſſe huc videtur Silius lib. 7. morſuque quatit (ſ. lupus) reſtantia clauſtra. quanquam ipſas fores intelligat Silius. Clauſtra etiam hîc pro foribus accipienda ſunt, vt aliâs ſæpe. Malè alij de peſſulo aut cornice accipiunt, cùm illa, vt puto, ærea plerumque eſſe non ſoleãt, & ea denique clauſtris, id eſt, portæ, ſeu, ſi ita velis, feræ non reſtet, non obſtet, non impediat aperiri oſtium: quod faciunt cardines.
AEREA vox. Virg. ferreã dixit. æri maximè à veteribus firmitudo ac robur tribuebatur. hinc apud Hom. χαλκοβατὲς δῶ. & Virg. ærea puppis, id eſt dura, teſte Seruio. aut noſter fortaſſe ærea pro ferrea poſuit, quod tralatitium eſt, etſi Seruius variantiam indicauerit.
AEREAE auræ. Imitati ſunt Virgiliũ, Tibul. & alij. venti origo eſt aër. 25,10.
AERVMNABILE. hæc inflectendi ratio familiarior fuit antiquis quã vulgò exiſtimant. hinc penetrabilis. apud Cicer. opinabilis, diſciplinabilis 232,26.
AESTAS. pro calore interdũ poëta noſter poſuit. & Virgil. 3. eglog. Si lac preceperit æſtas. Sic ibi v.c. & lib. 2. Georgic. Aut grauis incumbens ſcopulis arentibus æſtas.
AESTVS. Hor. ad Lollium: Stultorum regum, & populorum continet æſtum.
æſtus 53,25. 194,25. 209,13.
æſtus pro motu 168,13.
æſtus belli, motus. tralatio ab aquis 123, 14.
æſtus lapidis, æris. ita alibi flumen, fluctus, 227,4. & 6. & 14. &c.
æſtus mẽtis, cæli, belli, i. motus. æſtum pro motu fere ſemper accipit 78,22 & pluribus alijs in locis. Eodem modo vſurpat interdum fluctus, vocem. tralatio ſumpta videtur ab aquarum & maris motu, qui æſtus propriè dicitur. vide fretus.
æſtus mortifer, morbus 229,29.
æſtifer 21,31.
AETATEM, ſemper. Lucil. vt multos mẽſeſque dieſque Non tamen ætatem.
Plaut. At tu ægrota, ſi vis per me quidem ætatem Similiter Terent. Eunuch. Plaut. Cæcilius, alij vtuntur pro perpetuò, diutiſſimè, aduerbialiter, vt diem, Terent. & Plaut. ſæpe 201, 24. 104,16.
AETHEREAE nubes. æther pro aëre 136, 21.
ætheree nubes, id eſt, aëreæ 113,30. 197, 14.
æthereas auras poëta noſter, & Virg. ſæpe vocant

vocāt, quas alijs in locis aëreas appellāt: æther enim pro aëre ab ijſdem non raro poni ſolet, id quod Seruius etiam apud Virg. 1. Aeneid. indicauit.

ÆVVM, pro vita. .87,12.

æuum, inquit Maurus, propriè æternitatis eſt, quæ non niſi dijs conuenit. Enn.
Romulus in cælo cū dis genitalibus æuū
Degit. hinc Arnobio longæuus pro immortali. Atque ita poëta noſter multis locis.

æuum. eſſe in æuo, pro ſupereſſe, vigere, valere contra expelli æuo. æuum igitur vitam hîc ſonat, vt aliâs ſæpe. Horat. libro 2. Serm.
Dum licet in rebus iucundis viue beatus,
Viue memor quàm ſis æui breuis.
36,23. 84,14. & ſeq.

AEVVS. Sic cornus. 92,5.

AFFECTVS calore. Varr. Eumend. Luce locum adficiens 220,24.

AGMEN. 214,10.

agmen fluminis, id eſt, actus, & ductus, inquit Macrob. 157,1.

agmen. Ennius Epigramm. Tanto ſublatę agmine tūc lapides. apud Non. lapis. ita leg. vulg. ſunt agmine. Sunt, irrepſit ob hiatum. 197,16.

AGRESTIS muſa, ruſtica, Saturnia, antiqua. Virg. minus elegantem dixit agreſtem muſam 192,9.

AI, maireo f. 103,18.

AI, diphthōgus antiq. qua ſexcentis locis (teſte etiam Martiano lib. 3.) vtitur Lucretius diſtracta: ita & oi pro oe veteres vtebantur, eodem teſte. 4,24.

AITERNVS, antiqua ſcriptura 74.9.

alere. Pacuuius Chryſe: Quicquid eſt hoc, omnia animat, format, alit, auget, creat.

ALERE. Feſt. aletudo, corporis pinguedo. Cic. lib. 2. vet. rhet. Conſuetudine vis eſt, quod aut leuiter à natura tractum, aluit, & maius fecit vſus. Virg. 5. Aen.
At lætus Mneſtheus, ſucceſſuque acrior ipſo. Et mox: Hos ſucceſſus alit, &c. id eſt, alacriores reddit, auget alacritatem.

ALESCERE, creſcere. vide alibi 71,15.

alere 8,13. 156,19. 158, 20.

ALGO pro algore, vt guberna alibi. Nonius 96,5.

ALI, pro adoleſcere, ſeu adultum fieri, pro creſcere, alibi adoleſcere 2,26. 7,7. 26, 11.

ALI, retineri, translatè. 75,8.

ALIENA ſalutis. Sic Hor. Græci ſermonis feliciſſimus imitator, lib. 2. Serm. 3.
Qui ſpecies alias veri, ſceleriſque tumultu
Permixtas capiet, commotus habebitur.
Sic habet vet. noſter, & omnes vulgati vetereſque aliorum libri: nihil ergo mutandum, quod alij faciunt tamen. alias veri, id eſt, falſas, & nō veras inquit Porphirio. rectè. Græcus diceret. ἰδίας τὰς τῆ ἀληθείας, ſeu τῆς ἀληθείας ἄλλας, id eſt, alias veri. Dicimus ergo alius vero, alius à vero, alius veri. quod extremum totum eſt poeticum, vt & primum. Sic alienus à vero, alienus vero & veri dixerunt veteres.

aliena ſalutis, rerum. patrio caſui iungi ſolet à veter. alienus, vt Græc. ἀλλότριος. Cic. 1. Academ. Et vno nomine omnia, quæ eſſent aliena firmæ & conſtantis aſſenſionis 99,10. 227,10.

aliena rogorum, vt ſępta domorum; alienos rogos 234,14.

ALIENIGENAE res & partes, id eſt, penitus diuerſæ. vt ſunt oſſa, nerui, ſanguis venę. à cibo ſunt diuerſa, quę tamen cibo creſcunt. expreſſit, vt puto, elganter τὰ ἀνομοιογενῆ 28,4,9,13,16.

alienigenę partes, ἀνομοιομερεῖς 28,4.

ALIPEDES cerui. & hoc ſibi ſumpſit Vir. qui lib. 7. de equis, Inſtratos oſtro alipedes, &c. 218,10.

ALIAE pro alius. vide vnæ 102,12.

alituum pro alitum, id eſt, auium. metri cauſſa interiecta ſyllaba. Seruius ad illud Virg. 8. Aeneid.

ALITVVM pecudumq́. genus ſopor altus habebat. 180,31. 182,6. 232,11.

ALIVD diſſyllabū, vt potius alibi; vel exteri debet d, quod nouum non eſt. alij contra vet. lib. alid reponunt: ego vet. lib. ſecutus ſum. dicebant alis veteres, de alid nulla mentio. 9,15. 13,31. 35, 26. 103,32. 189,12.

ALMA 66,16. 67,5.

almus

ſtiam,nec alteri quærere: & piè ſanctéque colimus naturam excellentem atque præſtantem.

IBIDEM.

Abuteris ad omnia atomorũ regno & licẽtia. hinc quodcunque in ſolum venit,vt dicitur,effingis,atque efficis.Quę
primum nullæ ſunt:nihil enim,quod vacet corpore: corpo-
lib.1.it,&c. ribus autem omnis obſidetur locus:ita nullum inane, nihil
eſſe indiuiduum poteſt. Hæc ego nunc phyſicorum oracula
fundo:vera an falſa, neſcio: ſed veri tamen ſimiliora , quàm
veſtra:iſta enim flagitia Democriti,ſiue etiam antè Leucip-
40,20. pi,eſſe corpuſcula,quædam leuia , alia aſpera ,rotunda alia,
48,28. partim angulata,curuata quędam,& quaſi adunca: ex his ef-
49,17. fectum eſſe cælum,atque terras,nulla cogente natura,ſed cõ
curſu quodam fortuito.Hanc tu opinionem C. Vellei vſq.
ad hanc ætatem perduxiſti, priuſquam te quis de omni vitæ
ſtatu,quàm de iſta auctoritate deiecerit: antè enim iudicaſti
Epicureũ te eſſe oportere , quàm iſta cognouiſti. Ita neceſſe
fuit aut hęc flagitia animo concipere , aut ſuſceptæ philo-
ſophiæ nomen amittere . Quid enim mereas , vt Epicureus
eſſe deſinas?nihil equidem, inquis, vt rationem vitæ beatæ,
veritatemque deſeram . Iſta igitur eſt veritas ? Nam de vita
beata nihil repugno : quam tu ne in Deo quidem eſſe cẽſes,
niſi planè otio langueat . Sed vbi eſt veritas ? in mundis cre-
do innumerabilibus,omnibus minimis temporum punctis,
alijs naſcentibus, alijs cadentibus : an in indiuiduis corpuſ-
culis,tam præclara opera,nulla moderante natura, nulla ra-
tione,fingentibus ? ſed oblitus liberalitatis meæ,qua tecum
paullò antè vti cœperam,plura complector.Concedam igi-
tur ex indiuiduis conſtare omnia. Quid ad rem? deorum e-
nim natura quæritur:ſint ſanè ex atomis: non igitur æterni:
quod enim ex atomis ſit,id natum aliquãdo ſit.ſi natũ, nul-
li dij antè quàm nati.& ſi ortus eſt deorum, interitus ſit ne-
ceſſe eſt, vt tu paullò antè de Platonis mũdo diſputabas.Vbi
2,32.& ſeq. igitur illud veſtrum beatum, & æternũ? quibus duobus ver-
bis ſignificatis deum ? Quod cùm efficere vultis, in dumeta
correpitis,ita enim dicebas,non corpus eſſe in deo,ſed quaſi
corpus:nec ſanguinem,ſed quaſi ſanguinem . Hoc perſæpe
facitis,vt cùm aliquid non veriſimile dicatis, & effugere re-
prehenſionẽ velitis,afferatis aliquid , quod omnino ne fieri

quidem

quidem poſſit: vt ſatius fuerit idipſum, de quo ambigebatur, concedere, quàm tam impudenter reſiſtere: velut Epicurus, cùm videret, ſi atomi ferrētur in locum inferiorē ſuopte pōdere, nihil fore in noſtra poteſtate, quod eſſet earū motus cert⁹, & neceſſarius, inuenit quomodo neceſſitatē effugeret, quod videlicet Democritum fugerat: ait atomum, cùm pondere & grauitate directò deorſum feratur, declinare paululum. Hoc dicere turpius eſt, quàm illud, quod vult, non poſſe defendere. 42,31. & ſequen. pag.

IBIDEM.

Quid eſt in phyſicis Epicuri non à Democrito? nam etſi quædam commutauit, vt quod paulò antè de inclinatione atomorum dixi, tamen pleraque dicit eadem, atomos, inane, imagines, infinitatem locorum, innumerabilitatemque mundorum, eorum ortus, & interitus, omnia ferè quibus naturæ ratio continetur.

IBIDEM.

Sic enim dicebas, ſpeciem dei percipi cogitatione, non ſenſu, nec eſſe in ea vllam ſoliditatem, neque eandem ad numerum permanere, eamque eſſe eius viſionem, vt ſimilitudine & tranſitione cernatur, neque deficiat vnquàm ex infinitis corporibus ſimilium acceſſio: ex eoque fieri, vt in hęc intenta mens noſtra beatam illam naturam, & ſempiternam putet. Hoc, per ipſos deos, de quibus loquimur, quale tandem eſt? nam ſi tantummodo ad cogitationem valent, nec vllam habent ſoliditatem, nec eminentiam: quid intereſt, vtrum de Hippocentauro, an de deo cogitemus? omnem enim talem conformationem animi ceteri philoſophi motum inanem vocant: vos autem aduentum in animos, & introitum imaginum diciris. Vt igitur Tib. Gracchum cùm videor concionantem in Capitolio videre de M. Octauio deferentem ſitellam, tum eum motum animi dico eſſe inanem: tu autem & Gracchi, & Octauij imagines remanere, quæ, in Capitolium cùm peruenerint, tum ad animum meū referantur: hoc idem fieri in deo, cuius crebra facie pellantur animi, ex quo eſſe beati atque æterni intelligantur. Fac imagines eſſe quibus pulſentur animi: ſpecies duntaxat objicitur quædam. Num etiam cur beata ſit? cur æterna? quę autem iſtæ imagines veſtræ, aut vnde? à Democrito omnino hæc 132, & pag. ſequentib.

licentia. Sed & ille reprehenſus à multis eſt, nec vos exitum
reperitis, totaque res vacillat, & claudicat. Nam quid eſt
quod minus probari poſſit, quàm omninm in me incidere
imagines? Homeri, Archilochi, Romuli, Numæ, Pythago-
ræ, Platonis, nec ex forma, qua illi fuerunt? quo modo ergo
illi? & quorum imagines? Orpheum poëtam docet Ariſtote-
les nunquam fuiſſe, & hoc Orphicum carmen Pytagorici fe
runt cuiuſdã fuiſſe Cercopis. At Orpheus, id eſt imago eius,
vt vos vultis, in animum meum ſæpe incurrit. Quid quòd
eiuſdẽ hominis in meũ aliæ, aliæ in tuũ? quid, quòd earũ re-
rũ, quæ nunquã omnino fuerunt, neq. eſſe potuerũt, vt Scyl
læ, vt Chimeræ? quid, quòd hominum, locorũ, vrbium earũ,
quas nunquam vidimus? quid, quòd, ſimul ac mihi collibi-
tum eſt, præſto eſt imago? quid, quòd etiam ad dormientem
veniunt inuocatæ? tota res Vellei nugatoria eſt: vos autem
non modò oculis imagines, ſed etiàm animis inculcatis: tan
130,27. ta eſt impunitas garriendi. At quàm licenter? fluentium fre-
quenter tranſitio fit viſionum, vt è multis vna videatur. Pu-
duret me dicere non intelligere, ſi vos ipſi intelligeretis, qui
iſta defenditis. Quo modo enim probas continenter imagi-
nes ferri? aut ſi continenter, quomodo æternæ? innumera-
113,24,&c. bilitas, inquis, ſuppeditat atomorum. Num eadem ergo iſta
facient, vt ſint omnia ſempiterna? confugis ad æquilibrita-
tem, ſic enim ἰσονομίαν, ſi placet, appellemus: & ais, quoniam
ſit natura mortalis, immortalẽ etiam eſſe oportere. Iſto mo-
do, quoniam homines mortales ſunt, ſint aliqui immorta-
les: & quoniam naſcuntur in terra, naſcantur & in aqua: &
quia ſunt quæ interimant, ſint quæ conſeruent. Sint ſanè:
ſed ea conſeruent, quæ ſunt. Deos iſtos eſſe non ſentio. Om-
nis tamẽ iſta rerũ effigies ex indiuiduis quo modo corpori-
bus oritur? quæ etiam ſi eſſent, quæ nulla ſunt: pellere ſeipſa
34,4,&c. & agitari inter ſe concurſu fortaſſe poſſent: formare, figura-
re, colorare, animare non poſſent.

IBIDEM.

Deinde ſi maximè talis eſt deus, vt nulla gratia, nulla ho
minum caritate teneatur, valeat: quid enim dicam, propitius
2,32. ſit? eſſe enim propitius poteſt nemini, quoniam vt dicitis,
omnis in imbecillitate eſt & gratia, & caritas.

LIB.

LIB. II. DE NAT. DEOR.

Sunt autem,qui omnia naturæ nomine appellent, vt Epicurus,qui ita diuidit,omnium,quę ſint naturam eſſe, corpora,& inane, quæque his accidant. Sed nos cùm dicimus, 14,11. natura conſtare,adminiſtrarique mundum, non ita dicimus vt glebam, aut fragmentum lapidis, aut aliquid eiuſmodi nulla cohærendi natura, ſed vt arborem, vt animal, in quibus nulla temeritas,ſed ordo apparet, & artis quædam ſimilitudo. Quòd ſi ea,quæ à terra ſtirpibus continentur,arte naturæ viuunt & vigent: profectò ipſa terra eadem vi continetur & arte naturæ, quippe quę grauidata ſeminibus omnia pariat, & fundat ex ſeſe,ſtirpes amplexa alat, & augeat,ipſáque alatur viciſſim à ſuperis, externiſque naturis. Eiuſdemque expirationibus aër alitur,& æther,& omnia ſidera. Ita ſi terra natura tenetur,& viget,eadem ratio in reliquo mundo eſt: ſtirpes enim terræ inhærent: animantes autem à ſpiratione aëris ſuſtinentur: ipſeque aër nobiſcum videt, nobiſcũ audit,nobiſcum ſonat: nihil enim eorum ſine eo fieri poteſt. Quin etiam mouetur nobiſcum: quacunque enim imus, 12,26. quacunque mouemur, videtur quaſi locum dare, & cedere. Quæque in medium locum mundi,qui eſt infimus, & quæ 34,2. à medio in ſuperum, quæque conuerſione rotunda circum medium feruntur: ea continentem mundi efficiunt, vnamque naturam. Et cùm quatuor ſint genera corporum, viciſſi- 25,2,& 21. tudine eorum mundi continuata natura eſt. Nam ex terra aqua,ex aqua oritur aër,ex aëre ęther: deinde retrorſum viciſſim ex ęthere aër,ex aëre aqua,ex aqua terra infima. Sic naturis his,ex quibus omnia conſtant, ſurſum,deorſum,vltro, citroque commeantibus, mundi partium coniunctio continetur.

LIB. II. DE DIVIN.

Doleo tantã Stoicos noſtros Epicureis irridẽdi ſui facultatem dediſſe: non enim ignoras,quam iſta derideãt. Et quidem illi facilius facere poſſunt: deos enim ipſos iocandi cauſa induxit Epicurus perlucidos, & perflabiles, & habitantes tanquam inter duos lucos, ſic inter duos mundos propter metum ruinarum: eoſque habere putat eadem membra,quæ nos,nec vllum vſum habere membrorum.

De diuinat. eſt ſermo,& augurijs. 206,9.

IBIDEM.

Sed de auſpicijs alio loco:nunc de fulguribus.Quid igitur minus à phyſicis dici debet,quàm quicquam certi ſigni-
206,7.&c. ficari rebus incertis?non enim te puto eſſe eum,qui Ioui fulmen fabricatos eſſe Cyclopas in Aetna putes.Nam eſſet mirabile,quomodo Iupiter toties iaceret, cùm vnum haberet. Nec verò fulminibus homines, quid aut faciendum eſſet, aut cauendum,moneret. Placet enim Stoicis, eos anhelitus terræ,qui frigidi ſint,cùm fluere cœperint, ventos eſſe: cùm autem ſe in nubem induerint, eiuſque tenuiſſimam quanque partem cœperint diuidere,atque diſrumpere,idque crebrius facere, & vehementius, tum & fulgura, & tonitrua exiſtere: ſi autem nubium conflictu ardor expreſſus ſe emiſerit, id eſſe fulmen. Quod igitur vi naturæ, nulla conſtantia, nullo rato tempore videmus effici, ex eo ſignificationem rerum conſequentium quærimus? ſcilicet ſi iſta Iupiter ſignificaret,tam multa fruſtra fulmina emitteret.Quid
206,26.& enim proficit, cùm in medium mare fulmen iecit? quid, cũ
ſequent.pag. in altiſſimos montes?quod plerunque fit:quid,cùm in deſertas ſolitudines?quid,cùm in earum gentium oras,in quibus hæc ne obſeruantur quidem?

IBIDEM.

Vidésne Epicurum, quem hebetem, & rudem dicere
30,31.&ſeq. ſolent Stoici, quemadmodum, quod in natura rerum omne eſſe dicimus, id infinitum eſſe concluſerit? quod finitum eſt, inquit, habet extremum. Quis hoc non dederit?quod habet extremum, id cernitur ex alio extrinſecus. hoc quoque eſt concedendum.At quod omne eſt,id non cernitur ex alio extrinſecus. Ne hoc quidem negari poteſt. Nihil igitur cùm habeat extremum,infinitum ſit neceſſe eſt. Vidésne vt ad rem dubiam conceſſis rebus peruenerit?

IBIDEM.

Vtrum igitur cenſemus dormiẽtium animos per ſemetipſos in ſomniando moneri, an, vt Democritus cenſet, ex-
130,2.&c. terna, & aduentitia viſione pulſari? ſiue enim ſic eſt,ſiue illo modo, videri poſſunt permulta ſomniantibus falſa pro veris.Nam & nauigantibus moueri videntur ea, quę ſtant, & quodam obtutu oculorum duo pro vno lucernæ lumina.
120.&ſeq. Quid dicã inſanis,quid ebrijs quàm multa falſa videantur? quòd,

quòd ſi eiuſmodi viſis credendum non eſt, cur ſomnijs credatur, neſcio. Nam tam licet de his erroribus, ſi velis, quàm de ſomnijs diſputare: vt ea, quæ ſtant, ſi moueri videantur, terræmotum ſignificare dicas, aut repentinam aliquam fugam: gemino autem lucernæ lumine declarari diſſenſionem, ac ſeditionem moueri. Iam ex inſanorum aut ebriorum viſis innumerabilia coniectura trahi poſſunt, quæ futura videantur. Quis eſt enim, qui totum diem iaculans, non aliquando collimet? totas noctes ſomniamus, neque vlla fere eſt, qua non dormiamus: & miramur, aliquando id, quod ſomniamus, euadere?

IBIDEM.

De noſtris ſomnijs quid habemus dicere? tu de merſo me, & equo ad ripam? ego de Mario cum faſcibus laureatis me in ſuum deduci iubente monumentum? omnium ſomniorum Quinte vna ratio eſt. Quæ per deos immortales, videamus ne noſtra ſuperſtitione, & deprauatione ſuperetur. Quem enim tu Marium viſum à me putas? ſpeciem credo eius, & imaginem, vt Democrito videtur, vnde profectam imaginem: à corporibus enim ſolidis, & à certis figuris vult fluere imagines. Quod igitur Marij corpus erat, 112,23.&c.
ex eo, inquit, quod fuerat, plena ſunt imaginum omnia iſta. igitur me imago Marij in campum Atinatem perſequebatur: nulla enim ſpecies cogitari poteſt, niſi pulſu imaginũ. Quid ergo? iſtæ imagines ita nobis dicto audientes ſunt, vt, ſimul atque velimus, accurrant? etiamne earum rerum, quæ nullæ ſunt? quæ eſt enim forma tam inuſitata, tam nulla, quam non ſibi animus poſſit effingere? vt, quæ nunquam 130,27.&c.
vidimus, ea tamen formata habeamus, oppidorum ſitus, hominum figuras. num igitur, cùm aut muros Babylonis, aut Homeri faciem cogito, imago illorum me aliqua pellit? omnia igitur, quæ volumus, nota nobis eſſe poſſunt: nihil eſt enim, de quo cogitare nequeamus. Nullæ ergo imagines obrepunt in animos dormientium extrinſecus, nec omnino fluunt illæ: nec cognoui quenquam, qui maiore auctoritate nihil diceret. animorum eſt ea vis, atque natura, vt vigeant vigilantes, nullo aduẽtitio pulſu, ſed ſuo motu, incredibili quadam celeritate. Hi cùm ſuſtinentur membris, & corpore, & ſenſibus, omnia certiora cernunt, cogitãt,

quidē eſt, non diſputare. Nā neque extrinſecus impulſā atomū loco moueri, & declinare dicis: neque in illo inani, per quod feratur atomus, quicquā fuiſſe cauſſæ, cur ea non è regione ferretur: nec in ipſa atomo mutationis aliquid factū eſt, quamobrem naturalem ſui ponderis motum non teneret. Ita cùm attuliſſet nullam cauſſam, quæ iſtam declinationem efficeret: tamen aliquid ſibi dicere videtur: cùm id dicat, quod omnium mentes aſpernentur, ac reſpuant. Nec verò quiſquam magis confirmare mihi videtur non modò fatum, verumetiam neceſſitatem, & vim omnium rerum, 44, &c. ſuſtuliſſeque motus animi voluntarios, quàm hic, qui aliter obſiſtere fato fatetur ſe non potuiſſe, niſi ad has commentitias declinationes confugiſſet. nam, vt eſſent atomi, quas quidem eſſe mihi probari nullo modo poteſt: tamen declinationes iſtæ nunquam explicarentur. nam ſi atomis, vt grauitate ferantur, tributum eſt neceſſitate naturæ, quòd omne pondus nulla re impediente moueatur, & feratur neceſſe eſt: illud quoque neceſſe eſt, declinare quibuſdam atomis, vel, ſi volunt, omnibus naturaliter.

FINIS.

OMISSA QVAEDAM AD GRAECA EPICVRI VERBA.

Pagin. 215. initio hic ſcribatur index:

PHYSICA EPICVRI EX DIOGEN. LAERTIO HVC ARCESSITA, ET LVCRETIO ADAPTATA, OBSERVATA RATIONE PAGIN.

Numeri omiſſi reponendi ad marginem.

pag.243.è regione verſus 5;58, & ſeq.
ibidem ad verſum 24:61. 2, & hic 239.3.
pag.244.ad verſum 4:9.20.&c.& ibid.ad verſ.11:24.18.
pag.245.ad verſum 9:19.25. & ad verſ.20.De motu.38.
pag.246.ad verſ.5:43.8.ibidem ad verſ.12.42.31.& ibidem ad verſ.20:40.17.
pag.248.ad verſ.23:15.3.&c.pag.ſeq. verſ.6.15.9.&c.
pag.250.ad verſ.17:15.19.pag.251.17: 165. 8.
pag.252.ad verſ.1:194.1.& pag.præced.
pag.253.ad verſ.11:106.19.&c.ibidem ad verſ.17:185.&c.
pag.254.ad verſ.4:164.32.&c. & infr. ibidem ad verſ.20. 104.8.&c.ibidem ad verſ.25:74.13.&c.4.23. & 100.vbi vide & ſeq.
pag.255.ad verſ.6:3.6. & 4. & 5.26.
pag.256.ad verſ.5:vide pag.Lucret.120.& ſeq. & in capitibus è Cicer.collectis.ibidem ad verſum 22. 29: ibidem ad verſ.21: 14.15.
pag.259.ad verſ.19: 35.13.
pag.262.25: 13.24.
pag.271.27:70.10.&c.

OB. GIFANII

IN T. LVCRETIVM INDEX, SEV CONLECTANEA POTIVS, IN QVIBVS VOCAbula priſca, ac dictiones elegantiores commemorantur; & adductis aliorum ſcriptorum teſtimonijs, ſæpe explicantur.

A

A. hanc litteram ſæpe à veteribus contra vulgat. grammat. canones productam reperio: ſed loca plerunque ſunt mendis inquinata turpiſsimè. 28,25. 34,26. 166,10. Prudent. lib. 1. in Symmach. Mimica ridendâque ſuis. & præfation. pſych. Nequa fidelis, &c. ita v.l. Ouid. 2. Metamor.
Surgit humo pigra, ſemeſarũq.; relinquit Corpora, &c. ita o.v. ferè. Valer. lib. 1. oritur clamor, dextráque ſequentum. ita leg. ex v.o. Terent. prolog. vt eſt in omnibus ver. lib.
Si qua laborioſa eſt, ad me curritur. vulg. fere, Laborioſa ſiqua, &c. malè, contra elegantiam, & vet. libros.
Ouidius 13. Metamorphoſ. Sic Hecuba poſtquam, &c. & mox, Tolle moras Hecuba, &c. Sic vet. libri tres.
A long. ob pr. ſic alibi e. .219,30.
A, littera nõ extrita. 141,4. 421,25. 145,27
A REBVS MVNITVS, vt a frumento copioſus, &c. 92,8.
A B, hæc particula iũcta ſexto caſui inducit vim patrij. vt fulgor ab auro, pro, fulgor auri. Ceres ipſa ab Iaccho, id eſt, Iacchi Ceres, 37,25. 144,17.
ab auro. Cicero in Epiſt. reum Publium fore a Milone. mira dicendi ratio: reus a Milone, accuſatore Milone.
ab Iaccho Ceres, id eſt Iacchi amica Ceres, vel ab Iaccho compreſſa 144,17.
ab ratione videri 30,13.
A B D I T A A V R I, aurum abditum, vt clauſa domorum 219,22.
A B I R E, mori. Feſt. abitionem, alibi ire. 66.
A B O R I R I, intermori 78,4. 171,13.
A B O R I S C I, pro, aboriri, interire. nuſquam id quidem legi: retinui tamen ob librorum conſpirationem. Nam illi profectò de ſermone Græco, aut Romano malè merentur, qui ea quæ non legerint, minuſue intelligant, cõtinuò obelo configunt. Cur autem oriſci non liceat dicere, vt fatiſci, apiſci ab apere, labaſci, expergiſci, &c. 171,13.
A B R V P T V M 197,21.
Abrupti ignes, ἀπορρωγῶτες. Virg. itẽ locut⁹ eſt 3. Aen. abrupti nub. ita leg. 42,29.
ABSTERGERE, depellere: ſic fere Liu. & Cæſar dicunt remos detergere: & alibi poëta tergere 141:9. 149,19. 174,29.
ABSTERRERE vſus videtur doctiſſ. poëta (etſi loca mẽdoſa putentur) pro, abigere, depellere, abicere, amittere. Atq. ita proterrere, propellere dixerunt veteres omnes, de quo in Cæſarẽ copioſiùs. Sic & deterrere, demouere dixit D. Brutus epiſt. ad Cic. Si non poteris, hoc te conſolabere, quòd me de ſtatu meo nullis contumelijs deterrere poſſunt. & Cœlius antiquitatis obſeruantiſsimus ad Cic. lib. 8. nemo enim neceſsitudine & amicitia te deterritum ab officio dicet 141,9. 146,19. 179,20.
ABSTRAXE, pro, abſtraxiſſe, ita alibi prograxe. Virg. traxe. ſic alibi confluxet 93,19.
ABVNDARE, defluere, diſcedere. ita & Vir. vtitur, & Ennius lib. 15. Annal. Semper abundantes haſtas, &c. id eſt reſultantes. apud Macr. 111,1. 112,25. 177,7. 202,23.
ABVTI VIM SVAM, abuti, pro, vti, & in vſum producere, impendere, vt iuriſconſulti interdum. & Terent. operam abutitur. vbi Donat.
A C C E N D E R E, complere. ita & Virg. 8. Aeneid. Clamore incendunt cælum, idem libro 4. extremo dicit, implent.

κατα-

καταχρηστικῶς ait Seru. ita accipi poſſet hoc Flacci, l. 1. cuius flammata veneno. ſic enim v.c. 83,25.169,3.

accendere incendia 167,17.

ACCIDERE, adlabi. 114,31.115, 21.

accidere animo 135,24.

ACCIDERE AD AVRES. verbum accidere prauatè ſæpe legitur. Varro Parmenon. Alia trabs pronis in humum accidens proximè frangit ramos. ita leg. apud Non. trabs. Valer. Flacc. lib. 4. (aures.

Protulit ira Iouis, vox hęc ſimul accidit

Sic fortaſſis leg. cum in vulg o. eccidit, excidit, & v.q. excijt. quod tamen retineri poſſet etſi diuinùs, pro mouit, excitauit. ita & Attius Meleagro: Simul ac nota vox ad aures accidit. apud Nonium. 65,6

ACCINGERE CONTRA. tralatio à re militari ſupta, vt & aliâs ſępe in hoc poëta. Terent. Eun. Accingar. vbi Donat. ideo & accingar dixit: ſic enim dicimus in magnis rebus ſuſcipiēdis, vt, Accingunt omnes operi 68,24.

ACCIPITER, gener. fem. Nonius. 139,19.

ACCIRE. 179,19.

ACERBVS. ad aures tralatum 49,1. & pro amaro. vide & nectar. 50,30.

ACHERVNS. ita vbique in Lucret. v.l. eſt, & apud Plaut. de quo & Priſcian. l. 1. 74,13.92,29. vide & frundiſ.

ACHERVSIA TEMPLA. & hoc ex Ennio: Acheruſia templa Orci ſaluete infera. 4,32.75,30.

ACIE PRIMA. elegantiſsima à re militari, vt aliâs ſæpe, ducta tralatio: primo loco 50,7.

ACOSMOS, ἀκόσμους. ait poëta puellas ſordidas, & inluuie, vt ait Ter. immundas, ac ῥυπαρὰς ab amatoribus ὑποκοριστικῶς vocitari ἀκόσμους, quaſi nec dum ornatas, &, vt Terent. & Ouid. neglectas, ἀτάκτους, non in ornandis ſe nimium occupatas. Ouid. lib. 1. eleg.

Ante meos oculos ſæpe eſt ornata, nec vnquam
Brachia direpta ſaucia fecit acu.
Sæpe etiā non dum digeſtis manè capillis
Purpureo iacuit ſemiſopita toro.
Tū quoque erit neglecta decens; vt Thracia Bacche,
Cùm temerè in viridi gramine laſſa iacet.

De immundis ita Cic. ad Atticum lib. 9. Sicut ἐν τοῖς ἐρωτικοῖς alienātur immūdæ, inſulſe, indecorę: ſic me. &c. 144,9.

ACTVS, tralatè, fluxus 79,9.

ACCVSANDI CASVS pro recto, me, pro, ego. ita Terent. Eun. Scin' me in quibus ſim gaudijs? aut dicend. me, eſſe parelicon. vide ſe. 4,16.

AD. non temerè aut ſtatim fidē adhibendā vulg. grāmaticorū pręceptionibus, ex his, niſi me animi fallit, colectaneis, alijſque præſtantium hac ætate virorū commentarijs clarè cognoſcere licet. putantilli RE ſemper lōgum eſſe: falſò, vt alibi docuimus. SVB & AB ſemper breuia. & hoc minus rectè. de PRO ſimile eſt eorum iudicium, etiam, niſi me fallit meum, deprauatum. hinc manauit infinita mendorum multitudo. Neque verò ijs etiam credendum puto, qui cōtra libros calamo exaratos, litteram aliquam intercalare ſolent. Poëta igitur noſter Ad breue poſuiſſe videtur in, ADIGIT. 102,16. & haud ſcio an nō & alibi ſolum ad 31,3.

AD TORNVM. 119,17.

ADACTVS, us 190,5.

ADAVGESCERE. 45,15.

adauctus 71,7.

ADCREDERE. ita Catull. ad Ipſithillā dixit adiubere. ſed locus hodie eſt mendoſus. nam adiuuato editum eſt. ſic apud Non. Merenda in Afranio malè eſt iuuat pro iubet. Liuius lib. 43. adiurare. & hîc adopinari 100,14.

ADESVS, conſumptus. Nonius 179,17. 230,27.

ADFIGERE abſolutè fuit poſitū pro adfigi. quod ſanè vix admiſerim, cùm nuſquam id exſtet; & ſciam mendorum turbam ex hiatu exſtitiſſe non paruā. elegantiſsimè autem Horat. ſed ὑπερβατικῶς lib. 2. Sermōn.

Atque adfigit humo diuinæ particulam auræ.

ſic

ſic vet. & vulg. plerique, & antiquiſſ. meus.rectiſſ.nam quod in q.vet. adfligir(qua in te variatum ſæpe deprehendi)exſtat,nec tā elegans, immò nec Latinum ſatis videtur.adfligere humi,terræ,& ad terram dicendum putem: adfligere humo non memini legiſſe. humo,dicent alij, id eſt , ad humum. ſed pro eo humi dicebant veteres, & terræ.Virg.vt & Horat.lib. 4. georg. ipſe feraces Figat humo plantas. Adfigere ergo humo ſeu terræ, quaſi imprimere,προσηλῶ.Silius lib.1.de legatis Saguntinis humi proſtratis:

Adfigunt proni ſqualentia corpora terræ.

etſi hîc facilius admiſerim adfligunt: quod tamen maiorem in ſe continet vim, & caſum grauiorem. In Horat. etiam facilè id recipiam ibi: Aut alius caſus lecto te adflixit. vbi tamen vetuſtiſſimus meus, adfixit. vt in vulg. ſed ſupraſcriptum erat, vel adflixit. Et vt totum eum explicemus locum,per diuinæ particulam auræ mentem intelligi,puto.ὁ γὰρ νοῦς τῆς ψυχῆς ἐςὶ τὸ ἡγεμονικώτατον πνεῦμα θεῖον, vt loquitur alter Plato. In eodē ſermone vet. lib.habet,

Ieiunus rarò ſtomachus vulgaria temnit.

hæcque, vt opinor , veriſsima eſt ſcriptura:nam agit poëta de nepotibus,& delicatis hominibus. alia ſcriptura longè aliam exprimit ſententiam.conſiderabunt doctiores. Ibidem,

Das aliquid famæ quæ carmine gratior autem Occupet humanam.

ita vet. id eſt occupare poſsit. Nos de Horatio hîc ſatis:aliâs latiùs. Prudent. 1.in Symmach.de Ioue:

Compreſſu immundo miſerum adfigens catamithum, &c.

Sic optimus vet.liber. 146,37.

Adflare vaporem. 166,9.

Adfligere.vide adfigere. 65,22.

Adheret corpus. Plaut. Men. Prandi & potaui, ſcortum accubui Ouid.3.Met.

Applicor,& dextris adducor litora remis.

ſic vet. lib.rectiſsimè: vulg. ducor dextris ad. 90,22. Tacitus lib.15. aduolui genua dixit. & alibi , adſidere mœnia. & noſter alibi ,animum hæc aduertere.Solent interdum veteres particulam ſeu præpoſitionem verbo adſcribere nomini detractam. vide hîc adiacere. 90,22.

Adhesvs. 174,25.209,4.

adheſus, adheſio 85,6.

Adhvc .i.hactenus, hucuſque. ita ferè vtebantur veteres hac particula.Teren. Adelf. act.4. ſcæna 4. Satis adhoc tua nos fruſtrata eſt fides. ita lego, vel adhuc.id alterum antiquius eſt. vide poſthoc:vulg.ad hoc.malè contra lib.vet. & ſentent. 180,19.

Adiacere aliquid.ita Cæſar l.6.de bel. Gallico C.Trebonium cum pari legionum numero ad eam regionem , quæ Aduaticos adiacet.ita vet.lib. 165,19.

Adicit ignis lumen membris 166,9.

Adiectvs, adpulſus. 22,25.129, 10.

Adigo,i lōga.Subigit apud Cic.1. de diuin.nam ſubbigit minimè rectum puto.& adigit me deſiderium,vt contrà, adigor,vel potius agor deſiderio, dixit Liuius.vide Ad. 102,16.

Adire lvmen vitae.bis variata tralatio. vide tralatio. 94, 18.

Admiscere veteribus pro, miſcere , tēperare,iungere vſitatum eſt,ita vt ſexto iūgatur caſui.Cic.l.2. de natura deor. ait aëra multo calore admixtum eſſe. Cæſar lib.3.de bello ciuili:Eſt etiam genus radicis inuentum ab ijs, qui fuerāt cum Valerio , quod appellatur chara: quod admixtum lacte multum inopiā leuat.hæc vulgus ignorat. 146,1.

Adopinari,ita alibi, adcredere 133,22.

Adparere,adquirere; verbum profectò obſeruatione digniſsimum, à pario paris. 70,27.

Adsimilis. 51,19.117,32.

Adsvgere. 145,11.

Adverbia in e. & in o. veteribus pleraq. omnia ancipiti interuallo habita ſunt in extrema ſyllaba.vide E. Enn. l.10. Regni * verſatum ſummam verò columnam. apud Donat.Phorm. 2.1. Virg.4. georg.nec ſerò comantem Narciſſum,&c.ita vet.quidam libri,& Ser. & li-

vocât, quas alijs in locis aëreas appellât: æther enim pro aëre ab ijſdem non raro poni ſolet, id quod Seruius etiam apud Virg. I. Aeneid. indicauit.

ÆVVM, pro vita. 87,12. æuum, inquit Maurus, propriè æternitatis eſt, quæ non niſi dijs conuenit. Enn.

Romulus in cælo cũ dis genitalibus æuũ
Degit.

hinc Arnobio longæuus pro immortali. Atque ita poëta noſter multis locis.

æuum. eſſe in æuo, pro ſupereſſe, vigere, valere contra expelli æuo. æuum igitur vitam hîc ſonat, vt aliâs ſæpe. Horat. libro 2. Serm.

Dum licet in rebus iucundis viue beatus,
Viue memor quàm ſis æui breuis.

36,23. 84,14. & ſeq.

AEVVS. Sic cornus. 91,5.

AFFECTVS caloie. Varr. Eumend. Luce locum adficiens 220,24.

AGMEN 214,10.

agmen fluminis, id eſt, actus, & ductus, inquit Macrob. 157,1.

agmen. Ennius Epigramm. Tanto ſublatę agmine tũc lapides. apud Non. lapis. ita leg. vulg. ſunt agmine. Sunt, irrepſit ob hiatum. 197,16.

AGRESTIS muſa, ruſtica, Saturnia, antiqua. Virg. minus elegantem dixit agreſtem muſam 192,9.

AI, maireo ſ. 103,18.

AI, diphthõgus antiq. qua ſexcentis locis (teſte etiam Martiano lib. 3.) vtitur Lucretius diſtracta: ita & oi pro oe veteres vtebantur, eodem teſte. 4,24.

AITERNVS, antiqua ſcriptura 74.9.

alere. Pacuuius Chryſe: Quicquid eſt hoc, omnia animat, format, alit, auget, creat.

ALERE. Feſt. aletudo, corporis pinguedo. Cic. lib. 2. vet. rhet. Conſuetudine vis eſt, quod aut leuiter à natura tractum, aluit, & maius fecit vſus. Virg. 5. Aen.

At lætus Mneſtheus, ſucceſſuque acrior ipſo. Et mox: Hos ſucceſſus alit, &c. id eſt, alacriores reddit, auget alacritatem.

ALESCERE, creſcere. vide alibi 71,15.

alere 8,13. 156,19. 158, 20.

ALGO pro algore, vt guberna alibi. Nonius 96,5.

ALI, pro adoleſcere, ſeu adultum fieri, pro creſcere, alibi adoleſcere 2,26. 7,7. 26, 11.

ALI, retineri, tralatè 75,8.

ALIENA ſalutis. Sic Hor. Græci ſermonis feliciſſimus imitator, lib. 2. Serm. 3.

Qui ſpecies alias veri, ſceleriſque tumultu
Permixtas capiet, commotus habebitur.

Sic habet vet. noſter, & omnes vulgati vetereſque aliorum libri: nihil ergo mutandum, quod alij faciunt tamen. alias veri, id eſt, falſas, & nõ veras inquit Porphirio. rectè. Græcus diceret. ἰδίας τῆς τῦ ἀληθέος, ſeu τῆς ἀληθείας ἄλλας, id eſt, alias veri. Dicimus ergo alius vero, alius à vero, alius veri. quod extremum totum eſt poeticum, vt & primum. Sic alienus à vero, alienus vero & veri dixerunt veteres.

aliena ſalutis, rerum. patrio caſui iungi ſolet à veter. alienus, vt Græc. ἀλλότριος. Cic. I. Academ. Et vno nomine omnia, quæ eſſent aliena firmæ & conſtantis aſſenſionis 99,10. 227,20.

aliena rogorum, vt ſepta domorum; alienos rogos 234,14.

ALIENIGENAE res & partes, id eſt, penitus diuerſæ. vt ſunt oſſa, nerui, ſanguis venę. à cibo ſunt diuerſa, quę tamen ci bo creſcunt. expreſſit, vt puto, elganter τὸ ἀνομοιομερές 28,4,9,13,16.

alienigenę partes, ἀνομοιομερής 28,4.

ALIPEDES cerui. & hoc ſibi ſumpſit Vir. qui lib. 7. de equis, Inſtratos oſtro alipedes, &c. 218,10.

ALIAE pro alius. vide vnæ 102,12.

alituum pro alitum, id eſt, auium. metri cauſſa interiecta ſyllaba. Seruius ad illud Virg. 8. Aeneid.

ALITVVM pecudumq. genus ſopor altus habebat. 180,31. 182,6. 232,11.

ALIVD diſſyllabũ, vt potius alibi, vel exteri debet d, quod nouum non eſt. alij contra vet. lib. alid reponunt: ego vet. lib. ſecutus ſum. dicebant alis veteres, de alid nulla mentio. 9,15. 13,31. 35, 26. 103,32. 189,12.

ALMA 66,16. 67,5.

almus

Eo referri poteſt illud Ennij : Poſtquã lumina ſis oculis bonus Ancus reliquit . etſi id aliter etiam accipi poſſe ſciam. Sic & noſter poëta, & Horat.4. od.7.

Quò pius Aeneas, quò Tullus diues, & Ancus? & t .epiſt.ad Numicium,

Ire tamen reſtat, Numa quò deuenit, & Ancus. Ita regis Romuli, ſed alia in re nomẽ vſurpare ſolẽt, & Hannib. pro crudeli quouis. Certè fuit Ancus cuilibet ſuperiorum (inquit Liuius) regum belli paciſque & artibus, & gloria par. 105, 23.

ANDROGYNVS f. 174,22.

ANELLVS. 222,28.226, 11.& 26.228,10.

ANGVIMANVS, qui eſt manibus flexibilibus lubriciſque, ſerpentis modo. 52, 32.189,10.

ANIMA, ἀήρ. ita & Cic. ſæpe, & noſter poẽta in lib. 5. ſæpiſſimè. 23,19.

anima. 217,2.

anima, ventus, aër. Græc. ἄνεμος, ἀήρ. Latini pro aëre animam dicebant, etiam Cic. ſæpe. 155,14.212,14.

animæ venti 186,30.

ANIMALE adiectiuum. 8,11.58,29.5,4. 93,4.

ANIMVS, EX ANIMO. ſtudioſè, & prõptè ac hilari animo, & quaſi cum magna voluptate. vide quæſo pag. 102,8.

ANNI notatio à poëta videtur indicari hoc verſu:

Quod faciunt nobis annorum tempora, circum Cùm redeunt. Annus ab ani, id eſt, circũeundo. vide ſuperſtitio. 105, 3.

ANTISTARE. Tacitus: Sed vt locis ordinibus dignationibus antiſtent.

antiſtare. ita Catull. ad Verannium: Antiſtans mihi millibus trecentis. ita legendum puto in vulg. Antiſtes. in q.c.vet. Antiſtas. ita Q. Claudius: Simulq. virtute ceteris antiſtabat. in noct. Att. lib. 9. cap. 13. ita vet. c. vulg. anteſtabat. ſic Plaut. antilogium dixit. 149,7.

ANQVIRERE. Sexcentis locis hoc verbũ commutarunt quidam ſcioli in acquirere & inquirere. &c. vt apud Salluſt. de bello Iugurth. Vt primum veteres amicos muneribus expleant, deinde nouos anquirant. ita legen. puto. in l.v.q. acquir. in alijs, exquirãt. ſic & Cic. Lęlio extremo: Semper aliqui anquirẽdi ſunt. ſic in vetuſtiſſ. meo. 145,6.

ἀντίπτωσις. 233,32.

ANVS, pro annus, antiq. teſte Velio. 99,16.

ANXIVS, ANGOR. tales palilogiæ antiquis ſcriptoribus per ſunt familiares. 135, 23.

APERTVM, IN APERTO. Sic dixit vt in trãquillo. dicendi genus veteribus familiare. Liuius in aperto caſtro ponere dixit. 92,4.

APISCI. In editionib. hactenus apud Cic. Salluſt. alios omnes ferè ſcriptores contaminatum fuit ſuppoſito adipiſci : ſed odorati ſunt eam fraudem docti viri. vſus eſt & C. Fannius: hæc, inquit, apiſcuntur. ita v.l. Priſc. lib. 8. vulg. adipiſcuntur. ibidem & Fabius Maximus : amitti, quàm apiſci. ſic & ibi vet.l. vulg. adipiſci.

apiſci pro adipiſci . deprauatum hoc verbum ſæpe eſt in libris iuris. Nonius, Feſtus, aptus. Nonius etiam pro inuenire, & Siſennam adducit, atque ita hîc accipi etiã poteſt percõmodè. 25,8.232,31.

APLVSTRA. 53,18.121,50.

APTA VESTIS ſignis ingentibus. vt Enn. cælum ſtellis ardẽtibus aptum. 193,7.

APTVS, connexus, pendens. Feſt. & Cic. ſæpiſſimè. 51,5.52,17.

aptus, conueniens. 129,14.

aptus. 99,28.130,3.129,6.134, 3.165,11. 173,23.227, 22.

AQVA interdum priorem producit, teſte Beda lib de metris. 211,20.221,17.

AQVA DVLCIS. ſic & Græci, & Romani, & Germani vocãt aquam fontium aut fluminum, non ſalſam, contrariam marinæ. Cic. lib. 6. in Verr. In hac inſula extrema eſt fons aquæ dulcis, cui nomen Arethuſa eſt. Oppius de bello Alexand. Nam puteis foſſis aquam dulcem reperiri poſſe adfirmabat. 222,7.

ARA SCAENAE. non incommodè dixero, vt opinor, ſi poëtam ad aras quæ in ſcænis erigi ſolent, reſpexiſſe dicam. de

aris in Terent. Donat. 49,8.

Arbvta. rubra poma ſiluarum, quæ Plinius vnedones vocat. 177,28.178,20.

Ardor pro dolore. ita Catullus ad paſſerem: Credo vt tum grauis acquieſcat ardor. ita ferè æſtum hulceris dixit Attius apud Nonium. habet ita idem Catull. de nupt. Pelei: noſtræque incendia mẽtis. ita torrere, Catul. Luciet. omnes vrere. 81,4.

Arefacere. poëta diſiũxit: facere enim ate dixit; credo ita, vt apud Caton ferue bene facito. & apud Varr. Quæ ſole perferue ita fit, vt excande me fecerunt ita in v. l. eſſe monuit P. Victor. 224,15.

Aridvs sonvs pro horrifico & acuto, inquit Nonius: Seruius autem pro nimio poſitum ait. Aridus, inquit, fragor, ſonitus qualis ſolet fieri cùm franguntur arbores. ergo aridus, nimius. omne enim quod aridum eſt, cùm frangi cœperit, nimium efficit ſonum. Virgilij verſus è lib. 1. georg.

Continuò vẽtis ſurgentibus aut freta pôti
Incipiũt agitata tumeſcere, & aridus altis
Montibus audiri fragor. 198,3.

Arlabitvr. ita aliquando ſcribendum putaram: nam ar veteribus ad valet. vnde & in 12. ſcriptum fuit,

Qui coronam parit ipſe, pecuniaue eius virtutu ergo: arduitor, ſeu ei arduitor.

ſic enim eam legem reſtituo, & ita explicandam puto. Qui coronam ipſe obtinuerit, vel ſaltem pecunia ſua conſecutus ſit in certamine: ſine fraude addi ea poterit illi iam mortuo in pompa funebri. Pecuniæ nomen, vt alijs multis in locis, ita & hîc eſt generale, & iumenta, ſeruos etiam complectitur. & hoc eſt quod addit Plin (ex quo lib. 21, cap. 3. eam legem habemus) Quam ſerui, equiue meruiſſent, pecunia partã lege dici nemo dubitauit. Ardvitor autẽ i. additor. duere veteribus eſt dare: adduere, ſeu antiq. arduere, addere. Certè ne cui nouum videatur in hac re addendi vocabulum, aut à nobis id additum quis dicat, ipſe Cicero quo loco de hac lege agit, meminit huius verbi: ſed in alia lege, proxima tamen & ſuperiori conſentanea: *Neue aurum addito*, vbi etiam fortaſſe fuit ardito. ſed nihil temerè mutandum. Hæc euagatio ſi lectori fortè fuerit odioſa, mihi certè fuit periucunda, & ſolemus in noſtris nobis etiam aliquid indulgere. 119,13.

Arma, ad arma. eleganter & aptè caſtiſſ' poëta cõtendit militum vocem & clamorem cum equorum fremitu. clamor ille & olim, & hodie eadem voce ab ineuntibus prœlium edi ſolet. Ceterum alij hunc Titi locum de armis & prœlio Veneris accipiunt, vt Virg. nocturna prœlia dixiſſe conſtat. 182,4.

Arqvatvs. Nonius. 118,21.

Arqvvs, ita oquulus, &c. Priſc. 210,26.

Arripere. ita ferè Cic. lib. 2. de oratore: Magiſtrum autem quem vellet eligeret, ne quidẽ ſi audiret, L. Craſſũ: quod iſte arripuit, & ita ſe facturum cõfirmauit. vide & ſumere. 156,9.

Arteria, orum. Quædam ſunt nomina, quibus veteres in multitudinis ferè vtũtur numero, vt pulmones, ceruices, & arteriæ, cũ de aſpera arteria loquuntur. ſic & concordium dixerunt veteres multaque alia. Græci ἀρτηρίας dicunt. ſic aulæum Latin. αὐλαίαν Græci. 124,26.

Articvlare. 125,20.

articulatim. 125,20.

Arvvm propriè terra quæ aratur. 177, 12, & 21.

Arva mvliebria pro natura mulieris. Sic & Virg. 3. georg. genitale aruum. 142,20.

Asper. 198,18.

Adspergo nimborvm. 210,25.

At sedare pro ad ſedendum. At pro ad veteres ſcripſiſſe deprehendimus. Cicer. lib. 2. epiſt. ad Salluſt. At quem intelligebat eius belli periculum ſpectare. multiſque alijs locis, vt monuit Victor. 177,32.

Atqve. Chariſius lib. 2. ex Acrone monuit hunc articulũ in tranſitione ſæpe vet. vſurpaſſe, aitque Terent. ita vſum in Adelph act. 1. ſcæn. 1. Atque ex me hic non natus eſt. vulgò tamen atqui legitur.

legitur. ſic & noſtet ferè vſus eſt, & Propert. lib. 2.

Atque vrinam Romæ nemo eſſet diues, & ipſe
Straminea poſſet dux habitare caſa.
21,23.89, 28.

ATOMI. mirot tam ſtudioſè vitaſſe noſtrum Titum hoc vti vocabulo: credo quia verſus leges non admitierent facilè. vocat corpuſcula, elementa, prima, principia, corpora prima, primordia, ſemina rerum, figuras, cotpora cæca, materiem, materiaĩ corpora, principiorum corpora, &c. Ciceto tamen atomorum voce interdum vtitur. vſus eſt & Lucilius ſuo more Græciſſans lib. 27.

Idola atq. atomos Epicuri vincere volim. ita leg. ex v.c. Putant vulgo Atomos ab Epicuto ac philoſophis dici puluiſculos illos quos in ſole volitantes videmus. error eſt hic grauiſſimus, quaſi ex tali materia res omnes concretę eſſent. nimis abſurdè. quin potius certa quædam corpuſcula cæca, ἀόρατα, quæ ſub adſpectum non cadunt, numquam videantur, ſimplicia, indiuidua, ex quibus omnis rerum natura cõſiſtat, & in quæ reſoluatur; vt alij aquam, ignem, &c. hæc, inquam, illi atomos vocant, eaſq. cenſent è terum ex atomis compoſitatum ſummo corpore ſeu extremitate, aut ſuperficie quaſi detergeri, defluere: ac poſtea in inani paſſim moueri ac volitare; tandemq́ue aſſiduo motu coheſcere; atque ita rurſus ex ſe corpora, reſq. alias cteare. Atomi ergo ſunt prima rerum corpora, quę numquam ſint viſa, ſunt tamẽ; & inſtar minutiſſimorum puluiſculorum in ſole vagantium in inani iactantur: non verò ſunt ramenta illa. Hæc vt à vulgo intelligeren tur tandem, latius perſecuti ſumus.

ATLANTEVM LITVS, Ἀτλαντῖον 149,21.

ATTIGERE f. pro attingere. tagete rangere dicebant. hinc tagax, qui nimium, etiam aliena tangit, furax. Feſt. tagit. & Nonius. 102,16.

AVARITIES. ſic amicities. 75,3.

AVCTIFICVS. 54,[illegible]

AVCTVS, us, ui, pto augmine. 51,8.

auctus, us, ſcaturigo. 217,25.

AVCTVS, prædirus. 71,6.92, 31.110,4.

AVCTVS ARBORIS, pro arbore, ſeu corpore arboris ac mole. vide tactus. 199,20.

auctus corporis, pro mole. 185,3.

auctus imperis, impetus grauior. 204,19.

AVCTVS, procreatus. Prudent. lib. 1. contra Symmach.

Quis te ſemideũ iactãt auctoribus auctũ.
Sic ibi habebat v.c. emendatiſſ. in vulgat. & q.c.v. ortam. malè ibidem eſt: Et tot templa deûm Romæ, quot in vrbe, &c. leg. ex ver. lib. orbe. 20,24.66,20, & 31.

AVDITVM, vt partum. 183,30.

AVERNA LOCA vocat generaliter omnia ea, quæ tetrum exhalant odorem. Græci χαρώνια. 217,15.

AVERSABILE SCELVS, nefarium. Horat. Sic lucro auerſam. ita leg. ex v. 206,18.

AVGESCERE. 63,20.

AVGMEN, moles. 14,26.

augmen corporis, pro corpore. 81,21.

augmen guttæ. 213,19.

augmen. 38,15. 51,21.71, 18.169,25. 189,14.213,12, & 19.

AVIDVS, vaſtus, ingens. inſigni tralatione, quòd auidi & auari non acquieſcant paruis & paucis rebus. 69,15.

auida pars, magna, pet hypallagen. ab auidis ferè maiora occupantur. 154,27. 163,8.

AVOLSVS. ſic antiq. Feſt. Volſgram; ita enim puto leg. non Voiſgram. 44,9.

AVRAE AETHEREAE virales. 85,9.

AVRAE AERIS ALTAE. 87,17.

auræ aëris, pro aëre. ita ſæpe Lucretius & Virg. 96,24. & 25.

auræ aëreæ. alibi dicit auras aëris. Ennius dixerat aëreum ſpiritum. apud Feſt. ſubices. nam ventus, ait Arnob. eſt fluor aëris. 137,11.

AVT ETIAM, pro aut. notatu digna particula. 32,26. 137,14.

AVTEM eleganter iungitur particulæ &, ac tertio quartoque loco poſitum. Vlpian. Et generaliter autem poteſt dici, &c. Seneca: Et hæc autem quę non ſunt

rerum natura complectitur. Agel. Noſcitādæ probationes autem quas συγκαταθέσεις vocant, &c. 32,24.

AVXILIA. caſtrenſe vocabulum, pro fœderatis militibus. 193,22.

AVXILIATVS, us. 180,32.

ARTIBVS, membris, ab artus. ſic ex vet.l. ſcripſi, atque ita vetuſtiores ſcripſiſſe indicat Scaurus, cuius verba adſcripſi, quia hæc primùm renouamus: Artibus autem, inquit, & artubus quidam variauerunt; & per i quidem datiuo & ablatiuo plurali ſcribi putauerũt, quoties ab arte deſcenderet, vt ſit ars, artis, artibus: artubus autem u, quoties ab eo quod eſſent artus. vnde apud Lucretiũ legunt: hinc noua proles
Artubus infirmis teneras laſciua, &c.
Quòd ſi diſtinctionis cauſſa ratio corrumpitur: caueas quoque quare non accentu aut litterat mutamus, cùm & verbum, & nomẽ ſignificet? vt in hoc, tectis, cùm & nomen & participiũ ſit, & in ſimilibus. Ergo vòx ſcribẽda quomodo & ſonat: nemo autem vmquam tam inſulſè per u artubus dixerit. hinc perſpicuum eſt, quæ ſit vetuſtiſſ. in Lucret. ſcriptura. 9,12.73,15.92.21.93,19.128,1.182,5.

AMENS, conſternatus. Virg. Æneas obmutuit amens, 197.2.

B

BABYLONICA, ſtragulæ veſtes. Plaut. Sticho. 140,7.

BACCHARI diſcurſare, errare. tralatum à Bacchidibus. 174,7.

BALANTVM PECVDES. Sic Enn. apud Macrob. lib. 6. vbi malè, vt & hîc, balatum. 46.30-47,24.

Virg. 7. Quinque greges illi balantum.

balantes pecudes. 229,23.

BARATHRVM. 213,10.

BARATHRVS. ſic videtur poëta vocaſſe eũ quem barathro & morti vicinum, aut dignum iudicabat. nam in v.q.l. ea eſt lectio: quãquam barde mihi magis placeat ex q.v.l. nam barathrus nuſquam legi, nec quid ſit, ſatis intelligo. 103,16.

BARBARICAE VESTES, Phrygiæ. Phrygas antiquiſſimi vocabant barbaros. 51,26.
Virg. Ciri:
Iactaûe barbarico Cybeles antiſtita buxo.
id eſt, Phrygio. Horat. ad Lollium:
Græcia barbariæ lento colliſa duello.
Virg. 11. Aeneid. elegantiſſ.
Forte ſacer Cybele Coreus, olimque ſacerdos
Inſignis longè Phrygijs fulgebat in armis
Spumantemque agitabat equum, quem pellis aënis
In plumã ſquamis auro conſerta tegebat,
Pictus acu tunicas & barbara tegmina crurum, vt modò dixi.
hinc Virg. Ciri tibiam Phrygiam vocauit buxum barbaricum:
Iactaûe (f. Ictaûe) barbarico Cybeles antiſtita buxo, vt modò dixi.

BARBIGERAE capellæ, & barbigeræ pecudes. 176,19. 224,23.

BARDVS, ſtultus. Feſt. quidam libri habent, Baratræ. ita à Nonio adducitur Titinnius, Varo, & Varro, à Feſto Titinn. Barathro & Barbato. vide Barathrus.

BAVBARI. Non. 181,3.

BELLA ANNI ea tempora quibus crebriora ſunt fulmina & tonitrua, vt ſunt autumnus & ver. 6,2.

BELLVM, pro repugnantia, motu, & turbatione. ſic prœlia ventorum dixit Virgil. vide pax. 160,15.236,5.

bellum, moleſtia, cura: paci & tranquillitati contrarium. vide pax. 193,3.

BENE. particula eſt veteribus ſæpe αὐξητικὴ vt bene doctus, bonus, magnus, multus, id eſt, valde. Iuſtinian. in § pœnales Inſtitut. de action. Pænales quoque actiones prętor bene multas introduxit. Vbi quidàm pænè. malè. Cic. lib. 5. epiſtula ad Lucceium: Sed tamẽ qui ſemel verecundiæ fines tranſierit, eum bene & nauiter oportet eſſe impudentem. Oppius lib. 5. Cùm bene magnam multitudinem telorum, ignemque noſtris defendẽtibus inieciſſent. & mox: Cùm bene magnam partem muri conſumpſiſſent. 170,19.

BIBVLA ARENA. Virg. 47.3.

BLANDITIM, vt alibi exultim, proprium

&

& ſimilia. 41,20.

BOMBVS. ita & Catull.è ſono factum.vt ſtloppus in Perſ. ſ. vbi contra vet. l.& Priſc.ſclopus. 125,9.

BONVM. vide commune. 178,13.

BONE. pro bene.ita interdum ſcripſi ex v. q.& Soſipat lib. 1. 36,14.126,5.225.17.

BRITANNVS primam habet hîc longam, niſi geminato t ſcribend. quis putet vt in vet.lib.ferè exſtat. 228,29.

BVCERIAE, Nonio βουκολικα. alibi adiectiuum facit. ita à ſe ipſe diſſentit:oportet tamen hîc ſit adiectiuum ob vocem,greges.atqui bucerus,a,um dicebant, non bucerius. itaque hîc f. legendum bucetæ, quæ vt ſit choreus 1. loco, aut certè interiectum à poëta dicend. verſus cauſſà,vt alibi alituum. 56,25.

BVSTVM. 101,32.

C

CACHINNARE. 29,29.66,21.144,45.

CACVMEN ALESCENDI venúſta migratione quod ibidem creſcendi finẽ dixit. ſic & alibi mucronis vocem migrauit. 71,15.

CADERE tralatè pro abici,contemni. tralatio ſumpta videtur à comœdijs, quæ ſi placeant, ſtare; ſi diſpliceant, ἐκπίπτειν dicuntur. id Horat. ita expreſſit:

Securus cadat, an recto ſtet fabula talo.

192,25.

CADERE CASV MAGNO. elegans palilogia.ſic viuere vitam,vide & anxius angor.tralatè autem poſuit, vt valde lapſi ſunt.i.errarunt grauiſſimè.ſic etiam ruinas facere dixit. 34,13.

CAECARE vt tardare.hinc excæcare. 118,13.

CAECVM ἀόρατον, cæca ferè appellat principia ſeu atomos.& apud Cic.ſic Liuiũ ſcripſiſſe puto Ione;

Dirige odoriſequos ad cęca cubilia canes.

imitatus eſt Manil. lib.1.de his indiuiduis corpuſculis agens:

Cæcaque materies cęlũ perfecit & orbem.

9,29.10,15.25,18.

CAECIGENVS.vide ventigenus. 59,11.

CAECVS. 137,6.167,19.234,2.

CAELVM pro aëre.ita vet.loquebantur ſæpiſſ.Virg.vide Seru. 112,12.

CAERVLA CAELI.ſic Ennius:

Quamquam multa manus ad cęli cærula templa Tendebam. &c.

Vnus erit quem tu tolles ad cærula cæli Templa.

apud Varron.lib.6. eundẽ verſum Ennij vſurpauit Ouid. 2. Faſt.vbi vulg.eſt ſidera cæli.cùm in v. quodam cod. etiã ſit,cærula. 35,8.

CAESIVS COLOR feritatis ſpecies,eſt leonibus peculiaris.Catull.

Solus in Lybia Indiaq́ue toſta

Cæſio veniam obuius leoni.

De cæſio colore memini dixiſſe quid alibi.vide Palladion. 144,10.

CALCARIA amoris, admirabili venuſtate pro ardore & impetu. ſic ferè ventorũ calcaria dixit Varr. apud Noniũ. 182,3.

CALLIDVS, peritus,exercitatus.Cic. 197,9.

CAMPI NATANTES.mare,æquora.& Virgil.ita lib.3.georg.& 6.Aeneid.liquentes campos dixit. 163,26.

CANCER,canceris,pro,cancri. ita ferè è Cęſellio Mulciber Mulciberis,& Mulcibri habere monuit Priſc.lib.6. quamquam ego hîc potius cancri legerem,vt eſſet hiatus. 167,25.

CANDENS FERRVM. 198,31.

CANERE ſilua dicitur lepidiſſ.à poëta,vbi varia auium ſæcula liquidiſſ. vocibus paſſim cantillant. hoc imitatus diligentiſſ: Maro ilicem vocat argutam, id eſt, ſuſurrantem leuiter. quamquam ibi ex motitatione id fiat. ſic alibi ferè dicit fulgere loca,& circumtremere æthera. 9,8.

CANES MONTIVAGAE. doctiſſimus poëta vt aliâs ſæpe,Græcos imitatus,canis vocabulum cùm de venatione ageret, muliebri in genere poſuit.illi enim hoc diligenter ſeruant.vt apud Pollu.Oppianum,& Aelianum videre licet κύνες γενναῖαι,ἀργολίδες,κελτικαί.Enn.ſic Nict.13,25.

CANOR.Eutychus l.1.grammaticor'à ſudo ſudor,amo,amor, clamo, clamor ſono, ſonor,erro,error,marc.marcor, cádeo, candor

candor,algeo,algor,oleo,olor, cano,canor.&c. 136,20.

CAPERE HVMOREM, frigus in ſe recipere,δέχεσθαι. 17,30.

capit putior terra. καταλαμβάνει. vide percipere. 65,6.

CAPI,propitiari,inquit Nonius. 3,5.

CAPRIPEDES Satyri. ita & Horat. 126,13.

CAPVT pro fonte ſeu ſcaturigine. 167,9.

caput fluuij. 217,6.

CARMEN PRIMVM, pro libro primo. 223,22.

CASSVM,vacuum,inane,caſſus lumine,vacās,carēs.90,27.104,11.119,24.124,9.

CASTOREVM. 219,7.

CATAPLEXIS,κατάπληξις, horror,admiratio, obſtupefactio. hîc enim auguſtius quid ſignificat vox ea; vt quaſi dea aliqua corporis mole ac magnitudine red dat attonitos,& in ſui admirationem rapiat homines. ſic enim καταπλῆξιν in bonam partem accipi etiam ſolet, vt apud Virg.Dido de Aen. dignitate:Obſtipuit primo adſpectu. Deā ergo quaſi facit eam quæ maiore corporis auctu eſt. talis ferè erat illa Philetæ Romani Cynthia:

Fulua coma eſt,longæque manus,& maxima toto
Corpore,& incedit vel Ioue digna ſoror.

ea tamen erat non tam immani magnitudine,quàm decora potius & modica, qualem Varro Hecatombe apud Nonium laudat amiculam puram putam, proceram, candidam, teneram. 144,12.

CASVS SEXTVS GEMINATVS interdū adiungitur vni verbo, ita vt vterque ab altero vi ſit diuerſus.Ennius lib. 14.

Cùm procul adſpiciunt hoſtes accedere ventis   Nauibus veliuolis.

ſic & ferè Græci περιβάλλεσθαι τὰ τείχη τὴν πόλιν.& noſter Carus:

Anguſtoque fretu rapidum mare diuidit vndis.

Virgil 3.Aeneid.imitatus hunc locum, ait: venit medio vi pontus,& vndis
Heſperium Siculo latus abſcidit.

Quamquam ſuſpicari quis poſſit legendū potius,diuidit vdas Italiæ terrarum oras,&c.quòd in Priſciani codicibus manuſcriptis exſtet,vndas.& certè vdas in vndas migrauit non rarò. proferam vnum ex Petronio, in quo ſuperioribus menſibus operam aliquam poſuimus, non eam tamen, quam cuperemus. in eo igitur vt alia multa, ita & hoc reſtituendum puto:

Æs pyreum conlaudabat miles in vnda.
Quæſitus tellure, &c.

Æs Ephyreum conlaudabat miles in vda (ſeu ima)   Quæſitus tellure,&c.

verùm in Tito nihil mutandum cenſeo,refragantibus libris omnibus. 23. 24.

CATENAE,pro choreis inter ſe implicatis, vti puto, & ſi de mendo ſuſpectus ſit locus. 55,29.

CATERVAE PECVDVM. 228,15.

CAVERNAE CAELI.ita Enn. cæli ingentes dixit fornices. vide Varr.l.4.& Cic.3. de orat.vide hîc amictus.ipſe etiā Varr. Marcipore,aureas cæli cauernas dicit, 113,19. 120,15.

CAVLAS vocat foramina, ſeu poros ac meatus, quod obſeruatu digniſſimum eſt. 65,28.81,9.95,7. & 12.127,21. 128,29.209,24.220,20.

CEA VESTIS. hanc veſtem vt tenuiſſimā, & precioſiſſimam celebrāt vet. omnes. vide Cia & Melitenſis. 143,11.

CELEBRARE.vide concelebrare. 184,31.

CELERARE,properare.Virg.alij. 13,11.

CELER.celer origo. videtur Priſcianus l. 6.indicare ea tātùm nomina quæ c habeant ante er,etiam in feminin.habere er,& in maſcul.etiā is, vt Ennius, acris ſomnus. Næuius de bello Pœnico: Fames acer augeſcit hoſtibus. verùm ex hoc poëta noſtro videor intelligere omnia ea adiectiua in er etiam femi nino gen. in er habuiſſe. 113,8.

CENSEMVS CERNERE, putamus, videmur. 122,18.

CENTAVRIVM,herba,de qua Plin.lib.25, cap.6.Dioſcor.lib.3. ait feritatem illi à Romanis attributam.vide & Feſtum. 48,24

48,24.112, 3.

Ceres mammosa à veteribus pingebatur teſte Arnobio lib. 3. & 6. ea eſt Epheſia Diana, & multimammia, terræ ſymbolum, omnia vt parientis, educantis, & nutrientis. 144,17.

Cernere bellum eleganter de Græco expreſſũ. & decernere bellum: κρίνειν enim τὸν πόλεμον καὶ διακρίνειν dicunt, id eſt, prœlio dimicare, ac ſignis collatis concurrere. vſus eſt Ennius, & Virg. vide Seruium, & Senecam. elegantiſſ. verò dicunt Græci κρίνειν τὰ ὅλα, de ſumma imperij decertare. 160,27.

Certamina pugnae. Virg. 10. Aeneid. duri certamina belli. 134,17.

Certe pro certò. ita veteres ſæpiſſ. hodie vix notum. 107,12.132, 1.

Cesse. id eſt ceſſiſſe, ſic & creſſe. Turpil. Lindia:

Conſilium occepi; litteras miſi ad ſenem
Noſtrum, proceſſe nobis ex ſententia
Mercaturam. ſic legend. puto apud Nonium, Mercatus. 35,22.

Cetera conciſè poni ſolet non rarò. ſæpius inueniretur ſi non adiecta fere eſſet in editionibus vulgatis particula &, vt apud Cic. Top. In partitione quaſi membra ſunt, vt corporis; caput, humeri, manus, latera, crura, pedes, cetera, &c. 62,32.

Chaldaei astrologi. etiam ſine adiuncto, Chaldæi intelliguntur aſtrologi. Cato de re ruſt. Paraſitum nequem habeat (villicus) haruſpicem, augurem, hariolum, Chaldæum nequem habeat. ita in iure ciuili, & Cic. ſæpe. 171,7.

Chariton mia, χαρίτων μία, vna Charitũ. Homerica clauſula. Iliad. ξ. ita Iuno:

Ἀλλ' ἴθ' ἐγὼ δέ κέ τοι χαρίτων μίαν ὁπλοτεράων
Δώσω ὀπυιέμεναι, &c.

Charites olim ſemper adoleſcẽtulę pingebantur: fortaſſis & paruæ. quod nuſquam tamen legi, nec puto facilè inueniri poſſe, cùm dijs omnibus tribuatur magna & maior humana ſtatura. hinc Virg. de Creuſa, lib 2. extremo: & nota maior imago. quamuis hoc ad ſimulacra potius de quibus hic ex Homero, & Ennio pag. 5,2. & hîc .18,51. Quippe etenim iam tum, &c. ac de Romulo lib. 2. Faſt. Ouid.

Pulcer & humano maior, trabeaque decorus Romulus.

Neque verò neceſſe eſt paruitatẽ Gratiarum hîc comminiſci, cùm poëta Gratiarum ea de cauſſà meminerit, quòd ea quæ parua ſunt, venuſta ſint & lepore, gratiaque plena, quòd vrbanitate, facetijs, χαριεντισμοῖς condita. id quod χαρίν etiã Græcis eſt. hinc & Phurnutus ait Veneri adſidere Gratias, Suadelam, & Mercurium. vide Sall. 144,11.

Chartae, ſcripta, libri. Horat. 4. od. 9.
Non ego te meis Chartis inornatum ſileri
Totue tuos patiar labores. 138,18.

Cibari, ali. 35,12.

Cibatus, us. 229,18.

Cicuta, canna. 191,26.

Ciere voces. ciere patres qui poterant, patricij dicti ſunt. Liu. lib. 1. 181,20.

Cinefactus. Non. 101,32.

Cinis, feminin. ita & Caluus, & Catul. vide Priſc. & Non. 137,4.

Circumcaesura. Plin. dixit circumciſura. περικοπὴν vocant Græci. Polyb. agẽs de funerum elatione apud Romanos, ac de fumoſis illis imaginibus: ταύτας δὲ τὰς εἰκόνας ἐπὰν τῶν οἰκείων μεταλλάξῃ τις ἐπιφανὴς, ἄγουσιν εἰς τὴν ἐκφορὰν περιτιθέντες ὡς ὁμοιοτάτοις εἶναι δοκοῦσι κατάτε τὸ μέγεθος καὶ τὴν ἄλλην περικοπήν. planè grãmaticorũ canones velint circũciſura. ſed vt ancæſus de quo ſuprà, vbi omiſi Priſcian. lib. 1. quo loco docet Anfractus anciſus & anquiro, n pro m poſitum: ita & circumcæſura: ſic etiam exquærere dixerunt antiqui. Plaut. Aulul. Intro exquære, ſine ita vt ego prædico. ſic leg. cum Priſc. vulg. exquire. 80,4.128, 16.

Circumtremere aether dicitur ſtellis, ſeu ſignis; admirabili elegãtia, cũ ſtellis vt igneis tremor ac motitatio attribuatur, & conueniat potius. verùm ita ferè dixit loca fulgere, & ſiluas canere. 35,7.

Circumvolitare legiones dicit equites doctiſſ. Titus. alas enim, equitum

 turmas

turmas appellant. 46,12.
CIRCVMRETIRE. 184,16.
CIRCVMSPIRACVLA MVNDI. ita ſcribendum putaui, vt alibi circumcæſura. ſpiracula naris dixit Ennius. 209,25.
CIRCVMTEXTVRA, f. vide circumcæſura, & texta. 128,16.
CITVS. 39,16. &c.
CIVS, κῖος, poëta videtur extuliſſe Cius. alij ferè Ceus dicunt. variantia ea in multis alijs nominibus eſt recepta: Alexandria, Alexandrea, δρεία. Seleucia, Seleucea κεία, apud Ciceron. Priſcian. lib. 1. & 2. Vbique pro ει diphthōgo e productam, vel i in Græcis ponimus dictionibus. σπονδεῖος, ſpondeus; νεῖλος, Nilus. Ciam igitur veſtem dixit Titus, quam alij Ceam. 143,11.
CLADES PERICVLI. hac loquendi formula vtitur ſæpe Lucret. pro interitu, etiā clade, & periculo, ſeparatis. 99,2.
CLAMOR, ſonus. 198,31.
CLARARE. antiq. ſine præpoſitione, vt clinare alibi. vide Feſt. ventabant, miniſcitur, mentū. &c. vtitur & Cic. prognoſt.
Has autem quæ ſunt paruo ſub culmine fuſæ
Conſimili ſpecie ſtellas, parilique nitore
Non potuit nobis nota clarare figura.
ſic omnino leg. puto. vulg. clarere, peſſimè. 74,12. 132,19.
CLARE aduerbium poſter. breui. vide E. 178,2.
CLARERE, patere, perſpicuum eſſe, parere. aliter Ennius apud Ciceronem de ſeneſt. Ergo magiſque magiſque viri nūc gloria claret. ſic vet. q. cod. opt. in eod. lib. Cic. vt hoc vno verbo admoneam, vitioſè vulgo ſcribitur: Nec verò ille in luce modò atque oculis ciuium magnus, ſed intus, domique præſtantior. qui ſermo? quæ præcepta? quanta notitia antiquitatis? ſcientia iuris? augurij? multæ etiam, vt in homine Romano, litteræ. cùm legend. ſit, ſcientia iuris augurij: de Q. Fabio Maximo eſt ſermo. Augur ille fuit, eiuſque iuris fuit peritus: iuris, vt vulgo dicimus, conſultus non fuit: non fuit inquam iuris ciuilis peritus. mendo cauſſam dedit ignoratio vocabuli augurium. ius augurium dicebant veteres, de quo in Agellium dicturi ſumus pluſcula. 223,22.
CLARICITARE f. 178,2.
CLASSIS pro exercitu. ita vſus videtur & Ouid. 13. Metamorphoſ. alantque
Imperat Argolicam cęleſti munere claſſē.
ſic legendum puto ex vet. cod. optimo. vulg. gentem. q. vet. terram, malè, certè non iam rectè. vide & Feſt. procinctam & claſſis. vſus eſt & Virg. 37,16.
CLAVDA NAVIGIA. Liuius claudas, mutilataſque naues dicit. 121,29.
CLAVDICARE, ualatè. Cic. ſæpiſſ. 87,14. 124,12.
CLAVSA VIARVM, ſic denſa domorum, & alibi munita viæ. 127,13.
CLAVSTRA VITAE, ita alibi limen vitæ ac mortis. 14,5. 85,21. 230,12.
CLINAMEN, declinatio, vt alibi clinare. 43,11.
CLINARE. eo vtitur & Cic. Arato. vide clarare, 43,26.
CLVERE, eſſe. apud Prud. clūere poſitum ſemper eſt, vt feruēre, & feruĕre, &c. 4, 31. 15,9. 16,8. 47,6. 60,79. 89,24. 109, 26.
COACTA TEMPESTAS, accumulata, & maxima, quaſi denſa & exſtructa. obſeruatione digna phraſis. Virg. ita ferè dixit lib. 1. georg. expreſſo hoc loco:
Sæpe etiam immenſum cælo venit agmē aquarum,
Et fœdam glomerant tempeſtatem imbribus atris
Collectæ ex alto nubes, &c. 25,1.
COACTARE. vide frequentat. 229,13. 230,20.
COEPTARE. 120,30.
COERCERE, ambire, continere, circumplecti. ita & arcere ſæpiſſ. Cic. Virg. poſtrema coërcent Tyrihidę iuuenes, quod eſt, οὐραγοῦσι, ſeu claudunt agmen, vt loquitur Liuius, alij. 17,11. 57,12. 85,21. 87,4. 128,16. & 26. 224,7.
COHIBESCIT, antiq. pro cohibuerit. ſic apud Cic. prohibeſſit, irrogaſſit, creaſſit, &c. 87,5.

COIRE,

Coire, pro συςάναι ita enim Epicurus loquitur intelligens atomorum connexiones, colligationes & adhæſiones. cõcurſare etiam dicit poëta, & congredi. hinc & congreſſus, & cœtus vocat συςάσεις, connexiones; concilia vocat alibi, & connubia. admirabili vtitur copia hac in ea eloquentiſſ. poëta. vide concilium, & diſcidium: nam hoc aduerſatur.

Coitv diſyllabô, pro coetu. vt proilium, &c. Martian. 100,2.

Coli circvm. mirificè me torſit hic locus: & quamuis cum doctis hominibus hac de re commnicarim, explicare tamen me nondum potui. nam quod Lamb. ex vno cod. corpus ſubiecit, minimè placet, contra omnes alios libros tam vet. quàm alios. duas hîc proponã coniecturas, quarum poſteriorem ego tamen magis probandam puto. Aut ergo putem leg. coli circum, aut, colobi circum. priorem ſcripturam cùm expoſuiſſem Ioanni Goropio Becano medicorum, vt vno verbo dicam, facilè principi, hiſque artibus ac doctrinis à quibus docti appellari ſolent homines inquit Cic. non tincto, ſed penitus imbuto: huic ergo cùm id proponerem, magnopere ille probauit, & illuſtratum mihi reddidit, vt ſcilicet per coli circũ, ſeu circulum, pectus, venter, ac latera intelligerentur, quæ velut in orbem ambit, & circumuenit inteſtinũ illud, quod vulgo colum vocant. ſolum ſyllabæ interuallũ repugnabat. falluntur enim omnes & lexicographi, & medici qui hoc inteſtinum κῶλον vocant & ſcribunt, errore turpi, &, vt ita dicam, œcumenico. Primum verba inde deducta eum reuincunt: nam perſpicuè docet Pollux lib. 2. κολάζειν, κολαςήρια, &c. inde manare. deinde Heſych. diſertè κολὸν ſcribit, & ait etiam notare ἔντερον, in quo quia ſeries dictionum ſciolos illos fefellit, recta manſit ſcriptura. miror tã pertinacem hîc errorem: nam ex verſibus facilè potuiſſet deprehendi. Seren. vbi de colo ſedando: Cùm colus, inuiſum morbi genus, intima carpit. Damocrates apud Galen. lib. 8. περὶ συνθέσ. φαρμακ. in carmine quodam:

ὑποχονδρίοις δὲ τοῖς πεπονθόσι θάλπων
διὰ στομάχου κάκωσιν, ἢ τῆς κοιλίας,
τῶν ἐντέρων τε καὶ κόλου, τοῦθ' ἥπατος, &c.

vulg. κώλου. & paullo poſt in alio malagmate:

καὶ τοῦτο ἰῶδές τι καὶ τὰς ἥπατος
ἄκρως διαθέσεις, τὰς νεφρῶν τε καὶ κόλου. vulg. κώλου.

aliiſque locis lib. 9. in elegia Philonis manſit incorruptum.

ὅτε κόλον πάσχει τις ἅπαξ δεινὸν, ὅτε τις ἧπαρ.

Scribendum ergo κόλος vbique ſeu colus. quod ſi hîc admittimus, aut ectaſi vſus erit poëta, aut vt in q. v. & omnibus vulg eſt, legend. erit colli pro coli interiecto l. vt relligio, &c. Verùm altera coniectura, etſi longiùs recedat à vet. ſcriptura, probabilior videatur: nam colobium ambiebat pectus, cui colobio inducebatur inſuper lorica. 224,7.

Colli, pro colle. vide & parti. Cic. 4. Verr. non longè ab initio: Quod ciuis Romanus à Siculo petit, Siculus iudex datur: quod Siculus à ciui Romano, ciuis R. datur. paullo infrà: primum ſuæ leges, quod ciuis cum ciui ageret. ſic enim veteres libri, inquit Priſc. lib. 7. habent, quos imperitia quorundam corrumpit mutantium ſcripturas. quid iã diceret Priſcianus ſi viueret, quo tempore quibuſdam hoc vnicum penè fuiſſe videtur ſtudiũ veterum ſcripta interpolandi & peruertendi? certè & illa Cic. loca in vulgatis perperam ſcripta ſunt. 46,4, & 9.

Colli pro colle. mira erat veteribus harũ litterarum i & e inter ſe commutatio, teſte etiam Macrobio. hinc here & heri, mani, & mane, &c. hinc peregre & peregri. quod ex v. l. Inſtitutionib. noſtris reddidit clariſſ. præceptor Cuiacius. ego item ex v. lib. hoc reddã Prudentio lib. peri ſteph. hymno de 18. matt. Cæſ.

Nonne Vincenti, peregri necandus
Martyr. ita vet. l. vulg. peregre ἀμέσως. de peregri Soſipater. ita leg. Plaut. Amph.

COLOS. haud ſcio an non in Prudentio l. periſtephan. rectiùs legeretur: Quos lana terret diſcolos in ſtipite. ſed inauditum verbum non facilè admittēdum, cùm in lib. vet. ſit diſcolor. vulg. ibi diſcolore eſt contra ſententiam & v. l. ita Salluſt. de Catil. Igitur color ei exſanguis, fœdi oculi. ita ex Probo, & vetuſt. l. legend. puto. 200,28.

COLVM. olim colo ad vina tranſmittenda, & puriora percolatione reddenda vtebàntur. idque vinarium dicebatur, erat & niuarium. de quo Martial. 48, 14.

COMAS appellat folia arboris lauri. Horat. Arboribuſque comæ. & Maro 7. Aeneid.

Laurꝰ erat tecti medio in penetralibꝰ altis
Tecta comam. ita Græci κόμη vtuntur ſæpe. 199,4.

COMITES HELICONIADVM. i. muſarum, admirabili venuſtate dixit. proponebat ſibi procedentes deas ſeu muſas, ijſque vt in pompa comites addebat poëtas. atque ita depictas muſas vidimus aliquoties. Simili ferè ratione ſe comitē Senatus dixit M. Tul. in orat. de aruſp. reſp. Plat. lib. 7. de leg. muſarum ἐγγόνους vocat poëtas. ſic Horat. ferè dixit Veneris ſodalem. lib. 3. od. 19.

Larga nec deſunt Veneris ſodali
Vina crateræ.

ſic ibi legend. ex vet. lib. puto, vt & apud Ouid. 13. Metamorph. Crateram Aeneæ quam quondam, &c. Miſerat hanc. ſic vet. lib. mei. De cratera & craterra Nonius, & in Feſt. leg. f. cratertæ vocabulum. 106,3.

COMITARI παθητικῶς, pro deduci. 4,9.

COMMEDITARI, tralatè vt alibi, dubitare. ita Horat. lib. 4. ode penult. horrēdamque cultis Diluuiem meditatur agris. ſic Phorph. ſed vet. meus, minitatur. 197,28.

COMMOLIRI, vt conruere alibi. 201,30.

COMMVNE BONVM. ita communis ſalus, id eſt, bonum publicum, vt iurisconſulti loquuntur. 2,19. 178.13.

COMMVNE SEPVLCRVM. vide ſepulcrū. Horat. lib. 1. Serm. 8.

Hoc miſeræ plebi ſtabat commune ſepulcrum. malè vti puto ibi apud Horat. eſt, ſtabat ſeruilibus, vtque cùm in vet. cod. ſit, ſeruilibus vt quæ. &c.

commune malum. 190,18.

communis ſalus, id eſt, reipublicæ. ita Siſenna lib. 4. Quondam Sabini feruntur vouiſſe, ſi res communis melioribus locis conſtitiſſet. 2,19.

COMMVTATVS, mutatio, vt alibi cōciliatus, conlectus. 26,2.

COMPAGES VENERIS, vt alibi nodus, connubium. 145,12.

COMPARATIVVS, ſeu, vt veteres dicebant, altera conlatio non ſemper connectit ſimiles caſus. Terent. prolog. Eunuch. Atque in Theſauro ſcripſit, cauſſàm dicere Prius vnde petitur aurum quare ſit ſuum, Quàm ille qui petit, vnde is ſit theſaurus ſibi. ſic ex omnibus veter. legendum, & Donato, quem vide. quidam, illic, malè contra vet. l. & Donat. 130,4.

COMPLERE ARARVM, pro aris. ita veteres ſæpiſſ. à Græcis. 114,26.

COMPLEXVM, vt perplexum. 40,32.

COMPONERE LEGES dicit cauſſidicos ſeu oratores, vt Horat. ferè, ponere leges. Græci τιθέναι. 158,11.

COMPOSITVRA, æ. vide diſpoſitura, 118, 16.

COMPTVS, præditus. Feſtus, apud quem in verbo comtum, leg. comtum. 30, 28. 81, 109,7.

CONAMEN. 204,18.

CONATA PATRARE, inſtituta perficere, & vt Prudent. loquitur, exerere. 160, 19.

CONCEDERE. nos illis numero concedimus. i. illi plures ſunt, numero nos vincunt. 85,1.

CONCEDERE mirè dixit poëta, ſinet te cōcedere rebus humanis. i. videre quēadmodum ſe ornare & comere ſoleāt, quantum curæ temporiſque ei rei tribuere. nam per concedere intellig. videdere quod prius eſt, ſchemate contrario meta-

metalepſi. ſic vt vouere & vota facere, pro optare, quod prius eſt, poſuerunt veteres. Ouid. lib. 11. Metamor. ex v.l.

Effugere optat opes, & quæ modò vouerat, odit.

vulg. nouerat, peſſimè. 145,8.

CONCELEBRARE, pro celebrem & cultũ reddere, implere, frequentare. in noct. Att. lib. 16, cap. 10. aliter Nonius. ſic eleganter Ouid. initio 4. Metamorphoſ.

Illa quid è multis referat (nam plurima norat)
Cogitat; & dubia eſt, de te Babylonia narret
Derceti, quam verſa ſquamis velantibus artus
Stagna Paleſtini credũt celebraſſe figura.

ita quidam vet. lib. optimè. in quibus tamen ferè erat Dirceti. Dercetis, ſeu vt plerique alij vocant, Derceto dea apud Syros: de qua Diodor. lib. 3. vulg. Dirce. coluiſſe, ex gloſſa. celebris autem apud antiquiores nihil aliud valet quàm frequens. Cato l. de re ruſt. cap. 1. Oppidũ validum prope ſiet, aut mare, aut amnis, qua naues ambulant, aut via bona, celebriſque. 1.12,46,32.46, 32.49.24.

CONCILIARE, coniungere, copulare. contrar. τῷ permouere, vt & apud Cic. permouere & conciliare iudicem. 64,11.

conciliare vtitur pro cogi, congregari, in vnum conduci, vt & concilium. 53, 14.222,6.

conciliare alicui incommoda. 100,22.

CONCILIATVS, quod alibi concilium, & nexum vocat. 19,7.39,12.

CONCILIVM pro coetu, atomorum connexione. σύνοδον vocat Epicurus. Arnob. Edunt (animantes) per vteros fetus, & corporalibus concilijs procreant. Prud. hamartig.

Haud impunè pijs ſemet deeſſe fatentur
Concilijs, meritis pœnas per ſæcula ferre:
Quis patris antiqui aut ægri reuerentis abyſſo
Excluſis, &c.

ſic ex vet. lib. puto leg. nam vulg. abyſſus, mihi, vt ingenuè dicã, minimè placet. inrepſit credo ob non intellectum longius hyperbaton: illud enim, Imp lorata negat, nõ rectè adcõmodetur abyſſo, ſed maieſtati Dei. itaque arceſſetur huc quod ante poſitũ eſt, maieſtas gnara futuri. 6,31.16,12.17,13.25,18.

CONCINNARE, efficere, facere. Non. 208, 1.212, 20.229,9.

CONCRESCERE, cogi, coactari, denſeri, conciliari, &c. 112,16.

CONCRVCIARI, συμπάσχειν. 77,29.

CONCVDERE, impellere, cogere. vide procudere. 138,3.

CONCVRSO, pro concurſu. plurima olim erant ambiguæ formæ nomina, vulgo ignara. inceſtum, mandatus, fretus, iuſſum, quæſtum, ornatum, tumultum, prætextum, victum, æſtum, ſumptum, exercitum, adſpectum, luctum, ſaltum, partum, gemitum, fluctum, piſcatum, ſtrepitum, fructum, ſonitum, portum. multa alia id genus efferebantur à veteribus variè, in quibuſdam certè caſibus. hinc & hic, culto. Cic. in Lælio, illũ diem clariſſimum fuiſſe cùm ſenatu dimiſſo domum reductus ad veſperum eſt à patribus conſcriptis, P. R. ſocijs & Latinis. ſic vet. meus l. 13,8.

CONDENSERE. 13,16.

CONDENSVS. 19,7, & 31.39,10.f.

CONDERE LVMEN. 170,21.

CONDERE SAECLA, tralatè, vt Virg. condere ſoles, Horat. diem. & Virgil. componere diem. tralationibus à funere ſumptis. 107,24.

CONDICIO pro pacto. eadem cõdicione, eodem pacto, lege, modo. 45,20.

CONDVCERE, contrahere, συνάγειν. ita Cicer. omnes vet. 13,21,.18,89.31. 224,20.303,18.

CONDVRARE. ita Plaut. & Varr. compedire. 224,21.

CONFACERE. ferè auſim dicere Titum ſcripſiſſe confaciunt, & ſi in libris ſit, cùm faciũt. ſæpe enim ita diſtracta inueniuntur verba iũcta, maximè ſi ſunt rariora; confacere autem valet vnà facere. Paull. in epit. Feſt. confecerunt, vnà fecerunt. iungendi autem ratio ea veteribus eſt perfamiliaris. ita incapere, occanere, circumcæſura, conſpargere, decarpere,

carpere, diſquærere, &c. verùm altera lectio non temerè ſuo loco permoueri debet. 64,14

CONCVRSVS. alibi cœtus, &c. 20,27. 22,21.

CONFERCIRE, cogere. effercire dixit Plaut. 199,10.

CONFERRE MANV CERTAMINA PVGNAE. imitatus Virg. lib. 10. Aeneid. 134,17.

CONFICERE, verbum eſt gladiatorium. 128,8.

CONFIDERE. tralatè vt alibi, dubitare, audere. 160,24.

CONFIERI. 86,5. 131,11. 176,10. 117,11

CONFLIGERE. ἐγκρούω vſus eſt elegantiſſimè, vt vulg. affligere: pro committere, conlidere, confundere, 146,1.

CONFLVXET, pro cõfluxiſſet, vt apud Virg. vixet pro vixiſſet. vide & protraxe. 32,1.

CONFVGERE elegantiſſimè vſus videtur poëta, etſi de mendo ſuſpectus ſit locus. Cic. Verr. An quoniam hoc non audes dicere, illuc confugies, vecturæ difficultate adductos ternos denarios dare maluiſſe? ſed poëta conciſius omiſſo illuc: An confugies, vecturæ, &c. 97,8.

CONGEMERE. 102,28.

CONGLOMERARE. Enniana vox. 79,27.

CONGRESSVS. ita vocat συστάσεις atomorum, id eſt, concilia, cœtus, coniectus, &c. 69,14. &c.

CONIECTVS, coniectio. ita σύστασιν atomorum ferè vocat. qui id in conlectus mutant, non ſatis vident poëtæ hac in re familiaria eſſe hæc verba, coniectus, diſiectus, conici, diſici, &c. mirè luxuriarũt, vt ita dicam, veteres in his duabus verborum formis. us & io. ſic Cic. conſtitutus & diremptus, aliaque innumerabilia dixit. & contrà accubitio, ſed deprauatum eſt in editis libris, in Catone Maiore, alijſque omnibus locis, vt mirer à tot præſtantibus viris rem tam leuiculam nec dum animaduerſam. quis vnquam accubatum dixit, & non potius accubitum, ſiue ab accumbo, ſiue accubo arceſſatur origo. hæc minuta quidem ſunt, eóque turpius in ijs hærere aut labi. ſic & apparatio dixit. conuictio, & interitio lib. 5. in Verr. teſte Nonio. alia generis eiuſdem. occaſus item pro occaſione poſuit Ennius, obſeruauit Feſt. 69,20. 161,18. 167,8. 207,3.

coniectus animæ, coactio. 138,4.

coniectus brachij, impetus. 207,31.

CONISCARE, arietare, quod laſciui agni, & oues faciunt. Virg. georg. 2.

vt cùm pingues in gramine læto
Inter ſe aduerſis luctãtur cornibus hœdi.

vſurpat hãc vocem & Cic. in Piſ. apud Quinctil. lib. 8. Caput opponis cum eo coruſcans. haud ſcio tamen an veriùs vbique legendum ſit, coruſſare, maximè cùm libri vet. aliquot habeant, coruſcant, & alij chroniſcãt: vt & hoc ſumpſerint Romani à Græcis, apud quos κορύβαντειν & κορύπτειν atque etiã κορυβαντιᾶν id ſonat quod arietare, ſeu committere. ſolent ita Romani, & ſi deforment interdum. certè vt hîc è coruſcant facerem coruſſant: ita alibi de petiſcit, feci petiſſit. 46,7.

CONIVGIVM, connexio. propriè. alibi, conciliatus, cœtus, concilium. 100,2.

CONLABEFACTATVS. 16,20.

CONLABASCERE. 92,1.

CONLECTVS AQVAE. ita & Virg. in Æn. Pellit opes collectus aquæ. & ſpiculorum, lapidúmque conlectus: vulgo tamen coniectus. innumerabiles autem veterum ſunt loci, vbi l pro i, & i pro l deprauatè ſcriptum eſt. vide hîc lucere, eijcere. vnum aut alterum præterea adferam. Cic. Lælio: Quod ne accidat, magis cauẽdum eſt: vt, Me hodie ante omnes coamicos ſtultos ſenes Verſaris atque inluſeris lautiſſimè. ſic legitur ille locus in libro meo elegãtiſſimè ſcripto niſi quòd iniuſſeris habet, τῷ coamicos ad oram libri (nam rariora verba ibi notata ſunt) etiam expreſſum erat. non placet ergo quod alij de comicis damnãt ſenibus. 79,15. 121,7.

CONNECTVS. non dubito quin veteres vti tertum, fluctum, fictum (de quibus & hîc) aliaque non nulla, ita etiam nectũ dixerint ſæpe, pro nexum: atque ita videntur

dentur

dentur etiam pectum dixiſſe. vnde impectare apud Varr. l. 3. cap. 16. itaque impectantes(inquit) à ſe eijciunt fucos. ſic enim in vet. l. eſſe admonuit Petrus Victor. ita etiam nictari fortaſſe dixerunt. vide Nictari. 39,11.90,21.

CONNIVERE quaſi dicit ſolem, & lunam cùm deficiunt. alluſit doctiſſimus poëta ad hoc, quòd Iouis oculum antiquitas ſolem appellare conſuerit. Macr. l. 1. Saturn. cap. 21.

CONNVBIA VENERIS priuatæ caſta. 180, 4. connubia Veneris. ita modeſtè τὴν μῖξιν indicat. Plaut. nubere idem ſonat. 97,18.

CONQVASSARE. vehemētia & vis huius verbi eſt magna. Liu. lib. 23. quaſſata muri reficere. 151,28.

CONRADERE. Terent. 208,8.

CONREPERE MEMBRA ALICVI, id eſt, contrahi. admirabili tralatione: vt glacies aeris alibi. ita Horat. rugoſum frigore pagum dixit. 186, 19.

CONRVERE, pro ruere, funditus euertere, vt commoliri alibi & contradere ἐνεργητικῶς. magnam vehementiam verbum hoc ſonat. ita Liu. l. 40. dixit conſtrauit: Eadem tempeſtas & in capitolio aliquot ſigna conſtrauit, fulminibuſque cōplura loca deformauit. 99,1.160,2. conruere, abſolutè. 220,5.

CONSENTIRE pro συμπάσχειν. alibi cōcruciari. 98,11.

CONSEQVI, percipere, adſequi. auctor ad Herenn. l. 1, Hæc ſi vt conquiſitè conſcripſimus, ita tu diligenter fueris conſecutus. 15,20.

CONSEQVVS, ſic perficus, præficus, &c. 169,23.

CONSERERE ARVA LVMINE, colluſtrare, complere. tralatio inſignis. Cic. in Prognoſt. & noſter alibi conueſtire dixit. 42,29.

CONSIMILIS. ita & Afran. Excepto: Con ſimili graſſantur via, A quibus hic eſt omnis cultus. Varro conſimiles voces dixit. Cic. interdum in Arato.

CONSISTERE. vſitatiſſimè poſuit pro eo quod vulgo dicimus reſiſtere, non pergere vlterius. Cic. Comprehenſio ita à capite fluere debet, vt ad extremum veniens conſiſtat. Pro Roſcio comœdo: Ipſa mihi veritas manū iniecit, & paulliſper conſiſtere & commorari iuſſit. & alias ſæpiſſimè ac tralatè, mente quieta, & confirmata eſſe. 66,27.71,5.

CONSISTERE VITAM, efficere, cōſtituere. verbū hoc nō dubito quin multis locis deprauatum ſit, conſtituendi verbo in eius locum repoſito. vnum nunc adferam apud Salluſt. Iugurth. Dein, breui cognitis inſidijs, paulliſper agmen conſtituit. ita l. vet. & non nulli alij: mutatū tamen hoc eſt à quibuſdam in conſtituit. idem admiſſum in Cæſare de quo aliâs. ita in noct. Atticis l. 5. cap. 10. Et cùm ad iudices coniciendæ conſiſtendæque cauſſæ gratia veniſſet. ſic etiam inſiſtendi verbo vtebantur. 194,23.

CONSORS, cognatus. propriè coheres. 234, 12.

CONSTARE, eſſe, & interdum permanere. apud Cic. Tuſc. 1. vetus quidam poëta: Vbi rigida conſtat caligo inferûm. vide & exſtat. 16, 32.17,5, & 8.18, 30.19, 13, & 19.31,3.122,22.

CONSTAT, pro certum eſt. 39,5.

CONSTITERVNT. 161,17

CONSVESCERE ἐνεργητικῶς, conſuefacere ſonat. Horat. 1. Serm. 4.

Inſueuit pater optimus hoc me.

quem locum non rectè, vt puto, mutarunt alij cùm in vet. l. & ipſe ita legerim, & illi non diſſentiant. ſic & Prud. l. 1. aduerſus Symmach.

remque Quirini
Aſſueſcit ſupero pollere in ſæcula regno.

Simili ratione, inigrare, erumpere, mittere, ponere, mergere, deſinere, locare, infinita alia interdum actionem notāt. deſueſcere etiam ἐνεργητικῶς vſus eſt Titinnius apud Nonium.

CONSVLTVS à conſilire pro συμπηδήσας, congregatus. Notat Priſc. l. 11. vetuſtiſſimos ex verbis neutris nō rarò participia præteriti temporis protuliſſe, vt diſceſſus, interitus, obitus, occaſus, potus, ſenectus. & Virgilius l. 5. titubatus.

atque ita noſter τῷ conuentus videtur vſus.ſed locus de mendo ſuſpectus eſt. 39,8.

CONSVLTA PRINCIPIA, à verbo conſilire. vtitur eo Tacitus. alibi dicit congreſſa principia. 39,8.

CONSVMPSE, pro conſumpſiſſe, vt alibi, protraxe,ceſſe.&c. 8,17.

CONTACTVS. vide contingere. 62,27.231, 15.

CONTAGIVM. vox hæc media eſt,& nihil aliud quàm coniunctionem,connubiũ ſignificat.atque ita Cicero, alijque boni ſcriptores vtuntur ſæpe, & noſter ſæpiſſimè: degenerauit tamen poſtea, vt venenum, &c. verbum poëticum eſſe ait Feſt. 84,2.87,32.

CONTAGES. 118,24.

CONTAGI, pro contage, vt alibi, colli,&c. 96,7.

CONTECTVS, vndique & omnino tectus. verbum veteribus familiare, hodie vix norum,& è poëta noſtro miſerè à Marullo exturbatum. 119,8.

CONTEMPTIM f. 183,22.

E CONTEMPTIBVS EXIRE. locutio obſeruatione digniſſima. creſcere, aleſcere, maius fieri, ex humili & abiecto infimoque loco euadere inde tralatio ducta eſt. 174,16.

CONTENDERE CAVSSAM. Similis eſt ferè dictio & λέξις, quæ caput agere apud Cic. vide & hîc agere. Attius Tereo: Vt vim contendas tuã ad maieſtatem viri.aliter tamen Nonius. Næu. Lycurgo, cõtendere irã. 34,12.122, 32

contendere ſe, vt vires ſuas ac neruos cõtendere. ita Attius alicubi apud Non. contendere vim ſuam. 133,15.139,2. 140,24.

CONTENSVS, vulgo ferè contentus, rapidiſſimus. 39,10.

CONTERRERE. 55,22.

CONTINGERE, contactus, tactus. his vſos antiquos competior pro eo quod indutum ſeu illitum, & infectum dicitur vulgo, etſi leuem aliquam lituram videatur ſonare ſiquis diligentius conſideret. quod etiã noſtro ſermone optimè exprimetur. Itaque haud ſcio an dixerit contingere melle à tango, cùm libri omnes contingere ſcribant, non cõtinguere. atque ita Varro lib. III. de re ruſt. Tectorio tacta eſſe leui circum oſtia ac feneſtras, ne aqua intrare, mus, aliaúe quæ beſtia poſſit. eodem l. Quis enim ignorat ſæpta è macerijs ita eſſe oportere in leporario, vt tectoria tacta ſint,& ſint alta? reſtituit Victor ex vet. l. Virg. l. 3. georg.

Aut tonſum triſti contingunt corpus amurca. Ibidem,

Aut parco ſale contingunt, hiemique reponunt.

ita & Celſus l. 2. cap. 24. ſale modico cõtactum dixit. Arnob. l. 3. Quiſquamne eſt hominum rationis alicuius ſapore contactus, qui pilos & lanugines credat in deorum corporibus naſci? ſic fortaſſe accipiendum eſt illud Ouidij 14. Metam. ex 4. Aeneid. conformatũ,

Phœniceam fuluo chlamydem contactus ab auro.

ſic enim q.v.l. habent. in q. cod. contractus. qua in re variatum ſæpe. vide hîc tactus. vulgo comprenſus. 30,12, &16, & 25.231, 15.

CONTINGERE COLORE. 59,13,& 25.

CONTORQVERE nauem. Titinnius Setina: Sapientia gubernator nauem torquet, non valentia. 136,14.

CONTRACTVM BELLVM. 54,5.138,13.

CONTRADERE FIDEM DICTIS, pro efficere, præſtare, ita conuiſere, multaque alia vſurpat noſter poëta. 13,25.

CONTRECTABILITER. 128,29.

CONTRVDERE. 121,16.

CONTVOR. contuimur pro contuemur. 109, 10.

CONVERTERE. abſolutè. ſic auertere, reddete hîc,&c. 117,30.

CONVERSVS HVMOR. vel à vergo, vel à verro. 141,11.

CONVESTIRE, tralatè vt alibi veſtire. 40,26.

CONVISERE vtitur & Arnob. 5,25.47, 12.172,26.

CONVOLSVS. 83,32.

CON-

Convinctvs.hoc verbum exulat à rep. litterarum Rom.ego tamẽ etſi heream, libens id receperim. ſpero me illud aliquando vindicaturum & adſerturum. 77,17.

Convs pro terra videtur poſitum, quaſi illa ſit κωνοειδής. ait enim Ariſtot. eã eſſe tympani figura,& lineas ab eius centro ductas duos conos efficere. Fortaſſis & hinc Cybele Telluri ſacta fuit pinus. Ea de re etiam ita Cleomed. συμπεριέρχεται μὲν ἡ σκιὰ τῆς γῆς τῷ ἡλίῳ, ὡς καὶ ὅμηρος ἐναργῶς δηλοῖ λέγων οὕτως:

Ἐν δ' ἔπεσ' ὠκεανῷ λαμπρὸν φάος ἠελίοιο
Ἕλκον νύκτα μέλαιναν ἐπὶ ζείδωρον ἄρουραν.

Διαμετροῦσα δὲ ἀεὶ τὸν ἥλιον, καὶ κωνοειδὴς ὑπάρχουσα, αὐτὸ τὸ ἄκρον τῆς σκιᾶς τὸ κέντρον τοῦ ἡλίου κατὰ διάμετρον ἔχει ἀναγκαῖον. 172,12.

Copvlata,contractè coplata. vide ſingulariter, vniuorſũ, oracula, ſpiculorũ,& id genus alia in Syncope. 228,11.

Cor,pro animo poſuerunt veteres metonymia quadã. nã in corde animi ſedem quoſdam olim collocaſſe diligentiſſime monuit Athen.lib.14. atque ita Hom. καρδίην ſeu κραδίην vſurpat. κραδίη δέ οἱ ἔνδον ὑλάκτει. quod Ennius expreſſit: animus cum pectore latrat: ſeu potius in pectore,ἔνδον.mutationis origo liquet ex his collectaneis,vbi de verſibus. 113,3.

Cornvs,maſcul.Priſc. lib.6. pro laterna. Plaut. Amphitr. Volcanum in cornu gerit. 48,11.

Coronare, cingere. 61,10.

Coronis invmbrare poculorum ora. hinc Virg.vinumque coronant. Hom. ςέφειν dicit. 102,7.

Corpora privandvm est. Græc. στερεῖν τὰ σώματα. 13,15.

Cortex,femin. Nonius. 109,24

Cortex rervm svmmvs,pro extremitate & facie rerum.ita Varro περὶ γήρως: Corporeum corticem matura anima facilè relinquit.à libro ſumpta metaphora,quo ſummo obducuntur arbores. 109,23.

Crateres aetnae, latinè fauces. 216,10.

Crebra revisit, crebrò. Ennius:

Quamquam multa manus ad cæli cærula templa
Tendebam lacrimans. 47,14.

Credit animvs, id eſt, credit quiſquã & in animum inducit. ſic & Ennius l. 13.quem credidit eſſe meum cor Suaſorem ſummum,&c. in noct. Att. l.7. cap.2. 20,7.

Crepare,id eſt, in ore ſemper habere. Horat.vide Non. vbi malè vulg.Lucicilius,cùm ſit legendum Lucretius. 72,22.

Crepervm bellvm,dubium,anceps ſic Nonius. 189,3.

Crepitans dentibvs algor.ita Plautus crepitare dentibus dixit in Rudent. 171,27.

Crepitacvla erant ahenea ferè inſtrumenta,quorum ſono ac tinnitu infantes à vagitu terrebantur, atque ita porrò ſopiebantur.hodie ferè cunarũ motitatione(vt & olim)& cantilenis id efficiunt.Arnob.l.4. vbi hunc locum Lucretij expreſſit.Martian.l.1.Martial.lib. 14. 155,23.

Cresse.creuiſſe,vt alibi ceſſe. 94,20.

Cretevs. 117,17.

Cro.o adſpergi ſolitum proſcęnium ſcribunt omnes veteres. Horat.

Rectè nec ne crocum floreſque perambulet Attæ. 49,7.

Crventare, inficere, polluere, fœdare. Cic.Scelere cruentare rempub.Sanguine pollui ſacra ſolita notum eſt. hinc fortaſſè migratio. 140,14.

Crvenivs,fœdus,neglectus,contaminatus. 184,2.

Crvsta lvti. 213,31.

Cvivsqvemodi ferè id eſt quod Cic. alicubi ait cuiuſmodicumque. etſi ipſe Cic.altero etiam ſit vſus nô ſemel.pro Flacco:Sed tamen iudicium fieri videtur cùm tabulæ illæ ipſæ cuiuſquemodi ſunt, proferuntur. ſic & Qvisqve plurimis locis à Prudentio pro quicũque,ſeu quiſquis vſurpatur, quod hodie ferè contra fidem vet.l. & Prudent. conſuetu-

conſuetudinem in quiſquis mutatum eſt,vt vbique,quandoque, apud alios. 112,15.

Cvlto,pro cultu. cur enim hoc adſtipulantibus vet. libris non admittamus, cùm angiporto, amfracto, euento, ſenato,offenſo,concurſo,multaque id genus alia tam apud hunc poëtam,quàm apud alios antiquitatis magiſtros reperiantur,nullam cauſſam eſſe video. vide concurſo. Tertulliani porrò locum de mulierum cultu elegantiſſimum iuuat adſcribere,cuius hæc è libro de habitu muliebri ſunt verba: Habitus feminæ duplicem ſpeciem circumfert, cultum,& ornatum; cultum dicimus, quem mundum muliebrem vocant; ornatum, quem immundum muliebrem conuenit dici. ille in auro, & argento,gemmis,& veſtibus deputatur; iſte in capillorum, & cutis, & earum partium corporis, quæ oculos trahũt. 148,5.

C v m.multis locis vſi hac particula ſunt antiqui , vbi tamen abeſſe commodè poſſet,imitatione Græci ſermonis. Hom.ἰλ. ξ. ὤλοντ᾽ οἴκαδε σὺν νηυσί. profe- Nauibus in patriam. Catull.

bona cum bona

Nubit alite virgo.& ibid. Transfer omine cum bono Limen aureolos pedes. Cic. 2.Offic.Accurriſſe Romam,& cum prima luce Pomponij domum veniſſe dicitur.Ennius apud Donat.

Optima cum pulcris animis Romana iuuentus. Cic. Arato:

funeſtum magnis cum viribus amnem. 10,7.159,30.175,15.232,28.

eum pro ſimul etiam,mirè vſus eſt, exemplo Græci ſermonis, vbi σὺν id etiam ſonat.vide & præter. 64,14.

Cvmes.conſenſu librorum veterum impulſus hanc ſcripturam tuendam putaui:nec dubito quin ita ſcripſerit Titus. maxima enim inter o & u erat affinitas,& inter ſe permutatio. Priſc.lib.1. Multa præterea(inquit) vetuſtiſſimi in principalibus mutabant ſyllabis,vt gungrum,pro congrum,cunchin, pro conchin,huminem,pro hominem; funtes, pro fontes; frundes,pro frondes. vide & Quinctilian.verba hîc,Incolomis. 85, 25.

Cvmqve. aliquando. 104,13.

Cvpiret, cuperet.ſic parite dixit Enn. Priſc. Nonius. 53,15.

Cvppedo, antiq.pro cupidò:Feſt.cupes. ita & amecus, pro amicus dicebant. Feſt.amicitiæ.p interiecto. 54,32.

cupedo,cupido,perturbatio, πάθος. ita autem genetrix, Menerua, Leber, mageſter,&c.dicebant. Quinct.lib. 104,24. 149,31,195,5.

Cvrare, Cæſar ferè dicit adminiſtrare, diligenter laborare, & munere fungi. Salluſt. in Iugurth.Sulla cum equitatu apud dextimos: in ſiniſtra parte Manlius curabat cum funditoribus. 132,28.

Cvrare corpora.verbo curandi vt & τῷ præbendi,in rebus vitæ ac victui neceſſarijs vtebantur ſæpe veteres.hinc Cicero ſe curare. Horat.pelliculam, cutẽ, genium,membra,&c. Virgil. conuiuia curant. 1. georg.& corpora curant. 4. georg.ac 8.Aen.Terent. curaſti te molliter.Ludi nõ puto operam, ſi hæc verbo indicentur. 37,6.

Cvrsvs vervti. eleganter ita vocat teli aut ſagittæ actum,ſeu ictum & volatũ. hinc & volatile telum. mutuò enim ea currere & volare inter ſe fungi ſolent. Prudent.hamartig.

Parthica non æquè ventos tranſcurrit arundo.

D

D littera exteritur interdũ.quod alijs,pro qu'alijs. ita apud Terẽt. Plaut. & alios interdum. perperam igitur alis ibi poſuerãt,cùm alis idem ſit quod alius.admonuit hoc etiam præſtantiſſimus Riuius.vide hîc aliud. 128, 6.232,22.

Daedalvs,pro varius. Feſt.1,15.51,31. 125,14.155,28.193, 30.

Dare ſ·loqui,dicere. ita Græci ſuum διδόναι vſurpant perſæpe. Terent. Nunc quamobrem has partes didicerim,paucis dabo. 84,12.

Dare,deicere,adfligere.Attius Brut.eoque ictu

ſtu me ad caſum dari.ita Cic. dare foras,eijcere,prodere. Virg. 2. Aeneid.

aut corpora ſaltu
Ad terrã miſere,aut ignibus ægra dedere.

dare in lectum. 233,12.

dare in medium. 184,24.

dare in terram. 189,28.

Dare cladem, et rvinas. 159, 13. 219,14.

dare labem. 71, 31.

dare membra in fluuios. 230,31,& 32.

dare ſera facta,id eſt,mala & incommoda adferre. ſic vulnera dare,dixit Ouidius. 190,15.

dari, manare,didi. 44,22.

dari morbo & morti. 230,3.

De plano promittere, ſimpliciter ac nudè, & verè. Iuriſconſulti dicunt de plano cognoſcere, id eſt, non ſollemniter pro tribunali, ſed inter vias, vt veteres loquuntur. 14,3.

Debile veteribus fractum,mutilum,cõminutum;non item infirmum,vt vulgo putant. hinc ait Plinius ſacerdotes non potuiſſe creari debiles. 174,15.

Deceptos non capi. Decipi ait à medicis ægrotantes, non capi tamen ; hoc eſt , explicante Donato in Eunuch. act.3.ſcæna 2. falli & non decipi,vt hic ſit bonus ille qui dicitur dolus,nec ſequatur vllum incommodum, ſed vtilitas potius.decipere, dolum adhibere, ludificari:capere, damnum adferre. 32,19.

Deciderunt.vide præterita. 154,19.

Declinare, ὑπερηλικῶς. hinc παθολικῶς in noct.Att.lib.10.cap.8.à naturali habitu declinatis. ita leg ex vet.lib. niſi accipias ita , qui poſſit ſe cernere, pro, qui poſſit cernere, vt ſeſe ſit parelcon . de quo alibi.tumque aliter erit interpungendum. 44,1.

Decurrere spativm amoris,vt alibi, lumen vitæ decurrere. 145,14

Decvrso lvmine vitae. ita Plaut. Sticho:decurſo ætatis ſpatio. 106,8.

Dedere,demergere. 103,28.

Dederunt. vide præterita.138,19.194,17.

Dedere,ſeu dare manus f.prouer.71,14.

Dedicare,adfirmare,adſerere,teſte Nonio:à dicare, id eſt , dicere , eodem teſte:vt de αὐξητικῶ, vt in deponere , deamare,&c.hinc & initio dialect. Martian. dedicatiuas & abdicatiuas vocat enunciationes , quas adfirmatiuas & negatiuas vulgus apppellat. Vetuſtiores etiam delicare dicebant, de quo idem Nonius,& Feſt. peruolgata conſuetudine mutandi d in l. vide Feſtum. Melicæ , Medius , Dacrimas , Odefacit , Caſſila , Ancæſa , Impelimenia, &c. Alacris , quaſi ἄδακρυς inquit Donatus in Eunuch.hinc ex ὀδυσσεὺς,Vlyſſes ,o pro u,vt inquit Quinctilian. lib. 1.& l pro d.vt nos: qua de re etiam eleganter ita Victorinus libro de orthograph.Nouenſiles ſiue per l, ſiue per d ſcribendum: communionem enim habuerunt litteræ hæ apud antiquos , vt dinguam , linguam ; & dacrimis , lacrimis ; & capitodium,& capitolium. & ſella à ſede , olere ab odore . eſt & commune cum Græcis . nos lacrimæ, illi δάκρυα;olere,ὀδωδέναι, meditari, μελετᾶν. 12,23.14.14.79.25,&c.

Deditvs in aliqva re, & ſtudere in aliqua re vet.dicebant,Catullus,in mala deditus adultera , Cato l. de moribus:Poëticæ artis honos nõ erat, ſi quis in ea re ſtudebat , aut ſeſe ad conuiuia applicabat,graſſator vocabatur.in noct. Atticis lib.11. cap. 3. 93,16.133,21.

Dedvcere,optimè vſus eſt : nam ad res Venereas ac lætas refertur. ſic vſurpatur ſæpe à Terentio, Cicerone,& alijs. & Varro,deductare. 41,19.

Dedvctvm.f.vt apud Virg. alioſque poëtas, deductum carmen, deductum filum,ſubtile,tenue. Macrob. 48,18.

Deerrare. 100,18.

Deficere, deſtituere.vim habet agendi. 90,12.

Defit,deeſt, vt alibi fit ; vt γίνεται apud Græcos. 80,5.8,7

Defiat, diſillab.vt alibi fiat.apud Terẽt. dies vnius ſillabæ eſt hoc verſu: Vbi illic dies eſt complures, accerſi iubet . ſic enim habent v.l. 219,27.

rerum natura complectitur. Agel. Noſcitādæ probationes autem quas συγκαταθέσεις vocant,&c. 32,24.

Avxilia. caſtrenſe vocabulum, pro fœderatis militibus. 193,22.

Avxiliatvs, us. 180,32.

Artibvs,membris,ab artus. ſic ex vet.l. ſcripſi, atque ita vetuſtiores ſcripſiſſe indicat Scaurus, cuius verba adſcripſi, quia hæc primùm renouamus: Artibus autem, inquit, & artubus quidam variauerunt; & per i quidem datiuo & ablatiuo plurali ſcribi putauerūt, quoties ab arte deſcenderet,vt ſit ars, artis, artibus:artubus autem u,quoties ab eo quod eſſent artus. vnde apud Lucretiū legunt: hinc noua proles

Artubus infirmis teneras laſciua, &c.

Quòd ſi diſtinctionis cauſſa ratio corrumpitur: caueas quoque quare non accentu aut littera t mutamus,cùm & verbum,& nomē ſignificet? vt in hoc, tectis, cùm & nomen & participiū ſit, & in ſimilibus. Ergo vox ſcribēda quomodo & ſonat: nemo autem vmquam tam inſulſe per u artubus dixerit. hinc perſpicuum eſt,quæ ſit vetuſtiſſ.in Lucret.ſcriptura. 9,12.73,15.92.21.93, 19.128,1.182,5.

Amens, conſternatus.Virg.Æneas obmutuit amens, 197,2.

B

Babylonica,ſtragulæ veſtes. Plaut. Sticho. 140,7.

Bacchari diſcurſare,errare. tralatum à Bacchidibus. 174,7.

Balantvm pecvdes. Sic Enn.apud Macrob.lib.6.vbi malè,vt & hîc, balatum. 46,30-47,24.

Virg.7. Quinque greges illi balantum. balantes pecudes. 229,23.

Barathrvm. 213,10.

Barathrvs.ſic videtur poëta vocaſſe eū quem barathro & morti vicinum , aut dignum iudicabat. nam in v.q. l. ea eſt lectio:quāquam barde mihi magis placeat ex q.v. l.nam barathrus nuſquam legi,nec quid ſit, ſatis intelligo. 103,16.

Barbaricae vestes,Phrygiæ.Phrygas antiquiſſimi vocabant barbaros. 51,26.

Virg.Ciri:

Iactaûe barbarico Cybeles antiſtita buxo.

id eſt,Phrygio. Horat. ad Lollium:

Græcia barbariæ lento colliſa duello.

Virg. 11. Aeneid.elegantiſſ.

Forte ſacer Cybele Coreus , olimque ſacerdos
Inſignis longe Phrygijs fulgebat in armis
Spumantemque agitabat equum , quem pellis aēnis
In plumā ſquamis auro conſerta tegebat,
Pictus acu tunicas & barbara tegmina crurum,vt modò dixi.

hinc Virg.Ciri tibiam Phrygiam vocauit buxum barbaricum:

Iactaûe(f.Ictaûe) barbarico Cybeles antiſtita buxo,vt modò dixi.

Barbigerae capellæ , & barbigeræ pecudes. 176,19. 224,23.

Bardvs, ſtultus. Feſt. quidam libri habent,Baratræ.ita à Nonio adducitur Titinnius,Varo,& Vario, à Feſto Titinn. Barathro & Barbaro. vide Barathrus.

Bavbari.Non. 181,3.

Bella anni ea tempora quibus crebriora ſunt fulmina & tonitrua,vt ſunt autumnus & ver. 6,2.

Bellvm,pro repugnantia, motu, & turbatione.ſic prœlia ventorum dixit Virgil.vide pax. 163,15.236,5.

bellum,moleſtia,cura:paci & tranquillitati contrarium. vide pax. 193,3.

Bene.particula eſt veteribus ſæpe αὐξητικὴ vt bene doctus,bonus,magnus,multus,id eſt, valde. Iuſtinian. in § pœnales inſtitut. de action. Pœnales quoque actiones prætor bene multas introduxit. vbi quidam pænè. malè. Cic. lib.5. epiſtula ad Lucceium:Sed tamē qui ſemel verecundiæ fines tranſierit , eum bene & nauiter oportet eſſe impudentem. Oppius lib. 5. Cùm bene magnam multitudinem telorum, ignemque noſtris defendētibus iniecisſent.& mox: Cùm bene magnam partem muri conſumpſiſſent. 170,19.

Bibvla arena. Virg. 47.3.

Blanditim,vt alibi exultim,proprium

&

& ſimilia. 41,20.
Bombvs. ita & Catull.e ſono factum.vt ſtloppus in Perſ. ſ. vbi contra vet. l.& Priſc.ſclopus. 125,9.
Bonvm.vide commune. 178,13.
Bone.pro bene.ita interdum ſcripſi ex v. q.& Soſipat lib. 1. 36,14.126,5.225. 17.
Britannvs primam habet hîc longam, niſi geminato t ſcribend. quis putet vt in vet.lib.ferè exſtat. 228,29.
Bvceriae, Nonio βουκολικά. alibi adiectiuum facit. ita à ſe ipſe diſſentit:oportet tamen hîc ſit adiectiuum ob vocem,greges.atqui bucerus,a,um dicebant , non bucerius. itaque hîc f. legendum bucerae , quæ vt ſit choreus 1. loco, aut certè interiectum à poëta dicend. verſus cauſſà,vt alibi altuum. 56,25.
Bvstvm. 101,32.

C

Cachinnare. 29,29.66,21.144, 45.
Cacvmen alescendi venùſta migratione quod ibidem creſcendi finē dixit. ſic & alibi mucronis vocem migrauit. 71,15.
Cadere tralatè pro abici,contemni. tralatio ſumpta videtur à comœdijs, quæ ſi placeant, ſtare; ſi diſpliceant, ἐκπίπτειν dicuntur. id Horat. ita expreſſit:
Securus cadat, an recto ſtet fabula talo. 192,45.
Cadere çasv magno. elegans palilogia.ſic viuere vitam,vide & anxius angor.tralatè autem poſuit, vt valde lapſi ſunt.i.errarunt grauiſſimè.ſic etiam ruinas facere dixit. 44,13.
Caecare vt tardare.hinc excæcare. 118, 13.
Caecvm ἀόρατον, cæca ferè appellat principia ſeu atomos.& apud Cic.ſic Liuiū ſcripſiſſe puto Ione;
Dirige odoriſequos ad cęca cubilia canes. imitatus eſt Manil. lib.1. de his indiuiduis corpuſculis agens:
Cæcaque materies cęlū perfecit & orbem. 9,29.10,15.25, 18.
Caecigenvs.vide ventigenus. 59,11.
Caecvs. 137,6.167,19. 234,2.
Caelvm pro aëre.ita vet.loquebantur ſæpiſſ.Virg.vide Seru. 112,12.
Caervla caeli.ſic Ennius:
Quamquam multa manus ad cęli cærula templa Tendebam. &c.
Vnus erit quem tu tolles ad cærula cæli Templa.
apud Varron.lib.6. eundē verſum Ennij vſurpauit Ouid. 2. Faſt.vbi vulg.eſt ſidera cæli.cùm in v. quodam cod. etiā ſit,cærula. 35,8.
Caesivs color feritatis ſpecies,eſt leonibus peculiaris.Catull.
Solus in Lybia Indiaque toſta
Cæſio veniam obuius leoni.
De cæſio colore memini dixiſſe quid alibi.vide Palladion. 144,10.
Calcaria amoris, admirabili venuſtate pro ardore & impetu. ſic ferè ventorū calcaria dixit Varr. apud Noniū.182,3.
Callidvs, peritus,exercitatus. Cic. 197,9.
Campi natantes.mare,æquora.& Virgil. ita lib.3.georg.& 6.Aeneid.liquentes campos dixit. 163,26.
Cancer,canceris,pro,cancri. ita ferè è Cęſellio Mulciber Mulcibeɪis,& Mulcibri habere monuit Priſc.lib.6. quamquam ego hîc potius cançri legerem,vt eſſet hiatus, 167,25.
Candens ferrvm. 198,32.
Canere ſilua dicitur lepidiſſ.à poëta,vbi varia auium ſæcula liquidiſſ. vocibus paſſim cantillant. hoc imitatus diligentiſſ. Maro ilicem vocat argutam, id eſt, ſuſurrantem leuiter. quamquam ibi ex motitatione id fiat . ſic alibi ferè dicit fulgere loca,& circumtremere æthera. 9,8.
Canes montivagae. doctiſſimus poëta vt aliâs ſæpe,Græcos imitatus,canis vocabulum cùm de venatione ageret, mu liebri in genere poſuit.illi enim hoc diligenter ſeruant.vt apud Pollu .Oppianum,& Aelianum videre licetc.κύνες γενναῖαι,ἀγρευτικαί, κυνηγαί.Enn.ſic Nict.13,25.
Canor.Eutychus l.1.grammaticor'à ſudo ſudor,amo,amor, clamo, clamor ſono, ſonor,erro,error,marc.marcor , cádeo, candor

48,24.112, 3.

Ceres mammosa à veteribus pingebatur teſte Arnobio lib. 3. & 6. ea eſt Epheſia Diana, & multimammia, terræ ſymbolum, omnia vt parientis, educantis, & nutrientis. 144,17.

Cernere bellum eleganter de Græco expreſſũ. & decernere bellum: κρίνειν enim τὸν πόλεμον καὶ διακρίνειν dicunt, id eſt, prœlio dimicare, ac ſignis collatis concurrere. vſus eſt Ennius, & Virg. vide Seruium, & Senecam. elegantiſſ. verò dicunt Græci κρίνειν τὰ ὅλα, de ſumma imperij decertare. 160,27.

Certamina pugnae. Virg. 10. Aeneid. duri certamina belli. 134,17.

Certe pro certò. ita veteres ſæpiſſ. hodie vix notum. 107,12.132, 1.

Cesse. id eſt ceſſiſſe. ſic & creſſe. Turpil. Lindia:

Conſilium occepi; litteras miſi ad ſenem
Noſtrum, proceſſe nobis ex ſententia
Mercaturam.

ſic legend. puto apud Nonium, Mercatus. 35,22.

Cetera conciſè poni ſolet non rarò. ſæpius inueniretur ſi non adiecta ferè eſſet in editionibus vulgatis particula &, vt apud Cic. Top. In partitione quaſi membra ſunt, vt corporis; caput, humeri, manus, latera, crura, pedes, cetera, &c. 62,32.

Chaldaei astrologi. etiam ſine adiuncto, Chaldæi intelliguntur aſtrologi. Cato de re ruſt. Paraſitum nequem habeat (villicus) haruſpicem, augurem, hariolum, Chaldæum nequem habeat. ita in iure ciuili, & Cic. ſæpe. 171,7.

Chariton mia, χαρίτων μία, vna Charitũ. Homerica clauſula. Iliad. ξ. ita Iuno:

Ἀλλ' ἴθ' ἐγὼ δέ κέ τοι χαρίτων μίαν ὁπλοτεράων
Δώσω ὀπυιέμεναι, &c.

Charites olim ſemper adoleſcẽtulę pingebantur: fortaſſis & paruæ. quod nuſquam tamen legi, nec puto facilè inueniri poſſe, cùm dijs omnibus tribuatur magna & maior humana ſtatura. hinc Virg. de Creuſa, lib 2. extremo: & nota maior imago. quamuis hoc ad ſimulacra potius de quibus hîc ex Homero, & Ennio pag. 5,2. & hîc .18,51. Quippe etenim iam tum, &c. ac de Romulo lib. 2. Faſt. Ouid.

Pulcer & humano maior, trabeaque decorus
Romulus.

Neque verò neceſſe eſt paruitatẽ Gratiarum hîc comminiſci, cùm poëta Gratiarum ea de cauſſâ meminerit, quòd ea quæ parua ſunt, venuſta ſint & lepore, gratiaque plena, quòd vrbanitate, facetijs, χαριεντισμοῖς condita. id quod χαρὰν etiã Græcis eſt. hinc & Phurnutus ait Veneri adſidere Gratias, Suadelam, & Mercurium. vide Sall. 144,11.

Chartae, ſcripta, libri. Horat. 4. od. 9.

Non ego te meis Chartis inornatum ſileri
Totúe tuos patiar labores. 138,18.

Cibari, ali. 35,12.

Cibatus, us. 229,18.

Cicuta, canna. 191,26.

Ciere voces. ciere patres qui poterant, patricij dicti ſunt. Liu. lib. 1. 181,20.

Cinefactus. Non. 101,32.

Cinis, feminin. ita & Caluus, & Catul. vide Priſc. & Non. 137,4.

Circumcaesura. Plin. dixit circumciſura. περικοπὴν vocant Græci. Polyb. agẽs de funerum elatione apud Romanos, ac de fumoſis illis imaginibus: ταύτας δὲ τὰς εἰκόνας ἐπὰν τῶν οἰκείων μεταλλάξῃ τις ἐπιφανής, ἄγουσιν εἰς τὴν ἐκφορὰν περιτιθέντες ὡς ὁμοιοτάτοις εἶναι δοκοῦσι κατά τε τὸ μέγεθος καὶ τὴν ἄλλην περικοπήν. planè grãmaticorũ canones velint circũciſura. ſed vt ancæſus de quo ſuprà, vbi omiſi Priſcian. lib. 1. quo loco docet Anfractus anciſus & anquiro, n pro m poſitum: ita & circumcæſura: ſic etiam exquærere dixerunt antiqui. Plaut. Aulul. Intro exquære, ſitne ita vt ego prædico. ſic leg. cum Priſc. vulg. exquire. 80,4.128, 16.

Circumtremere aether dicitur ſtellis, ſeu ſignis; admirabili elegãtia, cũ ſtellis vt igneis tremor ac motitatio attribuatur, & conueniat potius. verùm ita ferè dixit loca fulgere, & ſiluas canere. 35,7.

Circumvolitare legiones dicit equites doctiſſ. Titus. alas enim, equitum

turmas appellant. 46,12.

Circvmretire. 184,16.

Circvmspiracvla mvndi. ita ſcribendum putaui, vt alibi circumcæſura. ſpiracula naris dixit Ennius. 209,25.

Circvmtextvra, f. vide circumcæſura, & texta. 128,16.

Citvs. 39,16.&c.

Civs, κεῖος, poëta videtur extuliſſe Cius. alij ferè Ceus dicunt. variantia ea in multis alijs nominibus eſt recepta: Alexandria, Alexandrea, -δρεια. Seleucia, Seleucea -κεια, apud Ciceron. Priſcian. lib. 1. & 2. Vbique pro ει diphthōgo e productam, vel i in Græcis ponimus dictionibus. σπονδεῖος, ſpondeus, νεῖλος, Nilus. Ciam igitur veſtem dixit Titus, quam alij Ceam. 143,11.

Clades pericvli. hac loquendi formula vtitur ſæpe Lucret. pro interitu, etiã clade, & periculo, ſeparatis. 99,2.

Clamor, ſonus. 198,31.

Clarare. antiq. ſine præpoſitione, vt clinare alibi. vide Feſt. ventabant, miniſcitur, mentū. &c. vtitur & Cic. prognoſt.

Has autem quæ ſunt paruo ſub culmine fuſæ
Conſimili ſpecie ſtellas, parilíque nitore
Non potuit nobis nota clarare figura.

ſic omnino leg. puto. vulg. clarere, peſſimè. 74,12.132,19.

Clare aduerbium poſter. breui. vide E. 178,2.

Clarere, patere, perſpicuum eſſe, parere. aliter Ennius apud Ciceronem de ſeneſt. Ergo magiſque magiſque viri nūc gloria claret. ſic vet. q. cod. opt. in cod. lib. Cic. vt hoc vno verbo admoneam, vitioſè vulgo ſcribitur: Nec verò ille in luce modò atque oculis ciuium magnus, ſed intus, domíque præſtantior. qui ſermo? quæ præcepta? quanta notitia antiquitatis? ſcientia iuris? augurij? multæ etiam, vt in homine Romano, litteræ. cùm legend. ſit, ſcientia iuris augurij? de Q. Fabio Maximo eſt ſermo. Augur ille fuit, eiuſque iuris fuit peritus: iuris, vt vulgo dicimus, conſultus non fuit: non fuit inquam iuris ciuilis peritus. mendo cauſſam dedit ignoratio vocabuli augurium. ius augurium dicebant veteres, de quo in Agellium dicturi ſumus pluſcula. 223,22.

Claricitare f. 178,2.

Classis pro exercitu. ita vſus videtur & Ouid. 13. Metamorphoſ. alantque

Imperat Argolicam cęleſti munere claſſē.

ſic legendum puto ex vet. cod. optimo. vulg. gentem. q. vet. terram, malè, certè non tam rectè. vide & Feſt. procinctam & claſſis. vſus eſt & Virg. 37,16.

Clavda navigia. Liuius claudas, mutilataſque naues dicit. 121,29.

Clavdicare, ualatè. Cic. ſæpiſſ. 87,14. 124,12.

Clavsa viarvm, ſic denſa domorum, & alibi munita viæ. 127,13.

Clavstra vitae, ita alibi limen vitæ ac mortis. 14,5.85,21.230,12.

Clinamen, declinatio, vt alibi clinare. 43,11.

Clinare. eo vtitur & Cic. Arato. vide clarare, 43,26.

Clvere, eſſe. apud Prud. clūere poſitum ſemper eſt, vt feruēre, & feruĕre, &c. 4, 31.15,9.16,8.47, 6.60,79.89,24. 109, 26.

Coacta tempestas, accumulata, & maxima, quaſi denſa & exſtructa. obſeruatione digna phraſis. Virg. ita ferè dixit lib. 1. georg. expreſſo hoc loco:

Sæpe etiam immenſum cælo venit agmē aquarum,
Et fœdam glomerant tempeſtatem imbribus atris
Collectæ ex alto nubes, &c. 25,1.

Coactare. vide frequentat. 229,13. 230,20.

Coeptare. 120,10.

Coercere, ambire, continere, circumplecti. ita & arcere ſæpiſſ. Cic. Virg. poſtrema coërcent Tyrhidę iuuenes, quod eſt, οὐραγοῦσι, ſeu claudunt agmen, vt loquitur Liuius, alij. 17,11.57, 12.85,21.87,4.128,16.& 26.224,7.

Cohibescit, antiq. pro cohibuerit. ſic apud Cic. prohibeſſit, irrogaſſit, creaſſit, &c. 87,5.

Coire,

Coire, pro συςάναι. ita enim Epicurus loquitur intelligens atomorum connexiones, colligationes & adhæſiones. cõcurſare etiam dicit poëta, & congredi. hinc & congreſſus, & cœtus vocat συςάσεις, connexiones; concilia vocat alibi, & connubia. admirabili vtitur copia hac in ea eloquentiſſ. poëta. vide concilium, & diſcidium: nam hoc aduerſatur.

Coitv diſyllabô, pro coetu. vt proilium, &c. Martian. 100,2.

Coli circvm. mirificè me torſit hic locus: & quamuis cum doctis hominibus hac de re commnicatim, explicare tamen me nondum potui. nam quod Lamb. ex vno cod. corpus ſubiecit, minimè placet, contra omnes alios libros tam vet. quàm alios. duas hîc proponá coniecturas, quarum poſteriorem ego tamen magis probandam puto. Aut ergo putem leg. coli circum, aut, colobi circum. priorem ſcripturam cùm expoſuiſſem Ioanni Goropio Becano medicorum, vt vno verbo dicam, facilè principi, hiſque artibus ac doctrinis à quibus docti appellari ſolent homines inquit Cic. non tincto, ſed penitus imbuto: huic ergo cùm id proponerem, magnopere ille probauit, & illuſtratum mihi reddidit, vt ſcilicet per coli circũ, ſeu circulum, pectus, venter, ac latera intelligerentur, quæ velut in orbem ambit, & circumuenit inteſtinũ illud, qnod vulgo colum vocant. ſolum ſyllabæ interuallũ repugnabat. falluntur enim omnes & lexicographi, & medici qui hoc inteſtinum κῶλον vocant & ſcribunt, errore turpi, &, vt ita dicam, œcumenico. Primum verba inde deducta eum reuincunt: nam perſpicuè docet Pollux lib. 2. κολάζειν, κολαςήρια, &c. inde manare. deinde Heſych. diſertè κολὸν ſcribit, & ait etiam notare ἔντερον, in quo quia ſeries dictionum ſciolos illos fefellit, recta manſit ſcriptura. miror tã pertinacem hîc errorem: nam ex verſibus facilè potuiſſet deprehendi. Seren. vbi de colo ſedando: Cùm colus, inuiſum morbi genus, intima carpit. Damocrates apud Galen. lib. 8. περὶ συνθέσ. φαρμακ. in carmine quodam:

ὑποχονδρίοις δὲ τοῖς πεπονθόσι θύλων
διὰ στομάχου κάκωσιν, ἢ τῆς κοιλίας,
τῶν ἐντέρων τε καὶ κόλυ, τοῦτ' ἥπατος, &c.

vulg. κώλυ. & paullo poſt in alio malagmate:

καὶ τοῦτο ἰσῶδές τε καὶ τὰς ἥπατος
ἄλγων διαθέσεις, τὰς νεφρῶν τε καὶ κόλυ. vulg. κώλυ.

alijſque locis lib. 9. in elegia Philonis manſit incorruptum.

ὅτε κόλον πάσχει τις ἅπαξ δοθὲν, ὕπτιος ἧπαρ.

Scribendum ergo κόλος vbique ſeu colus. quod ſi hîc admittimus, aut ectaſi vſus erit poëta, aut vt in q. v. & omnibus vulg eſt, legend. erit colli pro coli interiecto l. vt relligio, &c. Verùm altera coniectura, etſi longiùs recedat à vet. ſcriptura, probabilior videatur: nam colobium ambiebat pectus, cui colobio inducebatur inſuper lorica. 224,7.

Colli, pro colle. vide & parti. Cic. 4. Verr. non longè ab initio: Quod ciuis Romanus à Siculo petit, Siculus iudex datur: quod Siculus à ciui Romano, ciuis R. datur. paullo infrà: primum ſuæ leges, quod ciuis cum ciui ageret. ſic enim veteres libri, inquit Priſc. lib. 7. habent, quos imperitia quorundam corrumpit mutantium ſcripturas. quid iã diceret Priſcianus ſi viueret, quo tempore quibuſdam hoc vnicum penè fuiſſe videtur ſtudiũ veterum ſcripta interpolandi & peruertendi? certè & illa Cic. loca in vulgatis perperam ſcripta ſunt. 46,4, & 9.

Colli pro colle. mira erat veteribus harũ literarum i & e inter ſe commutatio, teſte etiam Macrobio. hinc here & heri, mani, & mane, &c. hinc peregre & peregri. quod ex v. l. Inſtitutionib. noſtris reddidit clariſſ. præceptor Cuiacius. ego item ex v. lib. hoc reddã Prudentio lib. peri ſteph. hymno de 18. mart. Cæſ.

Nonne Vincenti, peregri necandus
Martyr. ita vet. l. vulg. peregre ἀμέσως. de peregri Soſipater. ita leg. Plaut. Amph.

Colos. haud ſcio an non in Prudentio l. periſtephan. rectiùs legeretur: Quos lana terret diſcolos in ſtipite. ſed inauditum verbum non facilè admittēdum, cùm in lib. vet. ſit diſcolor. vulg. ibi diſcolore eſt contra ſententiam & v. l. ita Salluſt. de Catil. Igitur colos ei exſanguis, fœdi oculi. ita ex Probo, & vetuſt. l. legend. puto. 200,28.

Colvm. olim colo ad vina tranſmittenda, & puriora percolatione reddenda vtebàntur. idq́ue vinarium dicebatur, erat & niuarium. de quo Martial. 48, 14.

Comas appellat folia arboris lauri. Horat. Arboribuſque comæ. & Maro 7. Aeneid.

Laurꝰ erat tecti medio in penetralibꝰ altis
Tecta comam.

ita Græci κόμη vtuntur ſæpe. 199,4.

Comites heliconiadvm. i. muſarum, admirabili venuſtate dixit. proponebat ſibi procedentes deas ſeu muſas, ijſque vt in pompa comites addebat poëtas. atque ita depictas muſas vidimus aliquoties. Simili ferè ratione ſe comitē Senatus dixit M. Tul. in orat. de aruſp. reſp. Plat. lib. 7. de leg. muſarum ἐγγόνες vocat poëtas. ſic Horat. ferè dixit Veneris ſodalem. lib. 3. od. 19.

Larga nec deſunt Veneris ſodali
Vina crateræ.

ſic ibi legend. ex vet. lib. puto, vt & apud Ouid. 13. Metamorph. Crateram Aeneæ quam quondam, &c. Miſerat hanc. ſic vet. lib. mei. De cratera & craterra Nonius, & in Feſt. leg. f. craterræ vocabulum. 106,3.

Comitari παθητικῶς, pro deduci. 4,9.

Commeditari, tralatè vt alibi, dubitare. ita Horat. lib. 4. ode penult. horrēdamq́ue cultis Diluuiem meditatur agris. ſic Phorph. ſed vet. meus, minitatur. 197,28.

Commoliri, vt corruere alibi. 201,30.

Commvne bonvm. ita communis ſalus, id eſt, bonum publicum, vt iuriſconſulti loquuntur. 2,19. 178.13.

Commvne sepvlcrvm. vide ſepulcrū. Horat. lib. 1. Serm. 8.

Hoc miſeræ plebi ſtabat commune ſepulcrum.

malè vti puto ibi apud Horat. eſt, ſtabat ſeruilibus, vtque cùm in vet. cod. ſit, ſeruilibus vt quæ. &c.

commune malum. 190,18.

communis ſalus, id eſt, reipublicæ. ita Siſenna lib. 4. Quondam Sabini feruntur vouiſſe, ſi res communis melioribus locis conſtitiſſet. 2,19.

Commvtatvs, mutatio, vt alibi cōciliatus, conlectus. 26,2.

Compages veneris, vt alibi nodus, connubium. 145,22.

Comparativvs, ſeu, vt veteres dicebant, altera conlatio non ſemper connectit ſimiles caſus. Terent. prolog. Eunuch. Atque in Theſauro ſcripſit, cauſſam dicere Prius vnde petitur aurum quare ſit ſuum, Quàm ille qui petit, vnde is ſit theſaurus ſibi. ſic ex omnibus veter. legendum, & Donato, quem vide. quidam, illic, malè contra vet. l. & Donat. 130,4.

Complere ararvm, pro aris. ita veteres ſæpiſſ. à Græcis. 114,26.

Complexvm, vt perplexum. 40,32.

Componere leges dicit cauſſidicos ſeu oratores, vt Horat. ferè, ponere leges. Græci τιθέναι. 138,11.

Compositvra, æ. vide diſpoſitura, 118, 16.

Comptvs, præditus. Feſtus, apud quem in verbo comtum, leg. comtum. 30, 28. 81,109,7.

Conamen. 204,18.

Conata patrare, inſtituta perficere, & vt Prudent. loquitur, exerere. 160, 19.

Concedere. nos illis numero concedimus. i. illi plures ſunt, numero nos vincunt. 85,1.

Concedere mirè dixit poëta, ſinet te cōcedere rebus humanis. i. videre quēadmodum ſe ornare & comere ſoleāt, quantum curæ temporiſque ei rei tribuere. nam per concedere intellig. videdere quod prius eſt, ſchemate contrario meta-

metalepſi. ſic vt vouere & vota facere, pro optare, quod prius eſt, poſuerunt veteres. Ouid. lib. 11. Metamor. ex v. l.

Effugere optat opes, & quæ modò vouerat, odit.

vulg. nouerat, peſſimè. 145,8.

CONCELEBRARE, pro celebrem & cultū reddere, implere, frequentare. in noct. Att. lib. 16, cap. 10. aliter Nonius. ſic eleganter Ouid. initio 4. Metamorphoſ.

Illa quid è multis referat (nam plurima norat)
Cogitat; & dubia eſt, de te Babylonia narret
Derceti, quam verſa ſquamis velantibus artus
Stagna Paleſtini credūt celebraſſe figura.

ita quidam ver. lib. optimè. in quibus tamen ferè erat Dirceti. Dercetis, ſeu vt plerique alij vocant, Derceto dea apud Syros: de qua Diodor. lib. 3. vulg. Dirce. coluiſſe, ex gloſſa. celebris autem apud antiquiores nihil aliud valet quàm frequens. Cato l. de re ruſt. cap. 1. Oppidū validum prope ſiet, aut mare, aut amnis, qua naues ambulant, aut via bona, celebriſque. 1.12,46,32.46, 32.49.24.

CONCILIARE, coniungere, copulare. contrar. τῷ permouere, vt & apud Cic. permouere & conciliare iudicem. 64,11.

conciliare vtitur pro cogi, congregari, in vnum conduci, vt & concilium. 53, 14.222,6.

conciliare alicui incommoda. 100,22.

CONCILIATVS, quod alibi concilium, & nexum vocat. 19,7.39.12.

CONCILIVM pro coetu, atomorum connexione. σύνοδον vocat Epicurus. Arnob. Edunt (animantes) per vteros fetus, & corporalibus concilijs procreant. Prud. hamartig.

Haud impunè pijs ſemer deeſſe fatentur
Concilijs, meritis pœnas per ſæcula ferre:
Quis patris antiqui aut ægri reuerentis abyſſo Excluſis, &c.

ſic ex vet. lib. puto leg. nam vulg. abyſſus, mihi, vt ingenuè dicā, minimè placet. inrepſit credo ob non intellectum longius hyperbaton: illud enim, Imp lorata negar, nō rectè adcōmodetur abyſſo, ſed maieſtati Dei. itaque arceſſetur huc quod ante poſitū eſt, maieſtas gnara futuri. 6,31.16,12.17,13.25,11.

CONCINNARE, efficere, facere. Non. 208, 1.212, 20.229,9.

CONCRESCERE, cogi, coactari, denſeri, conciliari, &c. 112,16.

CONCRVCIARI, συμπάσχειν. 77,29.

CONCVDERE, impellere, cogere. vide procudere. 138,3.

CONCVRSO, pro concurſu. plurima olim erant ambiguæ formæ nomina, vulgo ignara. inceſtum, mandatus, fretus, iuſſum, quæſtum, ornatum, tumultum, prætextum, victum, æſtum, ſumptum, exercitum, adſpectum, luctum, ſaltum, partum, gemitum, fluctum, piſcatum, ſtrepitum, fructum, ſonitum, portum. multa alia id genus efferebantur à veteribus variè, in quibuſdam certè caſibus. hinc & hic, culto. Cic. in Lælio, illū diem clariſſimum fuiſſe cùm ſenato dimiſſo domum reductus ad veſperum eſt à patribus conſcriptis, P. R. ſocijs & Latinis. ſic vet. meus l. 13,8.

CONDENSERE. 13,16.

CONDENSVS. 19,7,& 31.39,10.f.

CONDERE LVMEN. 170,21.

CONDERE SAECLA, tralatè, vt Virg. condere ſoles, Horat. diem. & Virgil. componere diem. tralationibus à funere ſumptis. 107,24.

CONDICIO pro pacto. eadem cōdicione, eodem pacto, lege, modo. 45,20.

CONDVCERE, contrahere, συνάγειν. ita Cicer. omnes vet. 13,21,.18,89.31. 224,20.303,18.

CONDVRARE. ita Plaut. & Varr. compedire. 224,21.

CONFACERE. ferè auſim dicere Titum ſcripſiſſe confaciunt, & ſi in libris ſit, cùm faciūt. ſæpe enim ita diſtracta inueniuntur verba iūcta, maximè ſi ſunt rariora; confacere autem valet vnà facere. Paull. in epit. Feſt. confecerunt, vnà fecerunt. iungendi autem ratio ea veteribus eſt perfamiliaris. ita incapere, occanere, circumcæſura, conſpargere, decarpere,

carpere,

carpere, diſquærere, &c. verùm altera lectio non temerè ſuo loco permoueri debet. 64,14

CONCVRSVS. alibi cœtus, &c. 20,27. 22, 21.

CONFERCIRE, cogere. effercire dixit Plaut. 199,10.

CONFERRE MANV CERTAMINA PVGNAE. imitatus Virg. lib. 10. Aeneid. 134,17.

CONFICERE, verbum eſt gladiatorium. 128,8.

CONFIDERE. tralatè vt alibi, dubitare, audere. 160,24.

CONFIERI. 86,5. 131,11. 176,10. 117,11

CONFLIGERE. ἐμφατικῶς vſus eſt elegantiſſimè, vt vulg. affligere: pro committere, conlidere, confundere, 146,1.

CONFLVXET, pro cõfluxiſſet, vt apud Virg. vixet pro vixiſſet. vide & protraxe. 32,1.

CONFVGERE elegantiſſimè vſus videtur poëta, etſi de mendo ſuſpectus ſit locus. Cic. Verr. An quoniam hoc non audes dicere, illuc confugies, vecturæ difficultate adductos ternos denarios dare maluiſſe? ſed poëta conciſius omiſſo illuc: An confugies, vecturæ, &c. 97,8.

CONGEMERE. 102,28.

CONGLOMERARE. Enniana vox. 79,27.

CONGRESSVS. ita vocat συςάσεις atomorum, id eſt, concilia, cœtus, coniectus, &c. 69,14. &c.

CONIECTVS, coniectio. ita σύςημα atomorum ferè vocat. qui id in conlectus mutant, non ſatis vident poëtæ hac in re familiaria eſſe hæc verba, coniectus, diſiectus, conici, diſici, &c. mirè luxuriarũt, vt ita dicam, veteres in his duabus verborum formis. us & io. ſic Cic. conſtitutus & diremptus, aliaque innumerabilia dixit. & contrà accubitio, ſed deprauatum eſt in editis libris, in Catone Maiore, alijſque omnibus locis, vt mirer à tot præſtantibus viris rem tam leuiculam nec dum animaduerſam. quis vmquam accubatum dixit, & non potius accubitum, ſiue ab accumbo, ſiue accubo arceſſatur origo. hæc minuta quidem ſunt, eóque turpius in ijs hærere aut labi. ſic & apparatio dixit. conuictio, & interitio lib. 5. in Verr. teſte Nonio. alia generis eiuſdem. occaſus item pro occaſione poſuit Ennius, obſeruauit Feſt. 69,20. 161,18. 167,8. 207,3.

coniectus animæ, coactio. 138,4.

coniectus brachij, impetus. 207,31.

CONISCARE, arietare, quod laſciui agni, & oues faciunt. Virg. georg. 2.

vt cùm pingues in gramine læto
Inter ſe aduerſis luctãtur cornibus hœdi.

vſurpat hãc vocem & Cic. in Piſ. apud Quinctil. lib. 8. Caput opponis cum eo coniſcans. haud ſcio tamen an veriùs vbique legendum ſit, coruſſãte, maximè cùm libri vet. aliquot habeant, coruſcant, & alij chroniſcãt: vt & hoc ſumpſerint Romani à Græcis, apud quos κορυβάζειν & κορύπτειν atque etiã κορυβάττειν id ſonat quod arietare, ſeu committere. ſolent ita Romani, & ſi deforment interdum. certè vt hîc è coruſcant facerem coruſſãt: ita alibi de petiſcit, feci petiſſit. 46,7.

CONIVGIVM, connexio. propriè. alibi, conciliatus, cœtus, concilium. 100, 2.

CONLABEFACTATVS. 16,20.

CONLABASCERE. 92,1.

CONLECTVS AQVAE. ita & Virg. in Ætn. Pellit opes collectus aquæ. & ſpiculorum, lapidúmque conlectus: vulgo tamen coniectus. innumerabiles autem veterum ſunt loci, vbi l pro i, & i pro l deprauatè ſcriptum eſt. vide hîc lucere, eijcere. vnum aut alterum præterea adferam. Cic. Lælio: Quod ne accidat, magis cauẽdum eſt: vt, Me hodie ante omnes coamicos ſtultos ſenes Verſaris atque inluſeris lautiſſimè. ſic legitur ille locus in libro meo elegãtiſſimè ſcripto niſi quòd iniuſſeris habet, τὸ coamicos ad oram libri (nam rariora verba ibi notata ſunt) etiam expreſſum erat. non placet ergo quod alij de comicis damnãt ſenibus. 79,15. 121,7.

CONNECTVS. non dubito quin veteres vt tertum, fluctum, fictum (de quibus & hîc) aliaque non nulla, ita etiam nectũ dixerint ſæpe, pro nexum: atque ita videntur

dentur etiam pectum dixiſſe. vnde impectare apud Varr. l. 3. cap. 16. itaque impectantes(inquit)à ſe eijciunt fucos. ſic enim in vet. l. eſſe admonuit Petrus Victor. ita etiam nictari fortaſſe dixerunt. vide Nictari. 39,11.90,21.

CONNIVERE quaſi dicit ſolem, & lunam cùm deficiunt. alluſit doctiſſimus poeta ad hoc, quòd Iouis oculum antiquitas ſolem appellare conſuerit. Macr. l. 1. Saturn. cap. 21.

CONNVBIA VENERIS priuatæ caſta. 180, 4.

connubia Veneris. ita modeſtè τὴν μίξιν indicat. Plaut. nubere idem ſonat. 97,18.

CONQVASSARE. vehemētia & vis huius verbi eſt magna. Liu. lib. 23. quaſſata muri reficere. 151,28.

CONRADERE. Terent. 208,8.

CONREPERE MEMBRA ALICVI, id eſt, contrahi. admirabili tralatione: vt glacies aeris alibi. ita Horat. rugoſum frigore pagum dixit. 186, 19.

CONRVERE, pro ruere, funditus euertere, vt commoliri alibi & contradere ἐνεργητικῶς. magnam vehementiam verbum hoc ſonat. ita Liu. l. 40. dixit conſtrauit: Eadem tempeſtas & in capitolio aliquot ſigna conſtrauit, fulminibuſque cōplura loca deformauit. 99,1.160,2.

conruere, abſolutè. 220,5.

CONSENTIRE pro συμπάσχειν. alibi cōcruciari. 98,11.

CONSEQVI, percipere, adſequi. auctor ad Herenn. l. 1, Hæc ſi vt conquiſitè conſcripſimus, ita tu diligenter fueris conſecutus. 15,20.

CONSEQVVS, ſic perſicus, præficus, &c. 169,23.

CONSERERE ARVA LVMINE, colluſtrare, complere. tralatio inſignis. Cic. in Prognoſt. & noſter alibi conueſtire dixit. 42,29.

CONSIMILIS. ita & Afran. Excepto: Conſimili graſſantur via, A quibus hic eſt omnis cultus. Varro conſimiles voces dixit. Cic. interdum in Arato.

CONSISTERE. vſitatiſſimè poſuit pro eo quod vulgo dicimus reſiſtere, non pergere vlterius. Cic. Comprehenſio ita à capite fluere debet, vt ad extremum veniens conſiſtat. Pro Roſcio comœdo: Ipſa mihi veritas manū iniecit, & paulliſper conſiſtere & commorari iuſſit. & alias ſæpiſſimè ac tralatè, mente quieta, & confirmata eſſe. 66,27.71,5.

CONSISTERE VITAM, efficere, cōſtituere. verbū hoc nō dubito quin multis locis deprauatum ſit, conſtituendi verbo in eius locum repoſito. vnum nunc adferam apud Salluſt. Iugurth. Dein, breui cognitis inſidijs, paulliſper agmen conſtitit. ita l. vet. & non nulli alij: mutatū tamen hoc eſt à quibuſdam in conſtituit. idem admiſſum in Cæſare de quo aliâs. ita in noct. Atticis l. 5. cap. 10. Et cùm ad iudices coniciendæ conſiſtendæque cauſſæ gratia veniſſet. ſic etiam inſiſtendi verbo vtebantur. 194,23.

CONSORS, cognatus. propriè coheres. 234, 12.

CONSTARE, eſſe, & interdum permanere. apud Cic. Tuſc. 1. vetus quidam poeta: Vbi rigida conſtat caligo inferûm. vide & exſtat. 16, 32.17,5, & 8.18, 30.19, 13, & 19.51,3.122,22.

CONSTAT, pro certum eſt. 39,5.

CONSTITERVNT. 161,17

CONSVESCERE ἐνεργητικῶς, conſuefacere ſonat. Horat. 1. Serm. 4.

Inſueuit pater optimus hoc me.

quem locum non rectè, vti puto, mutarunt alij cùm in vet. l. & ipſe ita legerim, & illi non diſſentiant. ſic & Prud. l. 1. aduerſus Symmach.

remque Quirini
Aſſueſcit ſupero pollere in ſæcula regno.

Simili ratione, migrare, erumpere, mittere, ponere, mergere, deſinere, locare, infinita alia interdum actionem notār. deſueſcere etiam ἐνεργητικῶς vſus eſt Titinnius apud Nonium.

CONSVLTVS à conſilire pro συμπηδήσας, congregatus. Notat Priſc. l. 11. vetuſtiſſimos ex verbis neutris nō rarò participia præteriti temporis protuliſſe, vt diſceſſus, interitus, obitus, occaſus, potus, ſenectus. & Virgilius l. 5. titubatus.

atque

atque ita noſter τῷ conuentus videtur vſus. ſed locus de mendo ſuſpectus eſt. 39,8.

CONSVLTA PRINCIPIA, à verbo conſilire. vtitur eo Tacitus. alibi dicit congreſſa principia. 39,8.

CONSVMPSE, pro conſumpſiſſe, vt alibi, protraxe, ceſſe. &c. 8,17.

CONTACTVS. vide contingere. 62,27.231,15.

CONTAGIVM. vox hæc media eſt, & nihil aliud quàm coniunctionem, connubiũ ſignificat. atque ita Cicero, aliiq́ue boni ſcriptores vtuntur ſæpe, & noſter ſæpiſſimè: degenerauit tamen poſtea, vt venenum, &c. verbum poëticum eſſe ait Feſt. 84,2.87,32.

CONTAGES. 118,24.

CONTAGI, pro contage, vt alibi, colli, &c. 96,7.

CONTECTVS, vndique & omnino tectus. verbum veteribus familiare, hodie vix notum, & è poëta noſtro miſerè à Marullo exturbatum. 119,8.

CONTEMPTIM f. 183,22.

E CONTEMPTIBVS EXIRE locutio obſeruatione digniſſima. creſcere, aleſcere, maius fieri, ex humili & abiecto infimoq́ue loco euadere inde tralatio ducta eſt. 174,16.

CONTENDERE CAVSSAM. Similis eſt ferè dictio & λέξις, quae caput agere apud Cic. vide & hîc agete. Attius Tereo: Vt vim contendas tuã ad maieſtatem viri. aliter tamen Nonius. Næu. Lycurgo, cõtendere irã. 34,12.122, 32

contendere ſe, vt vires ſuas ac neruos cõtendere. ita Attius alicubi apud Non. contendere vim ſuam. 133,15.139,2. 140,24.

CONTENSVS, vulgo ferè contentus, rapidiſſimus. 39,10.

CONTERRERE. 55,22.

CONTINGERE, contactus, tactus. his vſos antiquos comperior pro eo quod inductum ſeu illitum, & infectum dicitur vulgo, etſi leuem aliquam lituram videatur ſonare ſiquis diligentius conſideret. quod etiã noſtro ſermone optimè exprimetur. Itaque haud ſcio an dixerit contingere melle à tango, cùm libri omnes contingere ſcribant, non cõtinguere. atque ita Varro lib. III. de re ruſt. Tectorio tacta eſſe leui circum oſtia ac feneſtras, ne aqua intrare, mus, aliaûe quæ beſtia poſſit. eodem l. Quis enim ignorat ſæpta è macerijs ita eſſe oportere in leporatio, vt tectoria tacta ſint, & ſint alta? reſtituit Victor ex vet. l. Virg. l. 3. georg.

Aut tonſum triſti contingunt corpus amurca. Ibidem,

Aut parco ſale contingunt, hiemiq́ue reponunt.

ita & Celſus l. 2. cap. 24. ſale modico cõiactum dixit. Arnob. l. 3. Quiſquamne eſt hominum rationis alicuius ſapore contactus, qui pilos & lanugines credat in deorum corporibus naſci? ſic fortaſſe accipiendum eſt illud Ouidij 14. Metam. ex 4. Aeneid. conformatũ,

Phœniceam fuluo chlamydem contactus ab auro.

ſic enim q.v.l. habent. in q. cod. contractus. qua in re variatum ſæpe. vide hîc tactus. vulgo comprenſus. 30,12, &16, & 25.231,15.

CONTINGERE COLORE. 59,13,& 25.

CONTORQVERE nauem. Titinnius Setina: Sapientia gubernator nauem torquet, non valentia. 136,14.

CONTRACTVM BELLVM. 54,5. 138,13.

CONTRADERE FIDEM DICTIS, pro efficere, præſtare, ita conuiſere, multaq́ue alia vſurpat noſter poëta. 13,25.

CONTRECTABILITER. 128,29.

CONTRVDERE. 121,16.

CONTVOR. contuimur pro contuemur. 109,10.

CONVERTERE abſolutè. ſic auertere, reddere hîc, &c. 117,30.

CONVERSVS HVMOR. vel à vergo, vel à verro. 141,11.

CONVESTIRE, tralatè vt alibi veſtire. 40,26.

CONVISERE vtitur & Arnob. 5,25.47, 12.172,26.

CONVOLSVS. 83,32.

CON-

CONVINCTVS. hoc verbum exulat à rep. litterarum Rom. ego tamẽ etſi heream, libens id receperim. ſpero me illud aliquando vindicaturum & adſerturum. 77,17.

CONVS pro terra videtur poſitum, quaſi illa ſit κωνοειδής. ait enim Ariſtot. eã eſſe tympani figura, & lineas ab eius centro ductas duos conos efficere. Fortaſſis & hinc Cybele Telluri ſacra fuit pinus. Ea de re etiam ita Cleomed. συμπεριφέρεται μὲν ἡ σκιὰ τῆς γῆς τῷ ἡλίῳ, ὡς καὶ Ὅμηρος ἐναργῶς δηλοῖ λέγων οὕτως:

Ἐν δ' ἔπεσ' ὠκεανῷ λαμπρὸν φάος ἠελίοιο
Ἕλκον νύκτα μέλαιναν ἐπὶ ζείδωρον ἄρουραν.

Διαμετροῦσα δὲ ἀεὶ τὸν ἥλιον, καὶ κωνοειδὴς ὑπάρχουσα, αὐτὸ τὸ ἄκρον τῆς σκιᾶς τὸ κέντρον τοῦ ἡλίου κατὰ διάμετρον ἔχει ἀναγκαῖον. 172,12.

COPVLATA, contractè coplata. vide ſingulariter, vniuorſũ, oracula, ſpiculorũ, & id genus alia in Syncope. 228,11.

COR, pro animo poſuerunt veteres metonymia quadã. nã in corde animi ſedem quoſdam olim collocaſſè diligentiſſimè mouuit Athen. lib. 14. atque ita Hom. καρδίαν ſeu κραδίαν vſurpat. κραδίη δέ οἱ ἔνδον ὑλάκτει. quod Ennius expreſſit: animus cum pectore latrat: ſeu potius in pectore, ἔνδον. mutationis origo liquet ex his collectaneis, vbi de verſibus. 113,3.

CORNVS, maſcul. Priſc. lib. 6. pro laterna. Plaut. Amphitr. Volcanum in cornu gerit. 48,11.

CORONARE, cingere. 61,10.

CORONIS INVMBRARE poculorum ora. hinc Virg. vinumq́ue coronant. Hom. στέφειν dicit. 102,7.

CORPORA PRIVANDVM EST. Græc. στερητέον τὰ σώματα. 13,15.

CORTEX, femin. Nonius. 109,24

CORTEX RERVM SVMMVS, pro extremitate & facie rerum. ita Varro περὶ γήρως: Corporeum corticem matura anima ſacilè relinquit. à libro ſumpta metaphora, quo ſummo obducuntur arbores. 109,23.

CRATERES AETNAE, latinè fauces. 216,10.

CREBRA REVISIT, crebrò. Ennius:

Quamquam multa manus ad cæli cærula templa
Tendebam lacrimans. 47,14.

CREDIT ANIMVS, id eſt, credit quiſquã & in animum inducit. ſic & Ennius l. 13. quem credidit eſſe meum cor Suaſorem ſummum, &c. in noct. Att. l. 7. cap. 2. 20,7.

CREPARE, id eſt, in ore ſemper habere. Horat. vide Non. vbi malè vulg. Lucicilius, cũm ſit legendum Lucretius. 72,22.

CREPERVM BELLVM, dubium, anceps ſic Nonius. 189,3.

CREPITANS DENTIBVS ALGOR. ita Plautus crepitare dentibus dixit in Rudent. 171,27.

CREPITACVLA erant ahenea ferè inſtrumenta, quorum ſono ac tinnitu infantes à vagitu terrebantur, atque ita porrò ſopiebantur. hodie ferè cunarũ motitatione (vt & olim) & cantilenis id efficiunt. Arnob. l. 4. vbi hunc locum Lucretij expreſſit. Martian. l. 1. Martial. lib. 14. 115,23.

CRESSE. creuiſſe, vt alibi ceſſe. 94,20.

CRETEVS. 117,17.

CRO.O adſpergi ſolitum proſcęnium ſcribunt omnes veteres. Horat.

Rectè nec ne crocum floreſque perambulet Attæ. 49,7.

CRVENTARE, inficere, polluere, fœdare. Cic. Scelere cruentare rempub. Sanguine pollui ſacra ſolita notum eſt. hinc fortaſſè migratio. 140,14.

CRVENTVS, fœdus, neglectus, contaminatus. 184,2.

CRVSTA LVTI. 213,31.

CVIVSQVEMODI ferè id eſt quod Cic. alicubi ait cuiuſmodicumque. etſi ipſe Cic. altero etiam ſit vſus nõ ſemel. pro Flacco: Sed tamen iudicium fieri videtur cũm tabulæ illæ ipſæ cuiuſquemodi ſunt, proferuntur. ſic & QVISQVE plurimis locis à Prudentio pro quicũque, ſeu quiſquis vſurpatur, quod hodie ferè contra fidem vet. l. & Prudent. conſuetu-

conſuetudinem in quiſquis mutatum eſt, vt vbique, quandoque, apud alios. 112,15.

CVLTO, pro cultu. cur enim hoc adſtipulantibus vet. libris non admittamus, cùm angiporto, amfracto, euento, ſenato, offenſo, concurſo, multaque id genus alia tam apud hunc poëtam, quàm apud alios antiquitatis magiſtros reperiantur, nullam cauſſam eſſe video. vide concurſo. Tertulliani porrò locum de mulierum cultu elegantiſſimum iuuat adſcribere, cuius hæc è libro de habitu muliebri ſunt verba: Habitus feminæ duplicem ſpeciem circumfert, cultum, & ornatum; cultum dicimus, quem mundum muliebrem vocant; ornatum, quem immundum muliebrem conuenit dici. ille in auro, & argento, gemmis, & veſtibus deputatur; iſte in capillorum, & cutis, & earum partium corporis, quæ oculos trahũt. 148,5.

CVM. multis locis vſi hac particula ſunt antiqui, vbi tamen abeſſe commodè poſſet, imitatione Græci ſermonis. Hom. ὀδ. ξ. ἔβημεν οἴκαδε σὺν νήεσσι. profe- Nauibus in patriam. Catull.

bona cum bona

Nubit alite virgo. & ibid. Transfer omine cum bono Limen aureolos pedes. Cic. 2. Offic. Accurriſſe Romam, & cum prima luce Pomponij domum veniſſe dicitur. Ennius apud Donat.

Optima cum pulcris animis Romana iuuentus. Cic. Arato:

funeſtum magnis cum viribus amnem. 10,7.159,30.175,15.232,28.

eum pro ſimul etiam, mirè vſus eſt, exemplo Græci ſermonis, vbi σὺν id etiam ſonat. vide & præter. 64.14.

CVMES. conſenſu librorum veterum impulſus hanc ſcripturam tuendam putaui: nec dubito quin ita ſcripſerit Titus. maxima enim inter o & u erat affinitas, & inter ſe permutatio. Priſc. lib. 1. Multa præterea (inquit) vetuſtiſſimi in principalibus mutabant ſyllabis, vt gungrum, pro congrum, cunchin, pro conchin; huminem, pro hominem; funtes, pro fontes; frundes, pro frondes. vide & Quinctilian. verba hîc, Incolomis. 85, 25.

CVMQVE. aliquando. 104,13.

CVPIRET, cuperet. ſic parire dixit Enn. Priſc. Nonius. 53,15.

CVPPEDO, antiq. pro cupido. Feſt. cupes. ita & amecus, pro amicus dicebant. Feſt. amicitiæ. p interiecto. 54,32.

cupedo, cupido, perturbatio, πάθος. ita autem genetrix, Menerua, Leber, mageſter, &c. dicebant. Quinct. lib. 104,24. 149.31,195,5.

CVRARE, Cæſar ferè dicit adminiſtrare, diligenter laborare, & munere fungi. Salluſt. in Iugurth. Sulla cum equitatu apud dextimos: in ſiniſtra parte Manlius curabat cum funditoribus. 132,28.

CVRARE CORPORA. verbo curandi vt & τῷ præbendi, in rebus vitæ ac victui neceſſarijs vtebantur ſæpe veteres. hinc Cicero ſe curare. Horat. pelliculam, cutẽ, genium, membra, &c. Virgil. conuiuia curant. 1. georg. & corpora curant. 4. georg. ac 8. Aen. Terent. curaſti te molliter. Ludi nõ puto operam, ſi hæc verbo indicentur. 37,6.

CVRSVS VERVTI. eleganter ita vocat teli aut ſagittæ actum, ſeu ictum & volatũ. hinc & volatile telum. mutuò enim ea currere & volare inter ſe fungi ſolent. Prudent. hamartig.

Parthica non æquè ventos tranſcurrit arundo.

D

D littera exteritur interdũ. quod alijs, pro qu' alijs. ita apud Terẽt. Plaut. & alios interdum. perperam igitur alis ibi poſuerãt, cùm alis idem ſit quod alius. admonuit hoc etiam præſtantiſſimus Riuius. vide hîc aliud. 128, 6.232,22.

DAEDALVS, pro varius. Feſt. 1,15.51,31. 125,14.155,28.193, 30.

DARE f. loqui, dicere. ita Græci ſuum διδόναι vſurpant perſæpe. Terent. Nunc quamobrem has partes didicerim, paucis dabo. 84,12.

Dare, deicere, adfligere. Attius Brut. eoque ictu

lſtu me ad caſum dari. ita Cic. dare foras, eijcere, prodere. Virg. 2. Aeneid.

aut corpora ſaltu
Ad terrā miſere, aut ignibus ægra dedere.

dare in lectum. 233,12.

dare in medium. 184,24.

dare in terram. 189,28.

Dare cladem, et rvinas. 159, 13. 219,14.

dare labem. 71, 31.

dare membra in fluuios. 230,31,& 32.

dare fera facta, id eſt, mala & incommoda adferre. ſic vulnera dare, dixit Ouidius. 190,15.

dari, manare, didi. 44,22.

dari morbo & morti. 230,3.

De plano promittere, ſimpliciter ac nudè, & verè. Iuriſconſulti dicunt de plano cognoſcere, id eſt, non ſollenniter pro tribunali, ſed inter vias, vt veteres loquuntur. 14,3.

Debile veteribus fractum, mutilum, cōminutum; non item infirmum, vt vulgo putant. hinc ait Plinius ſacerdotes non potuiſſe creari debiles. 174,15.

Deceptos non capi. Decipi ait à medicis ægrotantes, non capi tamen; hoc eſt, explicante Donato in Eunuch. act. 3. ſcæna 2. falli & non decipi, vt hic ſit bonus ille qui dicitur dolus, nec ſequatur vllum incommodum, ſed vtilitas potius. decipere, dolum adhibere, ludificari, capere, damnum adferre. 32,19.

Deciderunt. vide præterita. 154,19.

Declinare, ὑπεξιστᾶς. hinc παθηλικῶς in noct. Att. lib. 10. cap. 8. à naturali habitu declinatis. ita leg ex vet. lib. niſi accipias ita, qui poſſit ſe cernere, pro, qui poſſit cernere, vt ſeſe ſit parelcon. de quo alibi. tumque aliter erit interpungendum. 44,1.

Decurrere spatium amoris, vt alibi, lumen vitæ decurrere. 145,14

Decurso lumine vitae. ita Plaut. Sticho: decurſo ætatis ſpatio. 106,8.

Dedere, demergere. 103,28.

Dederunt. vide præterita. 138,19. 194,17.

Dedere, ſeu dare manus f. prouer. 71,14.

Dedicare, adfirmare, adſerere, teſte Nonio: à dicare, id eſt, dicere, eodem teſte: vt de ἀυξιτιχῷ, vt in deponere, deamare, &c. hinc & initio dialect. Martian. dedicatiuas & abdicatiuas vocat enunciationes, quas affirmatiuas & negatiuas vulgus apppellat. Vetuſtiores etiam delicare dicebant, de quo idem Nonius, & Feſt. peruolgata conſuetudine mutandi d in l. vide Feſtum. Melicæ, Medius, Dacrimas, Odefacit, Caſſila, Ancæſa, Impelimenta, &c. Alacris, quaſi ἄδακρυς inquit Donatus in Eunuch. hinc ex ὀδυσσεὺς, Vlyſſes, o pro u, vt inquit Quinctilian. lib. 1. & l pro d. vt nos: qua de re etiam eleganter ita Victorinus libro de orthograph. Nouenſiles ſiue per l, ſiue per d ſcribendum: communionem enim habuerunt litteræ hæ apud antiquos, vt dinguam, linguam; & dacrimis, lacrimis; & capitodium, & capitolium. & ſella à ſede, olere ab odore. eſt & commune cum Græcis. nos lacrimæ, illi δάκρυα; olere, ὀδωδέναι, meditari, μελετῶ. 12,23.14.14.79.25, &c.

Deditvs in aliqva re, & ſtudere in aliqua re vet. dicebant, Catullus, in mala deditus adultera, Cato l. de moribus: Poëticæ artis honos nō erat, ſi quis in ea re ſtudebat, aut ſeſe ad conuiuia applicabat, graſſator vocabatur. in noct. Atticis lib. 11. cap. 3. 93,16. 133,21.

Dedvcere, optimè vſus eſt: nam ad res Venereas ac lætas refertur. ſic vſurpatur ſæpe à Terentio, Cicerone, & alijs. & Varro, deductare. 41,19.

Dedvctvm. f. vt apud Virg. alioſque poëtas, deductum carmen, deductum filum, ſubtile, tenue. Macrob. 48,18.

Deerrare. 100,18.

Deficere, deſtituere. vim habet agendi. 90,12.

Defit, deeſt, vt alibi fit; vt γίνεται apud Græcos. 80,5.8,7

Defiat, diſillab. vt alibi fiat. apud Terēt. dies vnius ſillabæ eſt hoc verſu: Vbi illic dies eſt complutes, accerſi iubet. ſic enim habent v. l. 219,27.

DEFLVERE, alibi recedere, vide & fluere. 8,15.

DEGERERE BELLVM. f. pro gerere, vt τὸ de, hîc augeat, id quod in dedicare diximus. Hinc apud Hor. delingare .deſæuire. Valer lib. 3. Dememorans præſatque viros. Sic leg puto ex. v. l vide et hîc deplexæ, deridiculum. Etſi antè rariùs hoc ſit verbum, eo tamen reiciendum non fuit, vt ſæpe admonui. 138,13. & vide 54,4.

DEGERE BELLVM. f. Virg. ducere bellũ dixit, vt Græc. ἄγειν τὸν πόλεμον. libro 8. Æneid Hi bellum aſſiduè ducũt cum gente Latina. vbi Seruius: ducunt, aut gerunt, aut in longum trahunt. Hoc vt ſimile aliqua ex parte. quamquam mihi degerere omninò placet, viſque dum meliora. 138,13.

DEGVSTANT IGNES DOMOS. vt Virgil. 2. Æneid. Lambere flãma comas & Hor. in epiſt. vide & hîc, ambens. 42,7.

DELIBARE, libare, delibatio: valent decerpere, deminuere, confringere, violare, auferre. teſtimonia, quia vbique obuia ſunt, breuitatis cauſſa omitto. librarij id ſæpe deprauarũt, nunc in librare, nũc in delibrare, nunc in deliberare, nunc in delimare. ita in Pandect. legatum eſt deliberatio hæreditatis. non nulli, pro delibatio. vt ex Piſanis liquet. ita in noct. Att. lib. 15. cap. 8. cenas delibrari, ſcripſerant, cùm ex v. l leg. ſit delibari. eodem modo & apud hunc poetã peccatum fuit etiam limare ſcripſerunt; vt ſæpe b & m inter ſe commutare ſolét. vide tamẽ Limare. 72,32. 107,22. 196,18, 213,26. &c.

DELIRARE LINGVAM. in lib. antiq. etiam delerare inuenimus, vt ſæpe aliâs η Græcum in e Romanis côuerti ſolet. 87,14.

DELVBRA, ſimulacra deorum. Feſt 47,7.

DELVBRVM. 186,1.

DEMENTIRE. 87.25.

DEMINVI. 20,6. 158,21.

DENIQVE, pro tandem; ita tamen vt non ſit ἐσχάτως. hoc modo: ita laboravit, vt fructus tandem aliquis exſtat. hoc certè obſeruatu dignum viſum eſt. 96,32.

DENSERE, id eſt, denſare. Hor. lib. 1. Od. 28. Mixta ſenum ac iuuenum denſentur funera. ita v. non eſt vtitur & Virgil. eo ſæpe, ſed in quibuſdam etiam hodie mendoſè eſt dẽ are. vt lib. 12. vos vnanimi denſate cateruas. ex. v. q. denſete. It Ouid. 13 Metam. Atra fauilla notat glomerataque corpus in vnum Denſetur. ita v. l. opt. idem lib. 14. vt in eo l. v. Tunc quoque cantato denſetur carmine cælum. 13,19. 21,15. & 24. 163,29. 209,14.

DENTES LETI. ita Nicander ὀδόντα λοιμοῦ dixit initio Θηριακῶν. 27,27.

DENTATVS, vncus, aſper. 49.23.

DEPANGERE. defigere. Feſt. & hîc, pangere. ſed hoc prouiſum eſt. non item vulgo notum eſt quod pro defigere, deſerere potuerint veteres, vt pro infigere inſerere. Sic accipio illud Tib. 1. eleg. Nam veneror ſeu ſtipes habet deſertus in agris, Seu vetus in triuio florea ſerta lapis. ita etiam v. q. rectiùs, vt Plautus Aulul. Nũc tuſculum emi hoc, & coronas floreas. Martial. lib. 8. & cingant florea ſerta caput. τὸ florida, vt in vulg. ſi a v. l muniatur, retineri poſſit, vt illud Catulli: Mihi floridis corollis redimita domus erat. niſi quis & ibi floreis legat. quamquam Catull. corollæ floridulæ etiam ex alia materia eſſe potuerit: In eo Catulli carmine ex Feſt. lego: Abit in quiete molli rabidus furor animi nam & ibidem rabidam rabiem & furentem dicit. et ex v. c. Deuoluit ille acuto &c. Sed his leuiculis omiſſis, ad rem. ipſe Tibull eodem lib. ait: Non domus vlla fores habuit, non fixus in agris Qui regeret certis finibus arua lapis. Eandem ferè vim etiã deſtinandi, et deſiſtẽdi verb. habuiſſe dicemus in Notis ad C. Cæſarem. 70,4.

DEPASCI. ita & Virg. in georg. 73.20.

DEPERIRE, perire, ita Varro lib. 8. de ling. Lat. Iidem ex ſermone ſi quid deperiit, non modo nihil impendunt vt requirant &c Sic idem lib. 4. dixit denaſci pro mori. 45,15.

DEPLEXAE, id eſt, circumplexæ, de, & hîc

hîc αὐξητικὸν eſt. 189,28.

DEPONERE CORPORA HVMI, ſe componere. imitatus Verg. 7. Æneid. Corpora ſub ramis deponit arboris altæ. 9, 10.

DERIDICVLVM de auger. vt in depoſitū, deſubitò, Terent. vſus eſt, Heaut. act. 5. ſc. 1. vt v habet codex, nā vulg. eſt, ridiculo. Agel. lib. 13 cap. vlt. pueri in ludo rudes, ſi enim librum accepiſſent, non ij magis in legendo deridiculi fuiſſent. 97,19.

DERIGERE. deorſum tendere, pertinere. ita etiam in Varr. Virg. & Feſt. obſeruaui quibuſdam locis ſcriptum. 220,4.

DERIPERE. Tibull lib. 1. Sertaque de ſanctis deripuiſſe focis. ita ibi malim; vt et apud Virg. lib. 1. Tergora deripiūt coſtis. & apud Statium in Thebaid. lib. 3. Ergo manu virtas damnataque vertice ſerta Deripite. vbique vulg. dirip. 109,12.

DERVPTA SAXA, .i. prærupta. 211,7.

DESCEDERE. Etſi nō auſim affirmare veteres ita ſcripſiſſe pro diſcedere, ſuſpicari tamē licet. nā librorum calamo ſcriptorum conſenſus me vt alios antiquitatis ſtudioſos homines hîc etiam cōmouet. præſertim cùm & deuerticulum, & derigere &c. etiam dixerint. quod licet nō omnino ſuperiori ſit adfine, aliquid tamen argumenti præbet. 22,16.

DESCRIPTA TELLVS. DESCRIBERE veteribus eſt partiri. et quaſi terminis poſitis ac per limites diuidere, & ſuam cuique partem attribuere, vt apud Virg. Æneas facit. vnde & pro digerere, rectéque & ordine quid cōſtituere ſumitur: vt rep. bene deſcripta nihil eſt præclarius. ita Græc. καταγράφειν & διαγράφειν Huius notionis ignoratione multi multa peccarunt in veterum ſcriptis. vt in hoc poëta pro deſcripta, erat diſcreta. & apud Cic. vet rhet. lib. 1. In præſentia rātummodò numeros et modos & partes argumentandi confuſè & permixtè diſperſimus: pòſt deſcriptè & electè in genus quodque cauſſæ digeremus. ita hodie rectè, auctore Ioachimo: olim vulgati libri habebant, diſcretè. Ouid. lib. 1. metam. Vix ita limitibus deſcripſerat omnia certis. Sic leg. puto aut certè diſſæpſerat, inſpectis libris vet. ſex. in quibus diſcerpſerat deſcerpſerat, dicerpo & diſcerpſit. nuſquam diſcreuerat, quod in vulg. hodie eſt. Sic etiam reſtituo ex antiquiſſ. meo illud Horatij lib. 2. od. 13. Sedeſque deſcriptas piorum, et Æolijs fid. etc. in eo. lib. erat Deſcriptas, & ſuprà ſcriptum in interſtitio, vel diſcretas. atque ita vulg. o. & Cic. epiſt. ad Caſſium lib. 12. tabulę figuntur; immunitates dātur: pecuniæ maximę deſcribuntur. ita eum locum doctiſſimus Victorius emendauit ex v. l. 193,20.

DESIDIES, vt amicities, diluuies. etc. 150, 2.

DESIERVNT. vide præterita. 20,27.

DESIPIENTIA. ita beneficientia exſtat in v. l. Cic. lib. 1. de offic. Beneficiētia quā eandem vel benignitatem &c. nā & beneficere ac malefic. eſt in P. Flor. 88,28.

DESPECTVS, us. κατόψεως. 121,9.

DESTITERVNT. 138,20.

DESVBITO. Plaut. in Bacch. vt derepētè, de αὐξήτως, vſus eſt & Cic. in lib. de rep. vī de Nonium. 44,16. 93,12.

DEVICTVS SOMNO, ſ. vide victus. 140,5.

DEVINCTVS SOMNO. 140,5.

DEVINCIT SOPOR MEMBRA. Valer. ſopor illigat artus. 122,15.

DIA, diuina. Feſt. 41,19.

DIA OTIA. 191,30.

DIAPABVLA, præclarum τοῦ βίου epitheron. 177,31.

DIVS pro deo ſeu diuo ponebant veteres. hinc dium ſcribit Feſt. heroem dici cui genus ſit ab Ioue ſummo, hoc eſt ἀπὸ τοῦ Διός. Ennius apud Feſt. 505. Cōſtitit inde loci dia diarum. vbi etiam leg. Circum ſos quę ſunt &c. Fortaſſe hinc diuus manauit, interiecto altero u, vt fluuidus &c. 153,16.

DICTA. mille locis vtitur hac voce Carus; & amplius quid apud eum notat, quàm vulgo. accipit enim pro diſputationibus & rationibus philoſophicis. loca vbique obuia. apud Græcos λόγος etiā ita variat.

DICTIS PRAEBERE ANIMVM, attendere.

ex Lucilio, credo, ſumpſit. ait ille lib. 29,
Pręterea vt noſtris animū attendere dictis
Atque adhibere velis. Et lib. 27. Rem cognoſcas ſimul & dictis animū attendas.

DIDERE. vel tum eleganttiſſ. paſſim tribuere, ac diſſerere. 71, 10, & 21. 80, 30. 88, 6. 95, 8 et 12. 115, 24. 127, 22 & 30 & 32 137, 32. 231 26.

DIDIDERVNT, vide pręterita. 194, 13.

DIDITVS. 149. 5. 182, 21.

DIFFERRE, diſſipare. Ennius Andromeda: Alia fluctus differt, diſſupat viſcerarim membra &c. 9, 24. 54, 9. 215, 32.

DIFFERITAS, differētia: hac voce Arnob. etiam vtitur. ſic Lucil. prodigitas dixit apud Nonium. 128, 5.

DIFFVSILIS AETHER. 163, 5.

DILANIATA ANIMA, ſtalatè. 90, 4.

DILVCERE, vt dilargiri copiā ſonat. 154, 1.

DILVTA ABSINTHIA MISCERI, aſperſa. vt diluere elleborum dixit Perſi. plerūque pro infirmare ac deminuere vſi ſūt veteres. hinc apud rhetores, diluere crimen. & apud Hor. curā diluere. & Cic. aliquādo coniungit illa, diluere & infirmate. hinc in vet. l. optimè apud Cic. lib. 1. off. vt amicitias &c. magis decere cenſent ſapientes ſenſim diluere quàm repētè præcidere quamquam mihi hîc magis placeret deluere. nā deluere idē eſt quod ſoluere. vulg. diſſuere. ſed hoc (vt aliás ſæpe, vide hîc pag. 96, 15) adſumptum eſt à quibuſdam ex Læl. Cic. vbi etiā ita lego ex vet. c. opt. Tales igitur amicitiæ ſunt remiſſione vſus deluēdæ; & vt Catonē audiui dicere, diſſuundæ magis, quàm diſcindundæ. Cato ergo dixerat diſſuere & diſcindere. Cic. deluere & præcidere. 115, 7.

DILVVIES. vide Non. & hîc amicities &c. 156, 17

DILVVIARE, diluuie obruere. 160, 21.

DIMMINVO, ita veteres pro diſminuo dicebant Ter. Adelp. act. 4. ſc. 2. Dimminuetur tibi quidem tam cerebrum Sic leg. puto, adſtipulāte etiam Priſc. cuius hæc e lib. 1. ſunt verba: Tranſit hęc eadē (litteras) in m. vt rurſum pro rurſus, dimminuo pro diſminuo. Terēt. in Adelph Dimminuetur tibi cerebrum. 156, 29.

DIMOVERE, laxare. 221, 18.

DIRA LVBIDO, cupido. 140, 24. 142, 3.

DIREMPTA MORTE. Cicer. 1. Tuſc. Eſt enim interitus quaſi diſceſſus & ſecretio ac diremptus earum partium quæ ante interitum iunctione (ſ. vinctione) aliqua tenebantur. 4, 26.

DISCEDERE, hiare, diuidi. 73, 25.

DISCIDIVM, pro diſtractione; interdum pro diuortio. Diſſidium animi eſt. Diſcidium verò corporis, à diſcindere, id eſt, dirimere. vt excidium ab exſcindere. vox apud omnes bonos ſcriptores deprauata eſt, Catullum ad Mall. Plau. Tibull. Terent. Cic. minimùm ſepties. In Pand. Flor. & apud Tacit. lib. 2. manſit integra. Agrippa inquit, diſcidio domū imminuerat. apud Lucret. hactenus fuit deprauata Marullo auctore. à Lāb. primùm reſtituta, vix firmiter tamē adſentiente. ſic ſcrib. apud Tibull. eleg. 5. Aſper eram, & bene diſcidium me ferre loquebar. Catul. Sed fratris cari flebile diſcidium. Ter. Hecyr. act. 5. ſc. 2. Profectò in hac re nihil mali eſt, quod ſit diſcidio dignū. & ibid. Neque mea culpa hoc diſcidium euenifſe. id teſtor deos. ita v. l. et in Andr. Valeant qui inter nos diſcidiū volunt. Ouid. lib. 5. metam. ſed tanta cupido Si tibi diſcidij eſt, repetet Proſerpina celum. ſic lego ex vno v. c. Arnob. lib. 5. cùm diſcidio partium ſanguis fluit immēſus. ita leg. Ouid. 14. metam. Non bene diſcidia Phrygij latura mariti Sidonis. Sic idem v. l. noſter vt a ſit long. ob pr. aut leg. diſcidium. nā vulg. diſſidiū non conuenit ei loco. 8, 4. 9, 1. 15, 12. 39, 30. 83, 31. 84, 4. &c.

DISCINDERE, pro dirimere, diſpellere, ſeparare. quod enim diſcinditur, diuellitur, ac diſiungitur, & reicitur. ita vſus eſt & Prudentius pſychomach.

— pax inde fugatis
Hoſtibus alma abigit bellum, diſcinditur omnis
Terror, & auulſis exfibulat ilia zonis
Veſtis, & vſque pedes deſcendens defluit imos.

ira

ita v.l. illo vſque eleganter ſine ad vſus eſt, vt veteres ſæpiſſimè, vulg. tamen diſcinditur, non eſt malum. 93,8.

DISCREPAT. perelegaanter & conciſè vſus eſt; id eſt, aduerſatur ſibi ac repugnat. hoc modo: ſi prima corpora dicis fragilia eſſe, ſeu non ſolida; repugnat hoc, quod tamẽ adſeris, æterna illa eſſe. nam quæ ſunt fragilia, eadem intereunt. Simile quid in confugere monuimus. 21,1.

DISCREPITARE, vide frequentat. 67,31. 98,13.228,28.

DISCLVDERE, diſparare, vide Macro. hoc verbo præter ceteros delectatus eſt Prudentius. 162,8.

DISCLVSVM. 78,20.

DISIECTARE. 53,16 & 25.88,30.

DISPANSVS, explicatus. Diſſentio ab Agellio qui paſſum à pando ſemper dici cõtendit lib. 15. cap. 13. nam innumerabiles in veterum ſcriptis contra librorum manu ſcriptorum (quibus hodie vt locupletibus & aſſiduis vtimur & innitimur teſtibus) fidem, loci immutandi eſſent. neque video, cur panſum à pando non tam rectè dici poſſit quàm à ſcando ſcanſum. quod eò non commemoro, vt paſſum reiiciendum putem: ſed vt veterum ſcripta non temerè permoueantur. Manſit integrum in Minutio: Signum ſanè crucis naturaliter viſimus in naui, cum velis tumentibus vehitur, cum expanſis palmulis labitur. Apud Prudent. in veter. membranis exaratum etiam manſit, in Pſychomach.

Cornibus oppanſis & ſumma fronte coruſcum.

& Cathemer. hymno vlt. Hic præliante exercitu Panſis in altum brachiis. et in præfat. lib. 1. contra Symm. Vix panſo poterat currere carbaſo. idem dixit retunſis, lib. peri Stephan. Romano:

Aut ferrum in ore nil agens & irritum
Verſaſſe fruſtra ſe retunſis ictibus.

Sic habent 3. manuſcripta. vulg. aliter. ſe pro eũ poſuit rectè. & Virg. lib. 4. georg.

Proderit & tuſum gallę admiſcere ſaporẽ.

& lib. 1. — Durum procudit arator
Vomeris obtunſi dentem. Sic vtrobique legi monuit Priſcianus lib. 10. in vet. cod. nam vulg. editus Priſciani codex mendoſiſſimus eſt. 10,26.

DISPERDERE. 90,9.

DISPERSVS TITYVS, idem quod porrectus hîc ſonat, explicitus, diductus. Virg. 6. Æneid. de Tityo:

— Per tota nouem cui iugera corpus
Porrigitur. —

verùm ineſt quædam auxeſis. quam ſeruauit etiam Ouid. de Tityo lib. 4. Met.

Viſcera præbebat Tityos lanianda, nouemque
Iugeribus diſtractus erat. — 104,18.

DISPERTIRI, παθηλαῶς. 212,29.

DISPERTITVS. 91.22.

DISPLOSA VESICVLA. ita & Horat. in ſatyris. 198,15.

DISPOSITVRA. veteres hac verborum forma ſtudioſiſſimè vtebantur. poſteriores ferè in io fecerũt, vt diſpoſitio &c. Hinc & magiſtratuum nomina cenſura, prætura &c. ita apud Varronem reppeti aſſura, farſura, penſura, cubitura, curſura. apud Cic. conſitura. Vitruu. contractura. Plinium diuerſura, inciſura. Senec. conditura. hîc formatura, compoſitura &c. vide & poſituta. congeri poſſent multa alia, ſed rationem ac viam hîc indicaſſe ſatis eſt. 33,9.154,18.

DISPOSTVM. 56,10.

DISSAEPIRE. vide deſcribere in verſu Ouidij. 32,13.

DISSERPERE, tralatè. hinc inde exiſtere ſeu exoriri & exire. ſic differre, diſſerere etc. 82,22.

DISSILVI. ita veteres ſępiſſ. loquebantur. hodie ferè diſſiluiſſe. indeque factum vt veteres libri multis modis ſint deprauati. Ouid. lib. 4. Faſt. ferè extremo:

Per flammas ſaluiſſe pecus, ſaluiſſe colonos.

ita leg. ex v.l. & Priſc. Virgil. lib. 2. georgicon:

Mollibus in pratis vnctos ſaluere per vtres.

ſic in q. lib. exſtare monuit Priſcianus. in al. ſalıere. Ouidius. 9. Metamorph.

Exluit,iunctaſque manus, &c.
ſic v.c.vbi tamen τῶ u alterum cruſculum eraſum erat, ver. lib.10.
Exiluit gremio furibunda.
Prudent.Pſychomach.
Hæc vbi dicta dedit gradibus regina ſuperbis Deſiluit.
ita leg.ex v. & Apotheoſ.
Proſiluit pauidus deiecto antiſtite princeps. ſic ver.c. 13,15.&c.
Dissitvm,ſparſum. 77,24.85,135,30.
Dissvltare,vt reſultare alibi. 85,20.91.2.
Dissvpare antiq. pro diſſipare. vide ſuprà epiſt.ad lect.vide etiam Feſt. ſupat. Artius Fidicin.Abtorque proram,ac ſupa rortas copulas.ita leg.puro apud Nonium, copulę.12,5.21,19.67, 16. 135, 15.
Dissvpat sol calorem in omnes partes,differr. 42.25.
Distenta vbera. Virg. & Horat.imitari.Ennius diſtentum corpus dixit.9,11.
Distvrbat, pro diſturbauit.vt alibi inniâr,&c. 212,23.
Diva pabvla. ſic in v.q.l. ſcriptum eſt, quod vt rarius adnotandum fuit . aliâs ferè dia diceremus. Prudent. 1.in Sym. tamen ſimiliter vſus videtur:
Nam quid ruſticitas non crederet indomitorum
Stulta virûm,pecudes inter,rictuſque(hîc in 2.v.legi,rituſque)ferinos
Degere ſueta, animû diuæ rationis egenû
In quamcunque, &c.
Ita leg. & interpunq.puto locû alioqui obſcurum. 177,31.
Diverberare,dirimere. 8,6.40,30.
Diversvm ire,eleganter ac breuiter diſcedere in diuerſa loca. multi veterum ita ſunt locuti. 168,23.
Divorsvs. 145,21.
Dividere,diſtribuere. 126,31.
Divitior.Terent.Phorm.act.1.ſcen.1. Semper aliquid addant diuitioribus. & Plaut. Pſeud.&c. 183,11.
Divi,dij,Feſt λ.diui manes. 154,8.
Divvs,ſub diuo.Varr. hoc mutatum ſæpe ab his qui ignorabant , ſub diuo, & ſub dio rectè dici . vt in Horat. lib. 2. od 3.De gente ſub diuo moreris. ita v. lib. 114,27.
Divs pro aêreo,ſeu diurno. Feſt. 1,30.
Dolere antiqui dicebant, nunc dolare. Varr.apud Noniû. ita in plurimis verbis variatum eſt. 168,6.
Dolia cvrta vocat amphoras Romæ paſſim in angiporris meiendi cauſſâ diſpoſitas, dolia inquam fracta & mutila, vt curtos Iudæos , quibus præciſa erat pellicula, vocat Flaccus. Q. Titius apud Macrobium de iudicibus vinolentis : Dum eunt , nulla eſt in angiporto amphora,quam non impleant; quippe qui veſicam plenam vini habeant. 140,4.
Domi domitos. hoc ex Plauto videtur ſumpſiſſe poëta: Domi domitus fui vſque cum caris meis. de huiuſmodi geminatione vide Geminatio. 190,9.
Dominatvr flamma. ita & Virg.l.2. Prud.regnantes ignes. 214,15.
Domvs caeli. ita & Homer. & Horat. lib.1. od. 3.
Poſt ignem ætherea domo ſublatum. vide templum.ita Varro domum terrę dixit: Per æuiternâ hominum domum tellurem. 70,27.205,18.
Domvs avivm,nidi.Virg.2. georg.
Antiquaſque domos auium. 1,26.
Donicvm vel doniquum, pro donec.vſi ſunt hac voce omnes vet. Enn. Plaut. Varr. Cic. &c. ſed plerûque deprauata eſt in denique : & in quadam lege fortaſſe 12. tabularum apud Feſt. Si fus. donicû inter ſe. ita legend. puto:ſed de eo fragmento aliâs latiùs. 71,1,& 15. 169,31.170,19.175,28.179,10.
Dorcas nomen eſt muliebre. meretricum læ nomen tale in epigrammat. Græcis extſtar . tribuunt amatores exſuccis & arido corpore amiculis hoc nomen: nam duriſſima cute & verè lignea beſtiola illa dorcas eſt , vnde nomen puellare. vide & ligneus . D. Lucas act cap. meminit puellæ cuiuſdam Dorcadis ſeu Tabithæ . Alexis ab Athen. adducitur in

in Doide. Dorcium puellæ nomen apud Terentium act. 1. ſcæn. 2. Cape, da hoc Dorcio. vbi Donat. Dorcium femininum nomen eſt, vt Planeſium, Glycerium. Priſcian. lib. 6. inter mulierum nomina commemorat Dorcium, Glycerium, Chryſium, Abrotonium, Leontium. 144,10.

DVBITARE, pro timere: non dubitare, vt alibi commeditari, confidere, & audere, ſed tralatè. quod enim quidam hic endobitabat malint, pace eorum admittendum non puto: nam & contra vetuſt. lib eſt, & contra antiquitatem. betere dicebant veteres, pro ire, non betare. Nonius. hinc & betenſes, pro bitienſes leg. apud Feſt. hinc perbitere, præbitere, interbitere. apud Feſt. Numero. Perbit. Non. Perunere. leg. Perbit. Plautus Moſtell. Captiu. Curc. in Pſeud. leg. perbitere, id eſt, perire, vel perimere. 286,14 231,19.

DVCERE VOCES. 192,17.

DVELLICVS pro bellicus, vt duonus, bonus. duidens, bidens, duis, bis. hinc Duicenſus apud Feſt. Duellicus diſyll. eſt, vt duo monoſyllabum apud Lucil.

Hunc pontes Tiberinos duo inter captus catillo.

vide & fiat A duello autem perduellis, id eſt, quocum eſt duellum, hoſtis. qua de re Cicero eleganter in Offic. libro 1. vbi tamen ex notis mihi videtur irrepſiſſe mendum turpiſſimum. Quamquam id nomen durius iam effecit vetuſtas. à peregrino receſſit, & propriè in eo qui ferret arma contra rempubl manſit, ſic legendum coniicio, id quod doctiſſimis viris etiam probatum memini. ferre arma contra, vt in vulgat. φαῦλον nimis eſt: & hoc fit etiam in priuatis. 56,27.

DVLCET, pro dulcet; vt frigit. pro friget, tudit, &c. antiqui originis verbis vtebantur, vbi nos deriuatis. vt Lucilius, lentet. nos lenteſco, ſenet, &c. vide ægret. vſus eſt & Paullinus: Nec vnda miſſo dulcuit ligno. 50,32.

DVNTAXAT, pro ſcilicet. not. 40,1.

DVRARE MEMBRA. vide & condurare. 191,3.

DVRAMEN AQVAE glacies. vide lateramen. 210,30.

DVRATEVS. δούρειος antiquo Græcorum ſermone ξύλον ſonat, id eſt, lignum hinc δούρειος, & δουράτεος, ligneus. Homerus ἵππον δούρειον, Apollon πύργον δουράτεον dixit. non rectè ergo meo iudicio contra libros vet. formis manuque deſcriptos ex Politiani auctoritate hodie extantem q cod. Valer. lib. 2.

manet immotis nox durica luſtris.

Et genus Æneadum, & Troiæ, &c

equus durius ac durateus dicitur, nunquam duricus: nam eadem ratione quis pro ligneus lignicus faceret, aut ſimilia. deinde ſi duricus admitterem, quod non licet, ſed fac ita eſſe tamen, quis noctem duricam, id eſt, ligneam diceret? miror homini doctiſſimo hæc excidiſſe. leg. ergo ex vet. codice nox dorica, vt apud Verg. 2. Aeneid. Dorica caſtra. itaque dictum videtur, vt dies Allienſis, qua nocte Dores ceperunt, & inflammarunt Pergama. 16,4.

DVRITER, vt nauiter, longiter, & plurima apud Nonium. 191,13.

E

E BREVE IN SVPERNE. vulgo putant veteres E in talibus aduerbijs ſemper produxiſſe. hinc deprauata ſunt loca plurima. Virgil. 2. georg. flos apprimè tenax. ita vetuſtiſſ. cod. vulg. apprima: etſi apprima etiam bonum ſit, & Seruius ita legerit. Horat. lib. 2. od. vlt & album mutor in alitem Supernè, &c. ſic in vetuſtiſſimo codice legi, vulgat. Superna, Sic etiam aduerbia in o perperam putant omnia producta eſſe, vt ſerò, crebrò, &c. de quibus aliàs. ita & hic bonè, clarè, longè corripuit. 121,21. 178,2. 200,7. 213,1. 313,1. contra de A ſuprà dixi, eam ſæpe productam reperiri aliter atq. vulg. putent, vt in hoc loco Prud. 2. in Symmach.

interius ſpargit ſola picta rubenti

Flore pudicitia. pudor almus & aetria ſeruat. ita elegantiſſ. vet. c. opt. Virg.

Dona dehinc auro grauia, ſectóque elephanto. Video Prudentium in, cuique, e ſæpe producere, vt in Hamartig.

Adſignare deos proprios, ſua cuique iura.

& lib.2.in Symmach.

— Sua cuique dextra eſt.

& ibid. ſuus eſt mos cuique genti. ita v.libros habere teſtor: nam in vulg. omnia mutata.

E LONGVM OB CR. ita alibi a 216,21. Sic ob FL. Ouid. 7. Metamor. Illic Aemonia radices valle reſectas Seminaque floresque, et ſuccos incoquit acres. Sic malim ex v.l. vulg. & flores atros. Sic ob FR. Prud. pſych Imbuere fragilesque viros &c. ita Græc. adducam vnũ ex Demoſt. Bithyn. lib.14. apud Steph. Ἐςὶ δ᾽ ἐπιπροτάφροισι χλωῖς καὶ χήδεος ἄχρη Ἡραία. &c. Sic ob PR. Prudent. peri Steph. hymno 4. Ciuitas queque precioſa portans: ita v.c. vulg. omnis: non ſatis latinè. et Ouidius tertio Metamorphoſeos:

Vulgúsque proceresque ignota ad ſacra feruntur.

Sic. v.li rectiſſimè. vul. Et vulgus proc. & eodem libro:

Corporéque preſſo ſpinę curuamine flecti Incipit. ſic legi puto. aut vt in v.q. Corporéque depreſſo, vt ſit pœon 1. vul. Corporéque & preſſo. Sic ob SP. 216,5. Ob TR. Prudentius in Apoth.

Cùm libet in gelidum flabrare frigore ventum. Sic leg. ex v.l. 221.24.

E NON EXTRITA. amat hiatum in verſu Titus noſter, amat eius familiaris Ennius: amant denique omnes antiquiores poëtæ. 156.9.

E REBVS VIGERE COMPTA, vbi ę quaſi pareleon eſt. alibi nondum legi. 109,7.

EA PROPTER. Varro, Hercules: hac propter omnes qui laborant, inuocát. apud Nonium Tutanus. 118,1.

EADEM VNA ἀσυνδέτως. nos ferè vna eadémque. ſed & Lucilius libro nono: hoc faciemus & vno eodẽ vt dicimus pacto, Scribemus &c. apud Scaurum de orthographia. Idem libro 27. id bonis porro (ſeu, proprium) eſt viris

Si irati ſeu cum propitij ſunt ij, vt

Diutius eadem vna maneant in ſententia

Non cum benignitate ſollicitarier

Propoſito.

Sic legend. niſi fallor, elegantiſſ. verſiculi, apud Nonium propirios; quibus tamen verbis condemnatur Lucilij æmulus Flaccus, qui de ſe ipſe ait:

Iraſci facilem, tamen vt placabilis eſſem. 51,9.

ECQVA, vide et quátus. 186.9. & 12. & 13.

EFFERRE, vt exanclare pro perferre, nam & ex ἀνέχεσθαι eſt. vide Eximus. ita apud Ciceronem in Sextiana, vetus quidam poëta: Si tu laborem ſumma cum cura efferas Nullum. Cicero efflígere pro adfligere, vexare, eodem modo dixit libro nono ad Atticum extremo: Sed enir immitiſſimus Seruius, qui filium miſit ad effligendum Cn. Pompeium, aut certè capiendum. ſic omnino leg. ex v.o. Agell. ematureſcere lib. 2.cap. 29. 5,21.

EFFERVERE TERRAM. ita poëta, vulgò ferè terra dicerent. verùm ita veteres iunctis ab e vel ex, verbis vti cõſueruñt. Manilius libro quinto:

Impellentis onus monſtri caput eminet vndas,

Virgilius 11. Æneidos:

Iſque vbi ſe nullo iam curſu euadere pugnam Poſſe &c.

ita v.q.l. vulg. pugna. vidè & Euadere. Horatius lib.4. odę vlt. — & ordinem

Rectum euaganti fræna licentiæ

Iniecit. — ita enim cum Porph. omnino leg. puto. 65,5.

EFFETVS. effetam Tellurẽ dicit eam, quæ quaſi exhauſta, nihil aut certè tã multa non efferat quàm conſuerit. eodem modo Columella eſt locutus, qui ad hunc locum, ſicuti adluſiſſe videri poteſt initio libri de re ruſtica. Sępenumero ciuitatis noſtræ principes audio culpantes, modò agrorum infecunditatem, modò cæli per multa iam tempora noxiam frugibus intemperiem; quoſdam etiam prædictas querimonias velut ratione certa mitigãtes, quòd exiſtimẽt vbertate nimia prioris æui defatigatũ et effetũ

ſolum

ſolum nequite priſtina benignitate prę bere mortalibus alimenta.et cęt. vbi ait Tellurem donatam æterna iuuenta, ac diuiuam omnium matrem non conſe- nuiſſe &c. Locus eſt pulcerrimus: eaque de cauſſa adſcripſi licet longiorem. Salluſtius non abſimili ratione dixit de Repub. Rom. Ac ſecuti effeta parentum, multis tempeſtatibus haud ſanè quiſquam Romæ virtute magnus fuit. Sic leg. eum locum ex. v.l. puto elegantiſſ. Sicuti.i.quaſi,tamquam.effeta parentum.i. effeta parente, Græco more ἀδελφοὶ ἀνδρῶν. & Plinius, canũ degeneres. 72,4.

Effigia, effigies, Afranius, Vopiſco:
— cuius te ſuſcitat
Imago? cujus effigia cognatus patre?

Sic intemperia pro intemperies: apud Nonium: ſic luxuria & luxuries, cuius genitiuus etiam luxurij apud Ciceroné exſtat in Lælio: Dirimi tamen interdũ contentione luxurij, cõdicionis vel cõmodi alicuius. ſic.v.noſter.opt. in quo tamen erat luxuri: vt apud Noniũ pernici.cum ſit leg. pernicij quo etiã vſus eſt Cicero pro Amerino: Quorum nihil pernicij cauſſa diuino cõſilio, ſed in ipſa &c. vbi etiam vulg. pernicie. qua de re in Agel. latiùs. Similiter apud Horatium lib.1.od.de Glyceræ amore:
Mater ſæua cupidinum Thebanæque
iubet me Semelæ pater. & libro 3. Iam clarus occultum Andromedæ pater. & epiſtul. ad Loll. Sponſi Penelopę. &: Sirenum voces & Circæ pocula noſti. ita vbique.v.c.noſter. vulg. Semeles & cet. Vide et Amicities, materies, etcc. 109,22.110,27.

Efflare. abſolutè, vt illud Cicer. in Catone maiore: Et ſuauitatem odorũ qui afflarent e floribus &c. ita leg. puto ex.v.q.c. alibi vſus eſt poëta ἐκφλοιῶς 115,2.116,9.61,6.

Effugium vt perfugium, profugium. 89,21.179,17.

Egignere. ita dictum idemque ſonat quod efferre: nam vt hoc, ita & illud rebus e terra exiſtentibus ac exorientibus ferè tribui ſolet. hinc gignentia Salluſt. Iugurth. τὰ φυτὰ, abſolutè, τὰ φυόμενα. vide hic alibi Voluẽtia. 58.5.

Egregie', valde, ita alibi Eximius. 79,21.

Egregius; pro, magis egregium. ita exiguius Vlp. noſter. 122,28.

Eii pro ei. Solent vocales geminare antiquiores magis quàm cõſonantes. De cõſonantibus Feſt. Totus multiſq; aliis in locis. De vocalibus adſcribã egregium locum e Priſciano lib.1. Et, i, quidẽ modò pro ſimplici, modò pro duplici accipitur conſonante: pro ſimplici, quãdo ab eo incipit ſyllaba in principio dictionis poſita, ſubſequente vocali in eadem ſyllaba, vt Iuno, Iupiter: pro duplici autem, quãdo in medio dictionis ab eo incipit ſyllaba poſt vocalem ante ſe poſitã; ſubſequente quoque vocali in eadem ſyllaba: vt maius, peius, eius. in quo loco antiqui ſolebant geminare eandem, i, litteram, & maiius, peiius, eiius ſcribere, quod non aliter pronunciari poſſet, quàm ſi cum ſuperiore ſyllaba prior i cum ſequente altera proferretur, vt peiius, eiius, maiius: & duo ii pro duabus conſonantibus accipiebant. nam quamuis i, ſit conſonans, in eadem ſyllaba geminata iungi non poſſet. ergò non aliter quàm tellus, mannus, proferri debuit: vnde Põpeiij quoque genitiuum per tria i, antiqui ſcribebant: quorum duo ſuperiora loco conſonantium accipiebant; vt ſi dicas Pompelli. nam tribus iii iunctis qualis poſſit ſyllaba pronũciari? Quòd Cæſari doctiſſimo artis Grammaticæ placitum a Victore quoque in arte grãmatica de ſyllabis comprobatur. Hæc Priſc.. vt in.v.c. huius ſententiæ Ciceronem etiã fuiſſe tradit Velius, ac ſcripſiſſe Graiius, Maiia. hoc & noſter Titus tenuit. hinc apud eum eii & reii. de Maiia exemplum comperi in Attio lib. 10.annal. apud Priſc.v.c. Maiia nemus retinens grauido geſtauit in aluo. Plane in reicere, deicere &c. placet mihi v.l. ſcriptura, quæ eſt vno i. Agellio aliter ſentienti, alias, Deo dante, reſpondebimus

mus. 117,14.215,15.219,8.

ELICERE, vel, ELICERE VOCEM veteres dicebant, illud acrimoniam, ardorem & vi... indica: hoc callidnatē. ita Ouid. in faſt. cùm a ..no reſponſa captaret & eliceret, ait:

Voce mea voces eliciente dei.

Cic pro Cœl. Nonne ipſam domū metuet, ne quā vocē eliciat? ita ibi lego cū Lambino vulg. eliciat. atque ita apud hunc poëtam deprauata fuit ſcriptura: vide & côlectus, hinc et iicere, & ieiectare & mittere vocem aliis locis dicitur. 75,2.88,26.

EICIT, diſſillabum. hinc diſſillabū puto illud Virg contra Priſcian. A flumine reice capellas. 101,3.

EICERE. ita Seru. 1. Æneid.

Ac primū ſilici ſcintillā excudit Achates,

id eſt eiecit, inquit Seruius. ita leg. ex Priſc. 88.26.

EIECTVS, us. vide conlectus. 138,11.

ELIMINOR. 68,6.

EMICARE, de fulmine. ita omnes vtuntur. 182,27.

ENARE, dicitur anima e corpore, tralatē, vt effluere alij, euolare. 91,24.

ENDO, pro in, dixiſſe veteres teſtatur Feſtus: & verò iam notum eſt hoc, vt putidum ſit de eo verba facere. Vtitur eo interdum Lucretius, Ennium ſuum & hîc imitatus: atque ita ex v.l. etiam endoperator, endogredi, endopedire ſcripſi. nam indu, pro in, veteres dixiſſe, non inuenio; licet interdum ita ſcriptum reperiatur, vt & inde 3,26.8,24.

ENDO. Feſt. Induſtrium antiqui dicebant, endoſtruum &c. ſic leg. puto. 70, 13.132,13.151,24.222,7.

ENDO. hoc ſæpe in inde, & indu, & aliter etiam deprauatū eſt. Ennius lib. 17.

Inde mari magno &c. leg. Endo.

apud Macrob. 6. cap. 2. extremo. idem apud Auſonium in idyll.

Et cuius de more quod adſtruit inde ſuam do. leg. endo: nam ita & Victorius rectè adducit lib. 1. & f lib. 1. Inde tuetur ibi lupus femina &c. Endotuetur. Nonius, parumper. idem lib. 7.

Conſilio induforo, lato ſanctoque ſenatu. leg. endo foro lato, ſanctoque &c. in noct. Att. lib. 12. cap. 4. Lucilius.

Iactare inde foro omnes, & decedere nuſquam &c. leg. Iactari endo foro &c.

apud Firmian. lib. 5. cap. 9. idem lib. 30.

Omnia endo mari videas feruēte micare.

vulg. timendo mucio. apud Nonium micare. & rurſum Ennius:

Endo pauimento atque emblemata vermiculata.

vulg. arte ante &c. vide Plin. lib. 36. cap. 25. ſed de aliis aliâs. 132,13.329,..

ENDOGREDI, ingredi. 3,26.118.6.119,23.

ENDOPEDIRE. 110,12.

ENDOPEDITA, implicita, connexa. 8,24. 39,12.215,29.

ENDOPERATOR. ita Ennius apud Cicer. lib. 1. de Diuinat. Omnis cura viris, vter eſſet endoperator. 1,8,12.

ENIM, interdum valet autē. 96,27.98,12.

ENIM. initio orationis, pro etenim, vt Afranius Simulante. Plaut. Aulular. & Terent. Enim laſſam oppidò tum aiebāt. & Paullus in l 28: Si arbiter, Dig. de probat. & hoc id eſt, quod Græci dicere ſolēt ἰντααῦθα: enim poteſt hoc memoria teneri &c. vulg. locus ille peſſimè legitur. & Cic. ad Attic. lib. 4. Macioni vix videor præſto eſſe. enim auctionem &c. ita vet. c. 52,19.234,8.

ENIM hæc particula ſæpe ſolet non principi ſtatim ſubici orationis verbo, ſed alteri etiam ac tertio Cic ad Attic. lib. 12. Druſia cupit enim vendere. & lib. 14 Odioſa illa enim fuerant legiones venire cuius ignoratione rei menda in vet ſcriptorum libris exſtiterunt multa, & hic in q. lib. deprauatus eſt verſus Enn. Brundiſium pulcro præcinctum præpete portu. 71.32. 83.22.16,95,12.

EPITHETA GEMINATA. Seruius aliique grammatici, quaſi vitioſum in verſu, ſi duo vni nomini attribuantur epitheta, atque xii. locis hoc admiſiſſe Virgilium. miror hoc ab eo reprehendi, vt vitium, cùm Lucretius id ſæpe faciat, & ſæpius quàm Seruius putauit, Maro, vt

ipſe

Ipſe deprehendi. Non nego rariùs hoc faciendum; eaq; in re ab Ennio & antiquiſſimis diſſentio: qui hoc factitabant plurimis in locis: ſed interdum ſi fiat, reprehenſionem minimè meretur: aut grauiores illi auctores laudent quã ſint Virgil. & Lucretius. Sæpe autem vulgo deprauata ſunt, vt in illo Ouid. metamorph.

Tertia turba pauet, cognouit numina caſtus
Euinctus vitta crines albente ſacerdos.

ſic ex v.lib. puro leg. vulg. caſtos. Virg. lib.12. —— infelix humero cùm apparuerit ingens Balteus. quem locum etiam mutilarunt quidam. idem lib.4. georgic. extremo:

Saxoſusque ſonans Hypanis, Myſusque Caycus. ſic habent vetuſtiſſimi libri: nec moueor admonitione Seruij apertè falſa. immo ex tali interpretatione vulgatum, ſaxoſum intrepiſſe puto. Pruden. 1. in Sym.

Nec terreſtre deam decuit mortale ſubire
Coniugium. ſic ex v.lib puto leg. Sic Horat. ferè lib.1. Sermon. 4.

—— at pater ardens
Sæuit, quòd meretrice nepos inſanus amica
Filius vxorem grandi cum dote recuſet,
Ebrius. &c.

ſic eum locum ex v.c. potius leg. puto. 9,9 & f.10,14.46,29. 30,25.71,1.

ERGO χάριν. vide igitur. & Feſt. 187,15. 213,9.

ERIGERE IN LVMINIS ORAS. f. ſic & Virgil. ferè lib.3. vbi de Ætna:

Interdum ſcopulos, auulſaque viſcera montis
Erigit eructãs: liquefactaq; ſaxa ſub auras
Cum gemitu glomerat. —— 194,2.

ERVMPERE SE. ſic in Att. noct. lib.15. cap. 22. In fugã ſe prorupit. & apud Nonium Attius: ſtupiditate erumpit ſe. & Marcipore Vario. Virgil. 4. georgic.

Et caput vnde altus primùm ſe erumpit Enipeus.

& ad Cicer. vtitur lib.8. Cœlius antiquitatis amantiſſimus: Sed ad bellum ſe erumpit. ita v.c. 142,28.

ERVMPI, pro, erumpere, vt alibi, prorũpi. 212,19.

ERVPTVS, [illegible], vt alibi, abrupti. 23, 28.

ESCIT, erit. antiquum verbum multis locis deprauatum. Feſt. eſcit, ſupereſcit, obeſcit, nec, vbi tamen eſt, neceſſit, pro nec eſcit. & in noct. Attic. lib.20. cap.1. Æquitaſue vitium eſcit. vbi tamen vulg. eſſet, vt & hic: ſed in v.q.c. inueni, extit. hinc reſtitui. ſic apud Ciceronem 3. de Leg. Ciuium eſcunt, onus ſeu vnus, ne ampl. f. m.f.ſ. creuent. idem &c. ita difficillimum locum ex iudicio doctorum hominum non malè me reſtituiſſe puto. ſic etiam legend. puto illa legis XII. tabul. verba apud Cic. 2. de leg. QVOI AVRO DENTES VINCTI ESCVNT &c. 20,12.

EST CVM, EST QVANDO, Græc. ἔστιν ὅτε, ἔστιν ὅς, id eſt, aliquando, interdum. ſic ἔστιν οἱ, quidã, ἔστιν ἄλλα. non nulla &c. ſic Hor.

Eſt qui nec veteris pocula &c. 203,19.

EST QVT, eſt vt, non erat vt &c. Græc. ἔστιν ὅπως. Eſt vt poſſit, id eſt, fieri poteſt vt, ſeu poteſt. Horat. lib.1. epiſt.

—— Non eſt vt copia maior Ab Ioue donari poſſit tibi. —— 51,22.179.2.

ESTO, conceſſionis particula, vt Græc. ἔστω & ἴτω. Virgilius 4. Æneidos:

Eſto ægram nulli quondam flexere mariti. & lib.12.
Cùm iam connubiis pacem felicibus, eſto,
Component. ——

Cic. lib.2. de finib. Eſto; fecerit, ſi ita vis, Torquatus propter ſuas vtilitates. 144, 20.

ET QVANTIS, ET QVIS, non placet nobis eorum ratio & inſtitutum, qui ex vno verbo metiuntur ſimilia, & efficiũt eadem. ſic multare & mulcare: anclare & anculare: accerſere & arceſſere, cum binis vſi ſint veteres, nunc vna ferè a quibuſdam relinquuntur, non rectè, vt opinor. Idem in, & quantus, & maxime, in & quis, accidiſſe plurimis locis cõperio: etſi ecquantis hîc fortaſſe admiſerim. de & quis hęc obſeruaui-

mu

mus loca Virg. 1. ecloga. Et quæ tanta fuit Romam tibi cauſa videndi. ita v. Terent. And. prolog. vt pernoſcatis & quid ſpei ſit relliquum. ita lego ex v. l. Idem Phorm. Act. 3. ſc. 2. Et quid ſpei porro eſt? ita v. o. Ouid. 1. metamorp. Et quid ſi comantur, ait? ita v. l. vulg. Ecquid. Prudentius 2. in Symmach.

— & quis amicus
Hoſtibus, hanc veſtro ſancte neget &c.

ita lib. v. optimus. Ibidem: Et quis erit, qui mille meos reprehenderit annos? ita v. lib. tres Virgil. 10. Eclog. Et quis erit modus, inquit, amor non talia curat. ita. v. lib. & lib. 3. Æneidos: Et quæ iam puero eſt amiſſæ cura parentis? ita v. lib. Prudent. apoth. Et quis in idolio recubans inter ſacra mille, Ridiculoſque deos veneraus ſale, ceſpite, ture. ita v. l. vbi idolium ſeu εἰδωλεῖον idolorum valet delubrum, eadem forma, qua Dianium, Mineruium apud Plinium. grauiter, vt opinor, falluntur illi, qui apud Paullum pro menſa vel epulo accipiunt. vnde ea eſſet notior Paulli ad Corinth, 1. ep. 8. verba ſunt: ἐάν τις ἴδῃ σε τὸν ἔχοντα γνῶσιν, ἐν εἰδωλείῳ κατακείμενον. epulo vetus interpres in idolio recumbentem. quis vmquam dixit, in menſa vel recũbere vel accumbere, & non potius in lecto, ad menſam ſeu menſæ, ἐπὶ τῶν κλινῶν κατακεῖσθαι, accumbere? conſiderent doctiores; ego non ferendum errorem puto. Ouid. libro 3. metamorph. Et quis io ſiluæ crudelius, inquit, amauit? ſic 5. libri veter. Prudentius in Apotheoſ. vbi admirabile illud Dei opus, dum ſacrificaret Iulianus apoſtata, commemorat.

— & quis alumnus
Chriſmatis inſcripto ſignaret tempora ſigno
Qui Zoroaſtræos turbaſſet fronte ſuſurros
Armiger e cuneo puerorũ flauicomantum
Purpurei cuſtos lateris deprehenditur vnus.

Sic locum illum, flauicomãtum puerorum cuneum vocat flauorum, id eſt, Germanorum miniſtrorum & ſatellitum, corporiſque Imper. cuſtodum ac militum cohortem. Manil. libro 4. Flaua per ingentis ſurgit Germania partus. pueros populari more vocat miniſtros. De Germanis autem ſatellitibus omnes meminerunt. Tacitus, Suetonius, Lampridius &c. Verùm hæc extra rem. Rurſum in poliuſſ. poeta Hor. lib. 2. ſatyr. 7. — iuſſerit ad ſe Mæcenas ſecum ſub lumina prima venire Conuiuam; nemo oleum feret ocius: & quis Audit. cũm magno blateras clamore, furiſque. Sic v. c. niſi quòd pro, nemo, habebat, nec mon cum litura; & pro audit, audiet. hoc fortaſſe rectius, vt fiat ſynizeſis, vt alibi. Luſcinias ſoliti &c. nemo, ob hiatum erat deprauatũ. quo enim hîc interrogatio, quæ etiam aberat a v. c. furiſque rectum videtur, id eſt, furioſè (vt in gloſſula erat) clamas: clamor hic erat iam pro foribus Mæcenatis. vt vulg. fugiſque non videatur conuenire: & ſi Acto ali in eadem ſatyra locus eſt item alius aliter quàm vulgò ſcriptus inſignis, quem Cantcio meo primo auctori relinquo. Iam verò, vt verbo vno indicem huius rei vſum: Ecquis, valet nũquis: ET quis valet quis. & elegantiæ cauſſa additum parelcon eſt. ſic, & cur, dicebant. Maſurius lib. 7. memorabil. ET cur, inquiunt, ita eſt; vt tu ſis, quàm equus, curatior? In noct. Att. lib. 4. c. vlt. 85, 19.

ETESIA FLABRA AQVILONVM. omnibus notum eſt, qui ſunt venti eteſiæ. 171, 22.

EVAN apocia quaſi cognomen Dionyſij ponitur, vt Euius, Euan, alijs idem valere dicitur quod euoe, εὐοῖ. 171, 27.

EVIVS Bacchus. ego hoc nomen in veter. lib. Euhyus ſcriptũ inueni. 171, 27.

EXAMINA, multitudo arborum, tralatè. 171, 27.

EXANIMVS 29, 13.

EXAPTVS, a Græc. ἐξαρμόττω & ἐξάπτω. Lucil. lib. 10. Pellicula extrema exaptum pendere opus ingens. 134, 3.

EXAVGERE, valde augere. vide Eximus. ita Terentius in heautont. Ennius lib. 8. apud Feſtum: Amplius exaugere ob-

ſtipa

ſtipo lumine ſolis. 167 21.

EXCIERVNT. vide præterita 109, 17.

EXEMPLARE, videntur extuliſſe veteres in ar nomina etiã in are. hinc pugillar, pugillare, torculare, altar apud Prudentium multis locis quod tamen vulgo, altar' ſcribunt, non rectè, vti puto. imo in arium: ſæpe exemplarium, lupanarium in iure noſtro. Eadem permutatio in nominibus al & ale finitis recepta fuit: hinc capital, animale, virginal, &c. 40, 2.

EXERCITVM, pro agitatum: hinc exercitio apud Agell. 39, 7 & 30.

EXESOR MVRORVM AESTVS, ita exeſas ædes dixit M. Tullius. 115, 4. 223, 11.

EXEST, exedit. 104, 23.

EXHALARE, ἀναπνευστιᾶν, Vide & halare & ſpirare. 156. 15.

EXHINC. f. ita & Suetonius Tiberio cap. 9. vt dehinc & Afranius Priuigno: dehinc Temeritatem repudio vulgariam. 78, 9.

EXIMERE, liberare. 100, 21.

EXIMII IGNES, maximi, inuſitati. ita Plautus Trinummo, eximios ſumptus dixit. Sic etiam τῷ egregius & pręſtãs, olim vtebantur. 55. 6.

EXIMVS, ex auget, vt Edurus, apud Ouid. Sed neque te facilem iuueni promitte roganti

Nec tamen edurè, quod petit ille, nega.

Sic & Virg. eduram corulum et pitum dicit in georgic. imitatione Græci ſermonis: nam & illic ἔκπαλαι, ἐξόφθαλμος, ἔξωχρος &c. vide & exaugeo. ſic etiam excelſus, & apud Plinium exalbidus. & eſcendo apud Varronem & Salluſtium in Iugurth. immo Prudent. 2. contra Symmach. ecelſus dixit.

Cùm ſuper ecelſo pugnarẽt numina ſaxo.

ita lib. vet. omnia illa vulgo deprauata. 55, 6.

EXIN f. pro exinde. vide Feſt. vt proin vtitur Salluſt. ſæpe. 78, 9.

EXIRE, vitare, declinare. Virg. 11. Æneid.

— contra ille repugnans

Suſtinet a iugulo dextrã, & vim viribus exit. & libro quincto: Corpore tela modò, atque oculis vigilantibus exit. Tralatio a gladiatoribus manaſſe videtur. nam excedendi verbo ita etiam Cicero vſus eſt, metaphora a gladiatoribus ducta, teſte Seruio. Ciceronis verba a me reſtituta adſcribs. 1. Catilin. Quot ego tuas petitiones ita coniectas, vt vitari poſſe non viderentur, parua quadam declinatione, &, vt aiunt, corpore exceſſi. vulg. effugi, vtitur acutiſſ. Orator in Catilinam, quem gladiatorem ſubinde vocat, verbis gladiatoriis, petitiones, excedere, eludere. ibid: Quãdiu nos etiam furor iſte tuus eludet? vide Donatũ in Eunuch. Silius lib. 14.

— bonus ille per artem

Crudo luctari pelago, atque exire procellas. Idem libro ſeptimo:

Et captiua paras moriendo euadere vincla. & ibidem: euaſit Garamanica tela. Tacitus lib. 19. cuſtodias Vitellij elapſum dicit. Idem in vita Agricolæ: Super virtutem hoſtium, locorum quoque difficultates eluctatus. 94, 32. 190, 5. 1, 2, 1. & 12.

EXOS. 95, 26.

EXOSSATIM. f. incuruè. 147, 24.

EXOSSATO PECTORE, flexibili, molli, inflexo. ſic & Appul. libro primo: Inque flexibus tortuoſis eneruam & exoſſem ſaltationem explicat cum omnium, qui aderamus, admiratione. 147, 24.

EXPERGEFACTVM. ad neruos organorum tralatum. 49, 4.

EXPERGITVS, Feſt. hinc Agellius expergere pro excitare dixit. 103, 23.

EXPERS DIIS, pro deorũ m. ſic Turpilius: Expers malitiis fcmina; apud Nonium. Catull. de coma Berenic. Quicum ego dum virgo quondam fuit omnibus expers. 70, 9.

EXPLICARE, expedire ſe & liberare. 63, 24.

EXPOLIRI artes dicuntur. vide politus 158, 30.

EXPONERE. vt merces exponere. 104. 5.

EXPORGERE. porro agere, exporrigere, ita Feſt. 30, 20. Seruius in lib. 1. Æneid.

ait porgo eſſe Ennianum, pro portigo, quo vſi ſunt Cic. Arato & Virg. ſed alio ſignificatu. 30,10.

Exprimere, extorquere magna vi, ἐκθλίβειν. 88,24.181,26.

Exspargi. ita ſcribebant antiqui, qua de re alibi diximus paullò copioſiùs 160,5.

Exspergere, foras diſſipare. 99,4.

Exspirare. abſolutè. 214,13.222,3. ὑπεργηθεῖς. 95,25.112,2.

Exspvere. tralatè. abicere: vt, Reſpuere, Prouomere. 68,22.

Exsistere, emergere, exoriri, prodire. ita ſemper Lucret. & vet. hinc in xii. Si furioſus exſiſtit &c. lib. 1. ad Herenn. quod à quibuſdam malè video relatum. 78,3.146,3.215,1.

Exsolvere. 95,1.

Exstare, eſſe. vide conſtare. 76,9.80,28.

Exstat, pro eſt. 11,24 17,21.19,12.& 26.20,18.211,3. vide conſtare.

Exstrvctvs, exaggeratus; &, vt noſter alibi, aggeſtus, accumulatus, déſus. Virg. Æneid. xi.

Exſtructoſque totos obtentu frondis inumbrant.
Hîc iuuenem agreſti ſublimem in ſtramine ponunt. Idem 1. Georg.
Ter pater exſtructos diſiecit fulmine mõtes. 200,6.202,3.

Extentare. vide frequentatiua. 88,19.

Extervs. 49,26.

Extollere. 140,5.

Extrarivs. perperam quidam hanc vocem e ciuitate Romana eiciunt. ita proletarius & proletaneus apud Feſt. Ter. Phorm. actu quart. Nam hãc condicionẽ ſi cui tulero extrario. vt q v. 116,29.

Extritvs, eiectus, expreſſus. 18,926.

F

Fac veteribus fuit ancipiti interuallo. hoc ignoratur vulgo. hinc in ſcriptis veterum mutationes. Matull. hîc bis mutarat in face. idem apud Terentium accidit in Andr. act. 2. ſcena quarta contra v.l. Qua differat te: Proin tu fac apud te vt ſies. ita rectè v.l. vulg. face. ita & Sic Terentius: Exiſtimãt eſſe, ſic exiſtimet; ſciat. veterũ hanc ſcripturã, quã et Donatus agnoſcit, & multi veteres habent libri, repudiarunt alij non rectè vt opinor. tribuendum eſt aliquid antiquitati. Sic & Prudentius. 2. in Symmach.

Sic vnum ſectatur iter, ſic inania rerum
Somnia concipiunt & Homerus & acer Apelles,
Et Numa: cognatumque volũt figmenta camœnæ.
Idola conualuit fallendi trina (i.v.l. docta) poteſtas,
Hæc ſi nõ ita ſunt; edatur, cur ſacra vobis
Ex tabulis cerisque poëtica fabula præſtat?
Cur Berecyntiacus perdit truncata ſacerdos
Inguina, cùm pulchrum poëſis caſtrauerit Atyn?
Cur etiam templo Triuiæ luciſque ſacratis
Cornipedes arcentur equi: cùm muſa pudicum
Raptarit iuuenem volucri per litora curſu:
Idque etiam paries tibi verſicolorus adumbret?

Sic hunc locum ex 3. v. libris reſtitui, vulgo miſerè contaminatum. alibi etiã τῷ ſic ita vſus eſt libro primo:

Vtque deûm ſortes, ſic Apollinis antra dederunt Conſilium.

ſic v. libri. in quibus tamen eſt: Atque deûm, & in vno cum litura, Idque, vt in vulg. In ſuperiorib. autem verſibus, Acer, ſonat ingenioſus: & acri cognatum volunt, hoc eſt, idem volunt figmenta camœnæ Egeriæ. Egeriam camœnã quia grata camœnis. Ouidius 3. Faſtorum:

Egeria eſt quæ præbet aquas, dea grata camœnis:
Illa Numæ coniux, conſiliumque fuit.

Eodem ergo pertinet figmentum illud Numæ de Egeria. trinam autem fallendi poteſtatem vocat picturam fingendique artem, ſuperſtitionem, & poëſim, hinc omnia idola extitiſſe. Conualuit mirè vſus eſt q.v.d. tria illa ſimul fecerunt vt valerent, id eſt, effecerunt & cõfirmarunt. Ita ferè & alibi eo vti-

tur

tur verbo in hamartig.

Viderat argillam, ſimulacrum & ſtructile flatu
Conualuiſſe dei. Sic v.l. vulg. concaluiſſe.

Deinde quaſi occupatione. Hæc ſi non ita ſunt. Si inquam ea non eſt origo idolorum; ſi ab illis tribus, poëti maximè & pictura ac fingendi arte ea non manatūt; cur ſacra vobis ex tabulis (ſ. pictis) cerisque, hoc ad fingēdi artem &c. Cur inquam Berecynth. &c. ita ab exemplo confirmat, cur ergo Galli Cybeles ſe excidunt; cùm, id eſt, niſi quia (obſerua vſum particulę cū, vt & mox) poëſis caſtrauerit Atyn: quod eſt, ex fabulis poëticis cognoſcitur Atyn caſtraſſe ſe. Et certè ad eius exemplū, Catullo etiam teſte, ſibi virilia amputabant Galli teſta Samia. Deinde, cur etiam templo Triuiæ &c. aliud argumentum ab exemplo elegantiſſimum, Cur a templo Dianæ arceantur equi, cùm, id eſt, niſi quòd muſa, ſeu poëſis pudicum illum Hippolytum raptarit, hoc eſt, raptatum faciat volucri et celeri curſu equorum, atque ita dilaceratum miſerrimè; illum inquam iuuenem venandi ſtudioſiſſimum, eaque de cauſa Dianæ gratiſſimum. hinc apud Ouidium tertio faſt. vbi de nobili illo Dianæ Nemorenſis luco:

Hic latet Hippolitus loris diſcerptus equorum
Vnde nemus nullis illud aditur equis.

& apud eundem Phædra Hippolyto:

Quid iuuat incinctæ ſtudia exercere Dianæ? & mox:
Arcus, & arma tuæ tibi ſunt imitanda Dianæ.

Poſtremò ait ex ipſo pariete Dianii, in quo depictam innuit fuiſſe hác de Hippolyto hiſtoriam, ſatis perſpicuum eſſe quod dixerat. Quęſo boni cōſulat hanc, vt ita dicam, emanſionem lector: nam in re tam ſterili etſi varia, aliunde etiam voluptatem interdum captamus. Spero nos locum perdifficilem Chriſtiani poëtæ emendatum explicaſſe, non omnino incommodè. copioſiùs tamen quàm noſtrum poſtulat inſtitutum. In hoc autem loco hęrentem explicauit me acerrimo iudicio & admirabili doctrina præditus Iuriſconſultus Dn. Karolus Bombergus Dan. F hoſpes de me optimè ſemper meritus.

FACE. antiqu. vt dice. Priſc quæ apud comicos ſæpiſſimè ſunt deprauata, apud Feſtum dice, pro dicam, ſcribi debet. vide eundem, Attinge, Recipe &c. 51, 11.

FACERE. elegantiæ cauſſa verbum hoc adiicitur ſæpe, minimè tamen neceſſarium; ſed, vt dixi, leporis gratia interiicitur. Cicero 5. Tuſc. An Schytes Anacharſis potuit pro nihilo pecuniam ducere, noſtrates philoſophi facere non potuerunt? idem ad Atticum: Etſi non potuiſti vllo modo facere vt mihi illam epiſtulam non mitteres, tamen mallem non eſſe miſſam. et 3. epiſt. ad Appium: Faciēdum mihi putaui vt reſpōderē. Obſeruarunt hæc etiam duo præſtantiſſimi viri Budæus & Victorius. 22, 29, 9, 42, 25.

FACIENDVM EST ANIMAM SENSIBVS AVCTAM. Cic. Tanquam longam aliquā viā confeceris, quam nobis quoque ingrediendum ſit. vide & Gerund. in dum. 92. 27.

FACIES, ſpecies, forma. propriè & in genuina ſignificatione vſus eſt poëta. vide Agell. lib. 13. cap. 18.

FACTVM MALE ANIMO. elegās phraſis qua & Plautus in Milite, & alij vſi ſunt cum animi defectionem ſignificant. 91, 29.

FAECVLA, genus condimenti. Horat. lib. 2. Satyr 8. & 8. ſiſer, allec, fæcula Coa. & ibi Porph. 49, 21.

FAEX, tralatè, pro plebe & vulgo. 184. 5.

FALCIFERI CVRRVS. a Liuio & aliis falcatę quadrigæ. Grēc. δρεπανηφόρα. 93. 11. 189, 8.

FALLIT ANIMVS, elegans oratio ſumpta a Terentio, vtitur & Cicero. Salluſtius, Catil. Niſi forte me animus fallit et vos ſeruire &c. fallit animi etiam dicebant. 5, 16.

FALLIT ANIMI. Virgilius lib. 2. Georgic. Nec ſum animi dubius. vbi hunc locum

cum expreſſit. 29,32.

FAMVL. Oſcum verbum, pro famulo. Feſt. & Non. Ennius libro octauo: mortalem fortuna repêtè Reddidit e ſûmo regno vt famul infimus eſſet. ita leg. quod & Lam. placere video. Vtitur ſtudioſè poëta noſter verbis Ennij. at ille vtebatur ſæpe verbis Oſcis, nã linguam etiam tenebat. vide guberna. 106.1.

FASTIGIA SVRARVM ET FEMINVM. nihil elegantius vmquam dici potuit, ratione pedum qui baſium loco habentur, ſuraſque velut faſtigia ſuſtinent. 137,1.

FATA: ſic alibi reſponſa, id eſt, certa præcepta, ac dicta: cifata alij ferè dicunt. 151,32.

FAVCES AETNAE, Græc. κρατῆρες. 23,28. 216,11.

FAVSTVM TEMPVS. mirè vſus eſt voce Fauſtus pro opportuno & idoneo: contra alibi dicit iniquum tempus. 26,12.

FERAE. ita vocat animantes omnes rationis expertes, etiam eas quæ minimè ſunt feręaut immanes; vt ſunt oues, canes &c. atque ita veteres alij ſępe ſunt locuti. Cicero lib. 1. offic. Neque vlla re longiùs abſumus a natura ferarum, in quibus ineſſe fortitudinem ſæpe dicimus, vt in equis, in leonibus iuſtitiam, æquitatem, bonitatem non dicimus, ſunt enim rationis et orationis expertes. 5,29.

FERA TELA, vt Ennius: feroque ornantur ferro. ita leg. in noct. Att. lib. 16. cap. 10. 37,23. 39.23.

FERVS. i. ancipiti. hinc feralis. fit long. glomus. d. lib. 1. primam produxit, cùm alij poëtæ corripiant. vide & vacillo. ſic rattus produxit Prudentius: Præfectus ergo rattis elinguem vitum. 74,22.

FERRATVS. verbum Ennianum. poſtquã diſcordia tetra

Belli ferratos poſtes, portaſque refregit.

hos verſus Ennij adducit Horatius Sat. 4. lib. 1. in quo ſermone antiquum verbum repperi Afore. ibi, quod vitium procul afore chartis. ſic opt v. lib. verbum illud exulat hodie Roma cum in Pand. Flor. etiam interdum ſit afuit, & in Tacito. quæ tamen hodie mutarũt alij. ita aruere dixit Varro libro 4. Aratium quod aruit terram, id eſt, proruit a ſe. ſic ibi ex v. leg. Durum eſt etiam illud farratum apud Perſium Sat. 4. locum ad cribam totum, quia vulgo & malè ſcriptus & perperam interpunctus mihi videtur:

Qui quandoque iugum pertuſa compita figit;

Setiolæ veterem metuens deradere limũ:

Ingemit, hoc bene ſit, tunicatum cum ſale mordens

Cæpe, & farratam pueris plaudentibus offam &c.

Ita in v. c. repperi. mordere offam rectiùs videtur, & cõmodiùs dictum, quàm quod vulgo ollã. quandoque pro quandocumque vt aliàs ſæpe. Haud ſcio an rectius eſſet farreatam, vt ſit ſynæreſis. vide hîc verſus. farreare enim, confarreare & diffarreare dicebant veteres. 211,19.

FERVM FERRVM. ita & Ennius. 100, 5.

FERME. pro valdè videtur poſitum. vt in noct. Att. lib. 14. capit. 2. ferme bonus vir. 75,9.

FERRE. pro differre diſſipare. vt Plautus famam ferre dixit in Caſina. 86,25.

FERRI MOTA, ferri mobilitata, concita 34,26. 161,26.

FERRVGINEVS, videtur tamen poëta dixiſſe ferruginus, vt primigenius & primigenus, ahenus & aheneus. 110,18.

FERT VIA. elegantiſſimè omnes veteres ſcriptores. 131,25.

FERVERE, tralatè, vt ardere. 37,16.

FERVISCERE mille locis vſus eſt poeta noſter atq; ita ſcripſi ex v. l. Ita Pacuuius Atalãta capiſſère. ſic Algiſcere. Varro Teſtamento. Natis quos Menippea hęreſis nutricata eſt, tutores do:

Qui rem Romanam Latiumque algiſcere volus. ſic leg. puto in v. l. alciſcere. f. etiam augeſcere. vulgo, adſciſcere. apud Nonium. Nutritur. Ita et incuruiſcere, Cicero apud Nonium: Flacciſcere, Pacuuius Chryſe: Interea loci flucti flacciſcunt,

tiſcunt, ſileſcunt venti, mollitur mare. ſic leg. apud Non. fluctì.

Fiat monoſyllabum. ſic defiat alibi: ita fuit Lucil. lib. 14. apud Non. Nebulo: Publius Pauus mihi Tuditanus quæſtor Hibera in terra fuit lucifugus nebulo id genus ſanè. ſi modò ita legantur illi verſus. Et apud Terent. Phorm. Quid minus viibile fuit, quàm hoc vlcus tangere. ita omnes ferè lib. vet. miror ab alijs mutatum. vtibile pro vtile. Priſc. In eodem loco. ex v. q. legerem libentius, fient. me vide. ANT. Pater exit. G. abi, &c. vide & Duellicus. 213,14.

Fictvs pro fixus antiquiores dixiſſe comperior. id quod etiam Diomedes lib. 1. his verbis indicat: Figor, inquit, ambiguè declinatur apud veteres tempore perfecto. repetimus enim fictus & fixus. Scaurus de vita ſua: Sagitta, inquit, confictus. ſatis dictum ſapienti, ſed nobis vulgo ſcribentibus copioſiùs agendum eſt, vt verbum inſigne ſepultum hactenus eruamus in luminis oras. Vtuntur ergo eo primùm poëta noſter, deinde Cicero lib. 3. de Oratore: Referte nunc animum ad hominum, vel etiã ceterarum animantium formam & figuram, nullam partem corpori ſine aliqua neceſſitate affictam, totáque formam quaſi perfectam. reperietis arte, non caſu. ita nos: vulg. corporis (quod etiam retineri poſſet) & effectam. ſic & alibi manus affixit dixit Cic. Multa antiquitatem redolentia in ijs libris præſtantiſſ. latent hodie partim deprauata, partim non intellecta. Varro ſæpius in I. de re Ruſt. lib. 3. ita ait: Intus ternorum palmorum ex omnibus partibus ſub ordines ſingulos tabulæ fictæ. ibidem: Sed omnia ſæpta adficta villæ. eodem lib. Duabus virgis viſcatis defictis. &: Aut exſculpta, aut adficta firmiter. Auſim etiam lib. 2. Aeneid. legere: Rauco quod protinus ære repultum eſt. cùm v. omnes lib. ferè habeãt, ſepultum eſt, teſte I. Pierio: pultum enim dixiſſe veteres etiam pro pulſum, è verbo pulto cognoſcimus. ſic & mertum pro merſum, & mertare pro merſare eos dixiſſe ex Nonio perſpicuum eſt, vbi tamen mendum eſt turpe. Mertaret inquit, pro merentem, &c leg. puto, mœraret, pro mœrẽtem facerẽt. Attius Myrmidonibus:

Quod ſi, vt decuit, ſtares mecũ, aut meus
mœraret dolor:
Iamdiu inflammari, & ardere naues vidiſſent ſuas.

mœrandi verbo etiam Pacuuius vſus eſt. 73,12.

Figvra. 218,15.

Figvrae. pro atomis. vet. 46,28. 156,3. 128,17, & 24, & 25.

Figvrare dicuntur labra vocem, id eſt, formare, creare, fingere, efficere, non puto orationis σχήματα & σχηματίζεσθαι ſuo redditum, 125,15.

Figvrare vſus eſt doctiſſimus poëta in re muſica, vt qui nõ ignoraret σχήματα, apud ſymphoniacos eſſe vſitatiſſima, vnde & σχηματοποιΐα, apud Atheneũ. ita vocant geſtus ſaltantium organicis modulis accommodatos: Latini ſtaticulos videntur dixiſſe, nos hodie paſſus dicimus. 49,4.

Filvm tralatè textura. filum autem poëta extremitatẽ corporum ac rerum vocat, oras extremas alibi, circumtexturam, circumcæſuram, faciem, ſpeciẽ vocat. 166,21, & 30.

Filatim. plurima ſunt cum aliorum omnium vet. tum huius noſtri poetæ aduerbia in tim, iuxtim, inſertim, exoſſatim, exin, &c. 62,5.

Flabrvm. 207,24.

Flabra etesia. 216,25, & 28. 217,7.

Flaccidvm, languidum, pigrum. 168,8.

Flagrans pvella, tralatione perelleganti, id eſt, ardens, ſæua, proterua, Xantippe altera. Tacit. lib. 14. Ciuitati grande deſiderium eius manſit, per memoriam virtutis & ſucceſſorum, alterius ſegnẽ innocentiam, alterius flagrantiſſima flagitia & adulteria. vide Lamp. 144,14.

Flectere, regere. 89,8. 13, & 19.

Flere, ſtillare, rorare. ita & lacrima. vide fleti & ſudor. ita Prud. Cathem hym. 5

Ambuſti quoniam vis facit ignea Nubē
de madido flere cacumine. & περὶ στεφάνων hymno 10.

Quem plaga flerat roſcidis liuoribus.

ſic rectè q.l. & vulg. & vet. Non abſimili ratione Ouid. 2. Metamorph.

Tum facta eſt Libyæ raptis humoribus æſtu
Arida: tunc nymphæ paſſis fonteſque, lacuſque
Defleuere comis.

ſic optimus vet. codex elegantiſſ. quaſi deſierunt flere, manare, ſtillare. ſic dictū videtur debellare, Germanicè *vutſchreyen, vutdruypen*. & flendi verbum venuſtè congruit comis paſſis: nam hoc luctus indicium eſt. vulg. defluxere. Columell. hortulo:

Aut fons illacrimat putei non ſede profunda.

Vt autem deflere, ita detumeſcere dixit Aurelius Prudent. Peri ſteph. Roman.

Nonne curſim tranſeunt
Faſces, ſecures, ſella, prætextæ togæ,
Lictor, tribunal, & trecenta inſignia.

ſic ibi ex vet. lib. vulg prætextæ, toga. Toga magiſtratui cum priuatis erat cōmunis, non item prætexta toga. 12, 5. 140, 14.

FLETI SANGVINE. id eſt, reſperſi. vide flere. vtitur fleti verbo & Virg. ſed in ſignificatu vulgario. agit hîc poeta de Cybeles ſacerdotibus, & certè Galli illi ſe cruentabant olim. Ouid.

Attonituſq. ſeces, vt quos Cybeleia mater
Incitat ad Phrygios vilia membra modos.

hinc & Lucanus Gallos hos vocat ſanguineos. 55, 30.

FLEXVRA. vide poſitura. 117, 32.

FLEXVS BRVMALES. ſic eleganter expreſſit τροπὰς χειμερινὰς, ſumpta credo tralatione à curriculi flexu & camptere. ita & Cic. in Arato:

Brumali flectens contorquet tempore curſum.

et eleganter initio lib. 1. de Orat. Si infinitus rerum forenſium labor, & ambitionis occupatio decurſu honorum, etiam ætatis flexu conſtitiſſet. 168, 16. 118, 11.

FLIGERE. antiq. pro confligere, vt ventare, &c. apud Feſt. vtitur & Virgil 38, 28.

FLOS NARDI elegantiſſ. pro nardi odore & vnguento ſuauiſſimo. ita Cato de ſale: Vſque adeò in ſole habeto donec concreuerit, inde flos ſalis fiet. id eſt, ſalis pars optima, & cādidiſſimum ſal. ita ferè Apoll. Tyaneus μανίαν eſſe ἄνθος τῆς ὀξυθυμίας. ſic Fauorinus eleganter florē cenæ dixit, delicatiſſim. cenam ſeu delicias; innoct. Att. lib. 15, cap. 8. 62, 22.

FLOS AEVI, vel ætatis, vt apud Terent. Eunuch. vigor, ἀκμὴ. 18, 19, & 28. 97, 12.

FLOS BACCHI, id eſt, odor, ſeu vinū præſtantiſſimum & optimum, vt Liuius florem Liberi dixit. 80, 6.

FLOS FLAMMAE. ita alibi florētia lumina flammis. elegantiſſima tralatione. & Martianus lib. 2. florem ignis dixit. ſimiliter Virg. 5. Aeneid. ſemina flammæ dixit, & Homer σπέρματα πυρός. florem etiam flammæ dixit Hom Αὐτὰρ ἐπεὶ πυρὸς ἄνθος ἀπέπτατο, παύσατο δὲ φλὸξ Horat. etiam ſuo more audaculus νεωτερικῆς epod. 17. virentem flammam dixit: nam ita omnes ferè v. vulg. vrens, malè. vide & hîc florere. 29, 10. 122, 11.

FLORIFERI SALTVS. 73, 19.

FLORENT PRAECLARA FACTA, litteris prodita memoriæ. 158, 27.

FLORENTIA LVMINA FLAMMIS. elegantiſſima tralatio, id eſt, ſplendida, & latè lucentia. tale quid Actius dixiſſe videtur, & ſi locus videatur mēdoſus in Telepho: Aere atque argento feruere igne inſignibus florere. & hic noſter alibi.

FLORET MARE NAVIBVS, elegantiſſ. tralatio. nos etiam pomarium dicimus τὸ flumen, in quo multas naues eſſe videmus. 9, 7.

FLORENT VRBES PVERIS. ita ferè dixit vt alibi, canunt ſiluę. admirabili ſuauitate. Seruius ait Ennium, Lucretium, & Virgilium verbo florendi vſos varijs omnino in rebus. ſic Prudent. vrbem ſepulcris florere dixit. 173, 21.

FLVCTA-

FLVCTARE videtur dixiſſe poëta, quod fluctuare vſitatiùs: nam teſtatur Priſc. lib. 9. fluo fluxi, fluctum dixiſſe veteres. vide & fictus. 79,6.

FLVCTIFRAGVM LITVS vocat egregiè, ad quod alliſi fluctus franguntur. fragere antiqui pro frangere vtebantur. hoc autem Homer. optimè expreſſit. Il. δ.

ὡς δ' ὅτ' ἐν αἰγιαλῷ πολυηχέϊ κῦμα θαλάσσης ὄρνυτο, &c. ita & frangi fluctus dixit alibi. 10,25. 216,4.

FLVCTVS BELLI, motus. vide & æſtus. Arnob. lib. 2. fluctuare dixit pro moueri. 188,29.

FLVCTVS LAPIDIS. ita æſtus alibi. 227,8.

FLVCTVS SEMINIS. ita Attic. Telepho: Flucti cruoris voluerent mihi. Non. 140, 14.

FLVENTER, ita properanter, &c. 115,9. 223,16.

FLVENTVM, riuus. 178,4.

FLVERE, moueri, recedere. ita ſæpiſſ. noſter, vide & defluere. & Attius: Dextrorſum orbem flammeum radiatum ſolis liquier curſu nouo. vide & fluitare. 38,11. &c.

FLVIDAE FRONDES, id eſt, caducæ. 54,27.

FLVITARI motitari, ludere: de veſtibus. ſic Catull. de Pel. & Thet. nupt. Properr. Ouid. &c. item agitari, volitare. 67, 24. 110,19 & 22.

FLVMEN pro fluxu. ita Virg. ſæpe & Cic. Arato: delapſum flumine fontis. ſic rumor ἀπὸ τοῦ ῥεῦ, ponunt ſeu æſtu: ruere enim dicitur aqua profluens. 47,9. 164,6.

FLVMEN LVMINIS, tralatè. vide liquidus. 167,6.

FLVMEN MAGNETIS, vt æſtus alibi. 227, 19.

FLVMEN PICIS. ita & flumen ſanguinis. genuina ſignificatio, vt numen, &c. 202,13.

FLVMINIS FLVCTVS. hoc obſeruatione digniſſimum, ſi modò locus mendo vacat. 140,14.

FLVMINA NILI, pro Nilo. ita & Martial. 1. deprenſi flumina Nili. ſic Virgil. Permeſſi, Alphei, Mellæ flumina, pro flumen. vide & montes.

FLVTARE pro fluctuare in vet. libro reperitur; ego mendum puto. conſiderent doctiores. 79,6.

FLVVIDVS. etſi geminato u ita ſcribant interdum veteres, vt pluui, &c. non ea de cauſſa producunt ſtatim. Ouid. 4. Metamorph.

fluuidoque cruore rubentem
Induitur faciem. & lib. 15.
Nonne vides quæcunque mora fluuidoque calore.

ſic in vet. cod. repperi: aliàs tamen produci ſolet. priore autem modo u exterítur in metiendo, vt apud Catull. iuuerint, inuidia apud Terent. de quo Priſc. lib. 1. 50,24 &c.

FOEDVS. à politicis actionibus ad diſputationes tranſtulit poëta hoc vocabulum: hoc inter nos fœdus eſto, ſit hoc inter nos conſtitutum ac certum. 64,1.

FOLLICVLVS. monet Maurus folliculum pro vulua ſeu vtero à veteribus poſitū, quod & huc facit. 173,18.

FOLGVR. pro fulgore. vide & fulgur. 114,6.

FONS LEPORVM, ſuauiſsima dictio. 143, 14.

FORIS f. cum caſu, vt ἔξω. 68,26.

FORES venuſtè pro oculis poſuit. Heſych. Ἠελίοιο πύλας, τοὺς κύκλους, δι' ὧν τὰς πορείας ποιεῖ ὁ ἥλιος, οἱ δὲ ἀλληγορικῶς τοὺς ὀφθαλμούς. vide & poſtes. 165,17.

FORMATVRA. conformatio, forma. vide poſitura. Arnob. cui noſtri poëtæ verba quædam à communi vſu remotiora mirificè placuerunt, & quaſi in delicijs habita ſunt, lib. 2. vtitur. ita vt diximus, ille non nobis ritu aut aſini, aut porci, aut ſi vllum eſt animal tardius conſpiciet, & quidem formaturas varias reſpectans, &c. 125,15.

FORMAMENTA, formæ. 61,25.

FORSIT pro fortaſſe. vide Seru. 11. Æneì. & Porphir. 1. Sat. 6. & Priſc. 15. At 1. od. 27. Horat. contra v. o. l. & interpretes non admiſerim. 217,12.

FORTIS EQVVS. epitheton à triumuiris illis Ennio, Lucretio, & Virgil. tributū

equo. Ennius apud Cic de Seneƈt.

Sicut fortis equus ſpatio qui forte ſupremo, &c. Virg. lib. 9.

quid tam egregium, ſi femina forti

Fidis equo?

Nonius hîc forte accipit pro celeri. fortis pro acri ac vehemente, vti ſolent antiqui ſcriptores omnes. Cicero plurimis locis. vnum adſcribam è lib. 2 de Orat. vbi eùm docuiſſet ad cauſſam ſeu litem obtinẽdam multum valere probos oratoris mores, & moderatam orandi rationem; non pertinaciter litigandum, non acerbè ſemper, ſed facilitate & verborum comitate, vociſque lenitate vtendum ſæpius. hæc igitur vbi dixit Cic. vel Antonius: tandem addit: Sed genus hoc totum orationis in ijs cauſſis excellet, in quibus minus poteſt inflammari animus iudicis acri & vehementi quadam incitatione: non enim ſemper fortis oratio quæritur, ſed ſæpe placida, ſummiſſa, lenis, quæ maximè commendat reos. hæc fuſiùs, quia vulgo non ſatis nota. 73,16.

FRAGMEN 10,4 188,23.

FRAGOR. fractio. venit à frago hinc & fragiſco, quod eſt frangor. Pacuu. Fragiſcit animus miſerijs. Non. & fœd. fragus, fluctifragus, &c. 24,10. 158,15.

FRAGOSVM. fragile. 63,2.

FRANGIT AETAS VIRES, id eſt, minuit. ita Varro frangi æſtum dixit. 71,17.

FRAVDI ESSE, elegans dictio. noxę eſſe etiam dicebant veteres, vt ex Liuio obſeruaui. ita doctiſſimus poëta Virgil. 11. Æneid.

Iam noſces vẽtoſa feret cui gloria fraudẽ.

ſic eum locum legendum eſſe mihi omnino perſuadeo, cùm & vet. libri meliores ita habeant, & Seruius ita legat, dicatque veram eam eſſe & antiquam lectionem: & quod præcipuum eſt, melior ac eruditior inde exiſtat ſententia. doctè ibi omnia Seruius: miror vulgo tamen magis probari: ſed vetera pleriſque ſunt ἀρχαῖα, ac vilia, mihi aurea. 200,17.

FREQVENTATIVIS VERBIS ſæpe vtitur Lucretius, vt & Salluſt. imperitare, diſcrepitare, peritare, nominitare, fugitare, cœptare, negitare, renutare.

FRETVS ant. Nonius FRETVS ANNI, egregia tralatione. i. illud tẽpus quod interiectum eſt, ſeu attingit vnius ὥρας extremum & alterius initium. fretum eſt enim mare artũ interiectum inter duas regiones. vide nodus. 205,24.

FRETV. Priſc. lib. 1. 23,24.

FRETVM AETATIS, vt æſtus, & feruor. 14[illegible],8.

FRIARE, comminuere. 28,30.

FRVCTVS pro fruitus ſeu vſus eſt, à fruor. Priſc. ex Cic. Hort. Et amœnitate ſumma perfructus eſt ſic alibi perfructus, & in quadam inſcriptione C. Næuius ↄ L. Dromo, & Næuia ↄ L. Philumena dum licuit, ſuauiter fructi ſunt annos LV. 103,2.

FRVGIFERI. 194,11.

FRVGIFERENTIS. 1,11.

FRVGIPARI FETVS f. 194,11.

FRVI ALIQVID. vide Nonium. & hîc vtor. 141,23.

FRVNDIFERAE. ita auctoribus v.l & grãmaticis ſemper ſcripſi, vt & frundes, frunde; à fruns. itaque olim ſcripſerat Virg. 2. geoig. teſte ibi Seru. & Non. ita & Enn. apud Auſonium:

Aut de fronde loqitens cur dicat populea fruns. ſic & Ouid. 15. Metamor.

Nil præter frundes quare peteretur haberet. ita v.q.l. ſed & Virg. Seru. & Non. hactenus ſunt mendoſi. vide etiam Priſc. lib. 1 & Soſipat. lib. 1. 1,16 4.30.9,8.1,26,.28,31.

FRVNDE. 13,29. 178,27. 224,25.

FRVNDESCERE. 35,11.

FVAT, ſit, Non. 128,6. 166,25.

FVCVS color. 59,15. 110,26.

FVERET, eſſet, ut alibi diſyllabum. mutatum hoc ſæpe eſt in fuerit vel fuerat; vt apud Virg. 7. Æneid.

Quis Latio antiquo fueret ſtatus.

v.q. fuerat; alij fuerit. ſic & in noctib. Att. alicubi, & hîc ſæpe. 99,25. 190,18.

FVGERE, negare. vide refugere. 65,3.

FVGITARE. 21,26. 118,12.

FVGIENS VITA, ferè vt fugiens vinum. 176,6.

FVGIT SE. elegantiſſ. phraſis, ſe fugere ſtudet, qui animum vel animi affectionē mutare cupit. vtitur tet Horat. Ariſt. φυγεῖν ἑαυτὸν. 7. &c.

FVLGERE LOCVS DICITVR lumine illuſtratus; ita de litoribus. Silius lib. 7.

Per iuga, per valles errat Vulcania peſtis,
Nuſquam ſtante malo; vicinaque litora
Fulgent. Prud. Vincentio:
Nam carceralis cæcitas
Splendore lucis fulgurat.

in v. l. fulgorat. 166,13.

FVLGERE vt feruere, videre, &c. Nonius. 182,23.199,2, & 17, & 26.

FVLGOR pro fulgure. Cic. lib. 2. de conſul. Proſpera Iuppiter his dextris fulgoribus edit. 199,22.

FVLGVR, fulgor, ſeu lumen. 41,10.46,14, & 19.157,26.

FVLMEN BELLI, Scipio. ita Virg. 6. Æneidos. 165,32.

FVNDIT SOL RADIOS. Seneca dicit, ſpargit ſol radios Virg. ignes fundunt lumina. Boeth. de conſol. philoſoph. lib. 1. metr. 7. Nubibus atris
Condita nullum Fundere poſſunt
Sidera lumen.

vide flumē & liquidus. hinc & radiorū illa ἔκχυσις apud Cic. l. 2. ad Att. de quo ſupr. in fragm. 39,24.2119,31.166,8.

FVNDIT SOL ARDOREM. 215,30.

FVNDITVS, in imo loco. 164,3.

FVNDO. f. pro funditus, vt & Virgl. 10. 75,28.

FVNGI, pati ita pœnæ functi, Modeſtino iuriſconſulto in l. in metallum, de pœnis. fungi enim munere, id eſt, ſuſtinere. ita Lucil. elegāntiſſ. lib. 5. Lenius pauperiem ac ſe ingentia munera fungi. ſic leg. puto, pro ait ſe. 15,1, & 3.78,17.96,7.98,11, & 23.159,24.

FVRTIM clam. 144,25.

*FLAMMA CREPITANS. ita & Virgil. vide Macrob.

*FLVERE. eruditè hoc verbum ventis adiungit poëta: nam vt aiunt philoſophi, fluor aëris eſt ventus. hunc & apud Feſt. Confluges loca dicuntur, etc. ita leg. puto ex Nonio. 9,32.

FACILE. ex animo, vt Ter. 148,3.

G

GAVDERE, valde cupere, malle. Græc. χαίρειν. 91,15.

GANNITVS. 181,30.

GELVS. Nonius, & Priſc. 154,31.199,8. 210,10.221,25.

GEMINARE, geminum & duplex eſſe. abſolutè, vt variare, præcipitare. 122,12.

GEMMARE dicuntur herbæ rore. 46,6.

GEMINVS. videtur vſus poeta copioſiſſ. & caſtiſſ. ſcriptor, pro pingui, turgido, obeſo, amplo. certè lib. vet. ferè iamina habent, & ſolent ſæpe librarij ge in ie, cōmutare affinitate pronuntiationis: ita in antiquiſſ. lib. Priſc. 7. vidi ſcriptum:

Pauperis & tuguri contextum ceſpite culmen. cùm ſit leg. congeſtum. ſic maius pro magis ſæpe inueni. ita alij iauelin, iardin, &c. dicunt. quod apud nos (quorum ea ſunt nomina) ganel, gaerde. ijdem ex geniſta deformarunt ieniſte. Ad ſimilitudinem autem Græci ſermonis geminus pro obeſo vſus eſt. nã illi διπλοῦς ita ſæpe vſurpant. vnde & Virg. bis terûe, duplex pro amplo & craſſo poſuit. hinc & tergeminus & ſeptemgeminus ac ſimilia, pro ingenti & ampliſſ. ac maximo. Ouid. turgidam hanc vocat puellam & ὑπομαζιστικῶς plenam. vt l. 2. de arte amandi, ex tertio:

Si pæta eſt, Veneri ſimilis; ſi flaua, Mineruæ:
Sit gracilis, macie quæ malè viſa ſua eſt.
Dic agilem, quæ cumque breuis, quæ turgida plenam. & lib. 1. de remed.
Quàm potes in peius dotes deflecte puellæ, &c.
Turgida, ſi plena eſt; ſi fuſca eſt, nigra vocetur.

ſemper ea corporis amplitudo vitio data eſt. Terent. Haud ſimilis virgo eſt virginum noſtrarum, quas matres ſtudēt Demiſſis humeris, vincto pectore, vt gracilæ ſient: Si qua habitior paullo, pugilē eſſe aiunt: deducūt cibū. Quid ſibi velit Donat. eo loco, non intelligo. ſed ohe iam ſatis, neque enim lexicon contexuimus. 144,17.

GEMINATIONES verborum eorundem aut certè ſimilium veteribus fuerunt perfamiliares, non poëtis, verùm etiam oratoribus. quòd etſi vt vitioſum minores reprehēderint ac repudiarint; ego tamen & hîc maiores libentiùs ſequar, modicè tamen, atque ita, vt quandam vim ferè habeat illa duplicatio. proferam teſtimonia, vt res intelligatur. Cic.

O fortunatam natā mè conſule Romam.

Virg. — ac latè fluctuat omnis
Ære renidenti tellus. —

& lib. 2. Æneid.

Quæ tantæ tenuere moræ? —

Neque verò poëtæ tantùm, verùm oratores ipſi hæc amarunt; vt ex Cic. Liuio, aliiſque multis ſcriptoribus perſpicuum eſt. verùm ea, vt dixi, vitioſa putarunt recentiores non minimo, vt opinor, errore ac vitio. 46,15,190,9.

GENERALE, id eſt, ſui generis ac ſæculi. 19,15.

GENERATIM, idem. ita Cæſ. generatim conſtiterunt Galli ſuos. 8,13.19,22. 47,2.229,4.

GENERASCERE. ſic alibi teneraſcere. 96. 18.

GENETRIX. ita hîc ſcribendum, et multis apud Virgilium locis. vid. Cuppedo, & Pierium in Virg. 1,1 & 6.54,50.

GENERIS MVTATIO. ſolent ſæpe veteres nomini in orationis ſerie collocato adiicere aliud genere non reſpondens; ſed aliud potiùs, quod quidē vi & notione cum illo conueniat, genere non item. vt ſunt genus & gens: fetus & fetura: arbor & arbuſtum: flumen & fluuius. &c. puto enim tam conſimilia debere eſſe & notione & ſono hæc verba; vt alterum non expreſſum lectori ſtatim ſuccurrat; aut certè difficilē nō habeat quæſtionem. ſic Varro lib. 1. de re ruſtic. cap. 12. Sin cogare ſecundum flumen ædificare: curandum ne aduerſus eum ponas. hieme enim &c. eum ſ. fluuium, & tamen in orationis ſerie expreſſum eſt flumen. ſed eum locum ita ex v. l. repurgauit P. Victorius. vulgo enim erat, ne aduerſus eorum ponas. &c. ſimili ratione videri poteſt extuliſſe noſter eum verſum, pag. 12, 8.

Quod cibus in totas vſque ab rad.

tametſi enim in præcedenti verſu arbuſta expreſſerit poëta, eique illud. totas, genere conueniat: quia tamen alteri vocabulo quod illi arbuſta vi reſpondeat, nempe arbores adcommodari poteſt; vt ſit, in totas ſ. arbores, id eſt arbuſta: ea inquam te non contemnenda videtur ea ſcriptura; immò, etſi libri varient, retinenda ſola ac defendenda. nam vt admonui ad oram libri; varietas eſt magna ſcripturæ. neque mutari debuit illa ſcriptura, quia rarior hæc ſit loquendi forma. plura cotidie ex v. l. exſculpentur, quæ vulgo ſunt inducta. ſic & pag. 111, 18.

Harum inteſtinum &c. cùm tamen antecedat, animalia. ſed cùm in vet. o. l. ſit harum, ſubintelligi debet conſimile nomen, animantium. ſimile quid & eſſe poſſet pag. 110, 4.

Illorum ſpoliis. — nam præcedit, lubrica ſerpens. ſed præſtat τὸ illorum referre & ad ſerpentem & ad vitulos ac cicadas. Similis & penè gemina eſt ea grāmaticorum obſeruatio de generum varietate; vt Terentius in Eunucho ſua: Cētauro inuehitur magna &c. Et quòd ad rem potius, quàm ad vocem fiat relatio aliquando: Ennius lib. 10. annal.

Inſignita ferè tum millia militum octo
Duxit delectos bellum tolerare potentes.

& Valerius lib. 2.

— fratriſque parenti
Progeniem, diuûmque minas; hunc nam fore regi
Exitio. —

Hæc ſumus perſecuti copioſiùs, vt antiquitatis illuſtretur cognitio, ac ſtudium probetur magis.

GENVS ſeu gens auium, piſcium &c. ſic Homerus ἔθνος dixit.

GENI, antiq. pro gigni. Cato, Varro, antiquiores omnes vtuntur. Priſcian. lib. 3. 98,7.

GENITIVI PLVRALIS SYNCOPE in nominib. neutris; principiûm pro principiorum,

rũ, quod carminis ratio excuſat; alioqui non licet, inquit Plinius apud Seruium. rarò & hoc ſeruant poëtæ. Pacuit. apud Cic. in Orat. Conciliûm ſocij, augurium atque extûm interpres. Poſtquam prodigiûm horriferûm, portentûm. etſi Cic. non neget eſſe durum. 65,14.

GENITALE TEMPVS MVNDI, alibi principiale dicit. apud Varr. lib 4. de ling. Lat. genitabile tempus cæli & terræ. 70,22.

GENITALIS. 1,19.2,28.

GENITABILIS. f. vide ærumnabile, auerſabile. 6,15 & 30.20,25.38,4.49,28. 158,22.

GENTES HOMINVM ITALAE. f. pro gentes hominum Italorum. Conſueuerunt veteres adiectiuum nomẽ duobus ſubſtantiuis aptum ſæpe tribuere illi cui minus ex vi ipſa conueniat, idque vel elegantiæ vel verſus vel vtriusque denique cauſſa. Virgilius:

Gens effrena virûm: pro, ferorum hominum. Martial.

Pierios differ cantusque chorosque ſororum.

& antiq. poëta apud Cicer. vbi initiantur gentes orarum vltimæ. eaque ratione non incommodè defendi poſſe iudicabunt docti. 4,31.69,25.

GERERE. Gerendi verbo Lucretius pro creare, efficere, producere, interdum etiam pro mouere vtitur. credo quòd à motu & geſtione omnia gigni dicat Epicurus. Lamb. verbum illud ex hoc poeta amouit, contra o.l. refellit eum locus ille qui eſt pag 23,21. vbi geſſit vtitur pro creauit & produxit. & ille qui eſt pag. 16,6. vbi ait res geſtas, id eſt, creatas, ortas, & alia nonnulla. Scio apud Varr. lib. 1. de re ruſt. τὸ genat mutatum in gerat. ſed hic omnes libri veteres habent conſtanter verbum gerendi: vno loco excepto, vbi & manu formisque deſcripti & Priſc. habent geni. in Varr. autem vet. lib. habent genat. Sic accipi nõ incommodè poteſt quod Varro lib. 4. ait de Ope, ſeu Terra: hæc enim terris gentes omnes peperit, & re-ſumit denuo: quæ dat cibaria, vt ait Ennius: quæ quod gerit fruges, Ceres. 41,13.43,25.44,13.154,20.218,5. &c.

GERVNDIA IN DO perpeſſionis vim habent multis locis. Virg.

—vtrique tuendo Femina. 198,27.

GERVNDIIS IN DVM vſos video antiquos ſæpe, non poëtas, ſed alios etiam ſcriptores, Græcorum exemplo. Varro lib 3. de re ruſt. Acus ſubſternendum gallinis parturientibus. Virg.

— pacem Troiano ab rege petendum.

Cicero in Cat. maiore: Volumus ſanè, niſi moleſtum, Cato, tamquam longã aliquam viam confeceris, quam nobis quoque ingrediundum ſit, iſtuc &c. Varr. eodem lib. ferè ita: Eas haras ſubſternendum palea.

POENAS TIMENDVM, φοβητέον τὰς ποινάς. 4,23.

MVLTA AGENDVM, πρακτέον πολλά. 5,18.

CORPORA PRIVANDVM, τὰ σώματα στερητέον. 13,5.

ADDENDVM PARTIS ALIAS. 51,18.

FACIENDVM EST ANIMAM SENSIBVS AVCTAM. Græciſmi alij. 92,27.

EST CVM, ἔστιν ὅτε, Græc. pro aliquando. 203,19.

EST QVANDO, idem. ſic Horat. eſt qui nidus.

HAVD ERIT VT POTERIT. οὐκ ἔστιν ὅπως. 95,20.100,16.179,2.

GLACIES AERIS, ſoliditas ac durities æri tribui ſolet: (vide hic æra) item glaciei. hinc 210,30. duramẽ aquarũ. Atq; ita porrò more poëtico à vicino ſumpſit epitheton tralatum. id quod tralaticiũ eſt & elegantiſſ. hic à poëta noſtro receptum. mutatum tamen & hoc fuit à Politianomaſtige Marullo. ſimili tralatione dixit Maro: animos æris. 16,21.

GLAEBA TVRIS. ſic mica ſalis. Seru. in 1. georg. Tura enim à tundendo dicta eſſe voluerunt, à glæbis tuſis, cum quibus dicitur fluens de arboribus coaleſcere. 83,16.

GLISCERE, creſcere. Feſt. Regliſcit. ita leg. puto. vulg. regieſcit. & Plaut. congliſcere. 16,2.88,9.141,14.181,21.

Globvs cordis, cor. vt rota & orbis ſolis. 111,30.

Glomerare. vide & conglomerare. 88,26. 90,6.

Glomeramina vocat atomos rotundas. ita luctamina Prudent. aliaque ſimiliter multa conformauit. 50,12. 57,20. 171,6.

Gradiens clamor, & vox per arteriam. de hac tralatione Agell. in noct. Attic. 124,26.

Graivgena, Graij ſeu Græci, quaſi à Græcis geniti. vt ventigeni crateres hîc. ſic & Poenigena dixiſſe Virg. lib. 7. vult Seru. quo cum faciunt vet. q. vulg. ibi Phœbigena. ſic & alibi Troiugena. Eſt autem adiectiuum & ſubſtantiuum, vt nuntius. Pacuuius apud Cic. 2. de nat. deor. Graiugena de iſto aperit ipſa oratio. dicit, Graiugena pro Graiigena. Troiugen. pro Troiig. vt primigenus, ventigenus; antiqua conſuetudine mutandi i in u, & contrà, vt diſſupare, carnufex, optumus, qua de re in epiſt. ad lectorem. 16,5.

Grandescere. 71. 77,2,14.

Gravescere, pro ingraueſcere, more v. vide Clarare. 105,20.

Gremivm terrae. vt alibi tergum. molarum gremium Virg. Moreto. 211,7.

Grex, in feminino genere. Non. 56,28.

Gvberna, pro gubernacula. per apocopen inquit Victorinus, & Nonius. vt Græc. δῶ pro δῶμα. & Ennius, endo ſuam do. lætificum gau. pro gaudium. vt altiſonum cęl. pro cælum. quæ vel ad Græc. moreni dixit Ennius vel ad Oſcum. Oſci videntur ita præcidiſſe nomina. famul, capital, facul, difficul &c. & hîc alibi algo, pro algore. verùm Gręcos imitatus hîc potiùs videtur Ennius & noſter Carus. nam talis verborum deminutio Græcis poëtis fuit vſitata. de qua re adſcribam Strabonis grauiſſimi ſcriptoris verba e libro octauo:

Ἔστι δὲ καὶ τὰ ἀποκοπὴν δέχεσθαι τὴν μαστίχην: ἐ-ρηλου γὰρ ὅτι καὶ αὐτὴ μέρος ἦν τῆς Λακωνικῆς: παραδείγμασι δὲ χρῶνται τοῦ μὲν ποτοῦ, τὸ κρῖ, καὶ δῶ, καὶ μάψ. καὶ ἔτι ἥρως αὐτομέδων τέ, καὶ ἄλκιμος. ἀντὶ τοῦ ἀλκιμέδων: Ἡσιόδου δέ, ὅτι τὸ βριθὺ, καὶ τὸ βριαρόν, βρὶ λέγει. Σοφοκλῆς δέ, καὶ ἴσον τὸ ῥᾴδιον ῥᾶ. Ἐπίχαρμος δέ, τὸ λίαν, λὶ: συρακὼ δὲ τὰς συρακούσας. παρ' Ἐμπεδοκλεῖ δέ, μία γίνεται ἀμφοτέρων ὄψ, ἡ ὄψις: καὶ παρ' Ἀντιμάχῳ, δημήτηρός τοι ἐλευσινίου ἱερὴ ὄψ. καὶ τὸ ἄλφιτον ἄλφι. Εὐφορίων δὲ καὶ τὸν ἧλον, λέγει ἧλ. παρὰ Φιλήτᾳ δέ, δμῶες δ' εἰς ταλάρους λευκὸν ἄγουσιν ἔρι: εἰς ἄσημον δὲ τὰ πηδά, τὰ πηδάλια Ἄρατος φησί. δωδὼ δὲ τὴν δωδώνην, Σιμμίας.

Locus eſt pulcerrimus, & noſtro inſtituto adcommodatiſſimus; quem etiā Euſtathius & Victorius alicubi laudant. 143,28.

H

Habere. Mirari ſatis nequeo, verbum hoc in omnibus antiquorum libris manu deſcriptis, ita ſcriptum reperiri ſępiſſimè; cùm tamē id valeat quod vulgatum auere, ſeu cupere. ita in hoc poëta libri vet. habebant multis locis. immo apud Nonium in ſerie dictionum ab h incipientium, habentia pro auiditate collocatū videmus. cogitēt doctiores. 42,31. 73,14. 103,19. 107,16. 132,19.

Habere novitatem, nouū eſſe. 158,28.

Habemvs dicere, ἔχομεν λέγειν, poſſumus. 216,20.

Habent tenentes, id eſt, cōtinēt ſeu potius habēt. τοῦ ἔχειν apud Græc. eadē eſt ratio. 222,16.

Hac re, pro ideo, ea de cauſſa. ita Brutus ad Att. de Cice. An hoc ipſum ea re facit, quòd illi propter amplitudinem omnia iam vtroque deferenda putat? Salluſt. Catil. Multoſque mortales ea cauſſa aduerſos habeo. locus à gloſſis contaminatus eſt vulgo. & lib. 4. hiſtor. & ea re ab nobis ad ſocietatē, ab illis ad prædam petieris &c. Valer. de faliſc. pueris: hac re ſenatus cenſuit. ita v. meus. opt. Chariſius lib. 1. vide & ea re.

Halare, abſolutè. vt exſpirare. 62,22.

Hamatvm, Epicuro ἀγκιστροειδές. 48,17, & 28. 50. 4 & 25.

Hamatvs. 128,31.

Harmonia Veneris, continentia, congru-

gruentia. ἁρμονίας τῆς σώματος διαχυθῆσα dixit Epicrates in Antilaide, apud Athen. 147,1.

HAVD ERIT VT. non poterit. Græc. οὐκ ἔϛαι ὅπως. vide Eſt vt. 95,20.179,2.190, 16.

HAVRIRE, euellere. 198,25.

HAVSTVS, us, ui. 14,4.

HAVSTRVM. ita eleganter princeps fortaſſe Titus noſter τὸ ἄντλον Græc. expreſſit. vide & Nonium. 164,22.

HESITARE, micare, trepidare, motitari. 170,9.

HIATVS CAELI, vt fornices cæli Ennius, & cauernas ipſe Lucret. dixit. 121,10.

HIATVS LEONIS leo. imitatus Man. l.5. Cùm verò in vaſtos ſurgit Nemeæus hiatus. 149,9.

HILVM. aliquid, τὶ. Priſc. lib.6. hinc nihilum, ni pro ne. vide & perhilum. verbum Ennio & Tito noſtro perfamiliare. 80,5.88,15.97,25.98.24.99,19. 100,25.131,7.107,21.124,12.159,24. 212,12.

HINC ILLINC, vndecumque. elegans dictio ἀσύνδετος, deprauata ſępe. prouerbialem ait Donat in Adelp. 166,14.42, 29.175,32.

HOC. ſæpe veteres cùm de cælo loquerẽtur, ipſum cælũ, credo, adſpicientes; hoc dicebant, ſ. cælum, ſeu lumen. Ita Ennius Telamone: Atque hoc lumen candidum claret mihi. apud Nonium claret. Idem Thyeſte: Adſpice hoc ſublime cãdens, quem omnes vocant Iouem. Feſt. ſublimem. Terent. heaut. act. 3. ſcæn. 1. Luciſcit hoc iam. ita ibi leg. nunc exiſtimo, Adri. Turnebo auctore, & Plaut. Amphitr.

HOC, pro, huc. teſte etiam Priſc. vet. ponebant. Virg. interdum. vide & adhoc & illoc. Terentius Andr. act. 2. ſcę. 2. Ego me continuò ad Chremẽ: Cùm illoc aduenio, ſolitudo ante oſtium. Sic enim ibi cum Donat. leg. puto. cõſentientibus etiã libris vet. ad me inquit Donat. deeſt duco. elegantiſſ. ac Terentiano more. Hor. epod. 6. Quin hoc inanes &c. ita v. meus. 18,29.

Τὸ HOMINES deſideratur interdũ, & ſubintelligitur, apud Ciceronem & alios. 212,32.213,1.

HOMOEOMERIA. hoc ita reddidit M. Tul. 2. Acad. quæſt. Anaxagoras materiã infinitã. ſed eas particulas ſimiles intenſe minutas: eas primùm cõfuſas; poſtea in ordinẽ adductas mẽte diuina. poëta noſter exemplis adductis explicat. 5 27, 5 & 9.

HOMVLVS. Varro: hæc lanigeras detonderẽ docui, tunicareq́; homulũ. ita leg. apud Nonium Tunicare. 102,8.

HONOR, oris. ſic Virg. oculis adflarat honores. ſic & dignitas. 144,20.

HORRIFICE. venerandè. poëta doctiſſ. vſus eſt in rebus ſacris, vt & elegantiſſ. Catull. ad Caluum. Dî magni horribilem & ſacrũ libellũ. & Virg. 1. Æne. — horrentique atrum nemus imminet vmbra. & initio lib. 6. horrẽdęque procul ſecreta Sibyllæ. & alibi. 55,8.

HORROR CARTHAGINIS. ita Scipionem vocat Titus noſter. Silius hinc ſumptũ Marcello tribuit lib. 15. iacet campis Carthaginis horror. 105,32.

HORROR, ingens admiratio, vide horrificè. 74,5.

HORROR FERRI, ferrum. ita alibi glacies aëris. 225,30.

HVMANAE RATIONES, accuratæ & compoſitæ. 41,16.

HVMANAE RES dicuntur poëtæ elegãtiſſ. res hominibus vſitatæ. id enim humanum veteribus interdum valere deprehendi: eaque prima eius vis eſſè videtur. ita Cic. ad Torquatum, lib. 6. ep. 1. Eaque cùm careamus, omnia humana placatè & moderatè feramus. hinc eſt illud: Si quid humanitùs illi contigerit. & eleganter Cic. 1. offic. hominẽ inhumanum vocat, rerum imperitũ & ἄπειρον. nos expreſſiùs; *onbeleeſt*. 145,8.

HVMANI, HOMINES. ita Varro Margopoli περὶ ἀρχῶν. natura humanis omnia ſunt paria. 75,24.99.26.

HYPERBATON ENORME. geminum huic priori hyperbatõ eſt apud Hor. l. 1. od. O Diua gratum quæ regis Antium, &c.

Serues iturum etc. ibi enim tandem adcommodatio fieri debet. in ea ode eũ vet. interprete Porph. leg. puto. ſemper anteit ſerua neceſſitas. eaque ſcriptura in v.c. noſtro planiſſimè exſtat. rectè. nã ſuę poteſtatis non eſt, inquit Porph. qui neceſſitati parere debet. in eod. autẽ. v.c. ſcriptum erat. o vtinam noua Incude diffingas retuſum in Maſſagetas Arabasque ferrum. quod cùm in aliorum etiam libris vet. exſtet & in o. vulg. miror ab aliis tentatum: pręſertim cùm & à vet. interpretibus ea agnoſcatur ſcriptura, & oratio ſit elegans. retuſum, obtuſum redditum gladium corporib. ciuium bellisque ciuilib. optat poëta diffingi, id eſt, inquit Porp. reacui, refabricari. diffingere eſt rei aliam dare formam. vt qui acutum gladium obtũdit, eum diffingit. contrà, qui obtuſo reddit acumen, etiã diffingere dicitur. optimè. aut certè metalepſi quadam per diffingere, vt prius, accipietur reacuere vt poſteriùs. Et vt eã od. perpoliamus, in eod. cod. erat. Heũ cicatricũ & ſceleris pudet. certè multis locis in v.l. inueni τὸ heũ, vbi vulg. ſit eheu. vt in Virg. buco. Heu quam pingui macer eſt. & in Horat. ep. 15. Heu heu tranſlatos. quod cur temerè debeat reiici, nõ dum video. 1,6. vſque ad 1,32 & 34,2 vſque ad 32,35.

I

I NON-EXTRITA. Ennius apud Appu. apolog. 2. Mures ſunt Aeni, aſpera oſtrea plurima Abydi. ita leg. ſed de ijs Ennij verſib. in Agel. diximus. 112,20. 125,10. 150,28.

IACERE, tralatè; contemptum eſſe. 183,32

IACERE, tralatè cui cont. vigere. Cic. iacere Cæſarem putans offenſione populari. vide et Nonium: et cadere. 3,6.

IACERE VOCEM. vide eijcere. 126.11.

IACVLARI ALIQVEM tralatè de amore 140,30.

IAM particula magnæ celeritatis interdũ. Terent. heaut. Bono animo es, iam argẽtum ad eam deferes. vbi Donat. Iam, nimiam velocitatem ſignificat. &: Accede ad ignem hunc, iam caleſces plus ſatis. ita & noſter aliquando.

IANVA ORCI. ſic Plaut. Acheruntis hoſtium dixit. quod ſolent fabulari in locis peſtilentibus patere. hoc vt reliquas nugas, ſeriò ridet poëta. 218,7.

IANVA LETI. cauſſa interitus; &, vt vulgò dicimus, feneſtra. lepidiſſ. tralatione. Virg. 2. Æn. patet iſti ianua leto. & Arnob. Lucretij perſtudioſus lector, lib. 2. Omnis enim paſſio leti atque interitus ianua eſt. vide & Limen. 160,7.

IANVA ORIS, os. mira dictio. 124,29.

IDEM ALIIS, Græc. αὐτὸν ἄλλοις. 106,8.

IGITVR. deinde. Ter. Eunuch. Quid igitur faciã? vbi Donat. etiam Plautũ Amphit. laudat. vide & Feſt. ſic & ergo apud Propert. lib. 3. eleg. 2. accipi poteſt.

Ergo muſarum & Sileni patris imago
Fictilis & calami Pan Tegeæ tui.

quamquam ibi pro particula ἀρκτικῇ poſitum videatur, vt aliâs ſæpe; & apud Virg. Ciri. Ergo Palladiæ texuntur in ordine pugnæ. 57,11.

IGNIFER AETHER. 164,4.

ILLAE pro illius, f. vide vnę. 351,12. 141,4.

ILLE. monui nunc aliquoties vocabula eſſe quædam, quæ veteribus elegantiæ tantùm gratia, non neceſſariò interdũ adhibeantur. vide Cum &c. tale videtur eſſe & ille, quod video multis poſitum locis, poſſe tamen abeſſe non incõmodè. vt & in eo Virg. multum ille & terris iactatus & alto. 113,29. 177.12.

ILLI, pro illic, non hîc tantùm, ſed apud Ter. & alios id nomen hactenus deprauatum eſt. ita et in ep. Cœlij: Domitiũ quendã nobilem illî. ſic in v.c. inueni. vulg. illic. 34,15.

ILLIM. vt illi pro illic, ita illim pro illinc, & iſtim ſimili ratione, dixiſſe antiquos cõperio. ſed vt illi ferè deprauatũ fuit repoſito illic: ſimiliter illim & iſtim in illinc, illum &c. contaminatũ vulgo video. Pomp. Pãnuc. apud Non. rutrum, Sarculum hinc illò profectus, illim rediſti rutrum. quid hîc ſit rutrum, indicat Feſt. rutabulum. vul. ibi illum, nullo ſenſu. Cic ad At. l. 9. Illim equidẽ Cneum profectũ puto. quidquid eſt, biduo ſcie-

ſciemus. & Illim ex veter. cod. ita legend. ſine dubio, & ſi hereat Victor. vulg. illò, peſſimè. iſtim verò pro iſtinc ſæpiſſimè dixit Cicero: ſed contaminata ſunt omnia. in vet. l. inuenit Victor. iſtim & illim: ſed ſequi veritus eſt: malè. contra vet. l. Loca omnia adſcribere nimis eſſet longum. vide Vict. in epiſt. Cic. 166,14.

IM pro eum dicebant antiquiſſ. Feſt. Em etiam dixiſſe è pluribus locis perſpicuum eſt. ceterum omnia ferè contaminata ſunt. adſcribam vnum ex 12. tabulis de Anteſtatione: *Si in ius vocat, ni te anteſtantem ſequitur, em capito.* ita reſtit. puto apud Porphir. lib. 2. Sermon. eam legem. Secuta videtur altera illa: *Si caluitur pedemue ſtruit* (quod eſt, ſi nolit ſequi) *manum endoiacito.* Eas leges breuiter ita coniunctas ſuo more expreſſit Satyricorum princeps lib. 17. Si non it, capito, inquit, eum: & (*ſeu at*) ſi caluitur, ergo Endo manum. ſic leg. puto apud Non. caluitur. hæc cùm iã diu ſcripſiſſem, adlati ſunt ad nos præceptoris commentarij, in quibus paullum à nobis illum diſſentire comperi. ſciebam & Iac. Rçuardum noſtrum, hominem & iuris, & antiquitatis conſultiſſimum aliter paullo ſentire: ſed nihil mutandum putaui. iudicium doctiſſ. illis viris ipſe permitto. 100,21.

IMBER. generaliter quaſi cœtus & agmẽ, pluuiæ, grandinis, niuis, &c. Non. Q. Claud. annal. 11 Pluuiæ imbri luius erat multus. ita leg. puto apud Non. lutus. 197,27.

IMBIBERE petere, id eſt, conſtituere, in animum inducere. ita etiam loquitur Cic. pro Quinct. 104,27. 196,20.

IMBVERE. tralatum ad ignem. vide liquidus. 222,21.

IMITARI. vſus videtur abſolutè, pro reſpondere, cõfirmari, ſimilis eſſe. nã qui imitatur, exprimit id quod ſumpſit, illique ſe conformat. alibi dixit mutua fungi. mutarunt hæc alij, non rectè, vt opinor, contra v. l. 58,19. 98,11.

IMMANIS, ingens. Feſt. vtitur & Velleius. & Attius immanem Græciam ita dixit. 5,24. 87,21. 104,17. 121,3. 149,19.

IMMEMORABILE, ἀδιήγητον 114,8. 209.20.

IMMISSIS HABENIS poteſtate facta. Virgil. & alij. Propert. lib. 3. immiſſis rotis. Virg. lib. 2. georg.

—& dum ſe lætus ad auras
Palmes agit, laxis per purum immiſſus habenis.

Ouid. immiſſis aquis. Heſiodus in Clypeo ἰφίεσαν ὠκέας ἵππους. hine nata italaſio, quam Seruius ad 6. Æneid. non videtur intellexiſſe. 173,2.

IMMODERATVM, immenſum, inane. f. 32, 27.

IMMVLGERE obſcœnè dicitur femina, vt immeiere vir ab alijs. 145,27.

IMPENSVS idem quod magnus ſeu ingẽs ſonat veter. impenſa libido hîc. Prud.

Barbarus torior latus omne carpſit
Sanguis impenſus.

Cæſar lib. 4. initio de bell. Gall. Quin etiam iumentis, quibus maximè Galli delectantur, quæque impenſo parant pretio, Germani importatis non vtuntur. Apud Feſt. impenſus valet, nondũ penſus: impenſam ſtipem, &c. ita interpung. 178,19. 209.23.

IMPERITARE. vide frequentat. Horat & æquani rem imperiio. 105,26.

IMPETE, celeritate, interdum magnitudine, copia. impetus enim vox apud hũc poëtam tam varia ſonat. id quod obſeruatione digniſſimum eſt. 121,9. 136, 14. 164,11. 176,72. 168,22.

IMPETVS AETNAE, pro Aetna, vt alibi vis equorum pro equis. ſic Ennius impetũ nauis lib. 14. dixit. 54,24.

IMPETVS ALIMENTI, alimentum, ſeu multitudo alimenti, vt vis equi. 173,30.

IMPETVS CAELI, celerrimus eius ambitus. hoc & Cic. 2. de natura deorum vtitur. 154,26.

IMPLEXVM. vide plexum & Feſt. 83,20.

IMPVLIT. attigit. ita Virgil. 1. Æn. Impulit in latus. 168.28,

IN. longè aliter vſi ſunt veteres præpoſitionibus, quàm vulgo habent grammaticorum canones. quod cum in alijs etiam,

ſciemus. ita v.l. vulg. illinc.& lib.9.ad Attic. Illim ab Alexandria diſceſſiſſe nemo nuntiat, conſtatq́; ne profectum etiam,vt ex,clam,&c. tum in hac maximè obſeruaui: nam ſine diſcrimine vel cum accuſandi,vel cum auferendi caſu iungebant ſæpe. qua etiam de re in noct.Atticis paullum adfertur.Cic. pro lege Manilia: Cùm noſtros portus atque eos portus quibus vitam ac ſpiritum ducitis,in prædonum fuiſſe poteſtatem ſciatis. Cæcilius: Tanta huic inuaſit in corde indulciras: apud Non. Plaut.Amphitr. Numero mihi in mentem fuit. Q.Claudius annal.1. Nos in medium relinquemus. Cic.lib.1.de Orat.Et quod ille duriſſimis pedibus fecit,vt ſe abiceret in herba,&c. ſic enim ex v.l.leg.puto. vulg. herbam. Agell. Sed facies in ordinem ſcriptum fuit. ita v.l. vulg. ordine. lib.9. cap. 14. Ouid.3.Metamorph.

Donec Agenorides cõiectũ in viſcere fer- (rum.

ſic ex v.l.leg.vulg.viſcera. Brut.ad Ciceron.lib.11.epiſt.19. Cauſſam habet optimam:officium in repub. ſummũ. ſic habent lib.vet.vulg.in rempub.malè.Cæſar lib.2.de bello Gallic. Quod is collis,&c. in frontem leuiter faſtigatus paullatim ad planiciem redibat. ſic vet.l.& lib.6. Ne deſperara ſalute aut ſe in Menapijs abderet, &c. ita v.l.Terent. Eunuch. Deinde illam in lecto illæ collocant.Plaut. Aulular. collocare in arborem dixit. & Cæſar, in mediam aciem collocare auxilia lib.3. de bello Gallic.Virg.6,Æneid.

Excideṛat puppi medijs effuſus in vndis.

& lib. 10. — infuſus perpexam in pectore barbam. ibid. Dũ pluit in terris. quod hemiſtichion Lucret. eſſe monuit ibi Seruius. rectè exſtat pag.214, 3.Lucil.lib.30.Endo canino rictu, oculiſque inuolem. ſic leg. puto apud Nonium Inuolare.Plaut.Trinumnio:in re mea eſt:pro ,in rem. Græci etiam ſæpe ὡς ἐναντίον καθίστασθαι. Plutarch. ὡς τοὺς Σύμας αὐτὸν γράφει, inter ςtarios refert, &c. 214,3.&c.

In puto doctiſſimum poëtam vſum eſſe pro intus,hoc eſt,ἔνδον,vt ſæpiſſ. apud Plaut.Ti intus poſitum videmus. Intus exijt,inquit in Milit.&c. aut certè contra omnes v.lib. mutandum erit,quod alij fecerant. 57,7.

In geminatvm. hanc particulam in vna circuitione ſeu periphraſi geminatam inuenio ſæpe. Cic.1.Tuſc. Itaque dubitans,circumſpectans,heſitãs, multa aduerſa reuertens,tanquam in rate in mari immẽſo noſtra vehitur oratio. 60,5.

In.hunc articulum ſine dubio quaſi abũdare ſæpe deprehendi,vt & de cùm admonuimus.vide in tempore. ſic ait in reddita,pro rebus reddita.ſic & Terẽt. Adelph. In eo me oblecto, ſolum id eſt carum mihi. nouè inquit Donat. pro eo me oblecto. 52.6.

In altvm provehere. pereleganter dixit,& quaſi prouerbialiter, pro in turbas,motus, tempeſtates,pericula.cõtrarium illi,in portu. 193,13.

In cassvm. 65,9.72,19.

In gremivm.in cum accuſatiuo quietis. in noct. Attic.lib.1. cap.l. 17. cap.2. &. ſuprà In. 2,9.

In longo spacio,pro longo ſpacio.ſic in noct.Att.in eo tempore.148, 8.219,26.

In qvo iam genere.delectatus videtur doctiſſim9 poëta hac clauſula,vt et alijs. Nõne vides,Illud in his. Quod quoniã docui. Cetera de genere hoc. 50,6.&c.

Inante.elegãs eſt hæc particula, qua multi veterum ſunt vſi. Ita Græci dicunt ἔμπροσθεν. ita proporro hîc & inſuper, & ſuperanteactus,vt hîc in anteactus. Propert.lib. 2.eleg.3.

Hîc dominã exemplo ponat inante meã.

ita leg.cum Fabricio. ſed quod Cic. in ante diem ſeu a. d. Kalend. Ian.&c. dicit,huc non pertinet. ita & ex aduorſum apud Terent.Phorm. In quo hæc diſcebat ludo,ex aduorſum inlico Tonſtrina erat quædam. ſic leg.puto non diſſentiente Donato. & vet. lib. q.& Agell.lib.7. illico ſeu inlico , quod eſt ibi eoloco,ex aduorſum illico,id eſt,è regione ibi erat tonſtrina.Feſt.ſultis.

Inane, vacvvm. Ita ſæpe Lucret.& Virg. lib.12.Aeneid. alibi purum vocat Lucret.lib.1.Virg in Aetna etiam contrà ſolidum inane dixit. 17,19,& 32.

Inanes pro arrogantibus & oſtentatoribus ac ſophiſtis. ita ferè Horat de poëtaſtris: Inanes hoc iuuat ita Cic.4.Tuſc. inaniter. vel potius hic pro imperitis, vt mox, ſtolidi. ματαίους vocabat Epicurus. 21,7.

Inania templa caeli 164,27.

Inceste, impurè. 4.10.

Incidere grauitatē, ſplendorem ac pompam notat. nō poſſum quin moneam verba incedere, incendere, accedere, aſcendere. accendere, diſcedere, deſcendere, decedere, ſucciſus, ſuccenſus, ſæpe mendoſè commutata in omnium vet. lib. vt hîc, & in Valerio Flacc lib.1.

Cœperat à gemina deſcendere Seſtos Abido.

Sic ibi libri vet.manu ac prælo expreſſi, quod ab Ant. Sabellico mutatum in diſcedere iam ferè obtinuit. rectius quidē illud, quàm quod ab eodē ibi tentatum eſt, in Heoo voluet quem barbara cuſpis Puluere Æço enim ex omnium conſenſione librorum retinendum omnino puto: nam etſi Apollonius Canthum in Africa occubuiſſe dicat, ponit tamen Valerius, vt aliâs ſæpe, ab eo diſſentire, & Canthum apud Colchos prope Aegam oppidum commemorare occiſum. In eodem Valer. l. melius ex v.c. legeretur,

Glaucoque bouem, Thetidique iuuencā
Deicit Ancæus.

deæ conuenit bos femina. neque dubitem olim à præceptore admonitus eodem libro extremo legere:

Cardine ſub noſtro rebuſque abſciſa (vel abſciſſa) ſupernis,
Tartarei ſedet aula patris.

at ſub terram à ſuperis diſiunctam lōgè aulam Plutonis. vulg. acciſa, nullo ſenſu. Simile mendum fœdarat Prud. peri ſteph.hymn. 2.

Aduertat abiunctas plagas
Coire, &c

diuerſas, diſiunctas. ita v. lib.& lib.2.in Symm. Quadrupes abiuncta eſt bipedi. ſic v.l.i. diſtat, vt modò dixeram: ſed tantum diſtant Ro.&c. meliùs enā in eodē Valer. (nā huic totū hoc parergō dabitur) fortaſſè legetur,

quàm multa (.i. ſæpe) leo cūctatus in arta
Mole virûm, rictūque genaſque, & lumina preſſat.

qua de re Plinius lib 8. cap. 16. initio etiam eiuſdem lib.1. abeſtque, non recte meo iudicio. Namque poteſt, Solymoque nigrantem. 75,20.

Incidere lymphis, pro in aquas incidere. incidere lemoribus. obſeruatu digna, et hęc conſecutionis ratio. vide In. 43,10. 231,2.

Incidit vox avres. vide accidit. quō pertinēt & hæc Cic. verba è Vatiniana: Non putas fas eſſe, verbū ex ore exire cu uſquam, quod non iucundū, & honorificum ad aures tuas accidat. Flacc. lib.1. vox attigit aures. 126,1.

Inciere, incitare. hinc & inciētes dicuntur vicinæ partui feminæ. ſic exciere, cōciere, &c. fuit enim verbum ciendi, & ab eo iuncta, vet. familiariſſ. verū laborat & hic locus, vbi id nos ponendum iudicamus. Enn. Afranius armis concierc populum, ſtrages, malum. 178, 17.

Incilare, increpare. Non. adducit Att. Pacuuium, & Lucilium. 103,25.

Incitvs, agitatus, incitatus. vide percitus. 9,23. 182,22. 158,21.

Inclvtvs, Inclvta. Turp. Interea adſpexit virginē geſtantē in capite riculā inclutam oſtrinam. Enn.l.2. Hîc occaſus datus eſt: at Horatius inclutus ſaltu. Feſt. Occaſus. vide & epiſt. ad lectorem. 2,16. 73,18, 148.25.

Incolomis. nō eſt dubiū quin antiqu. ita ſæpe ſcripſerint: euincit hoc v.l. conſenſus, & ſimilis cōplurium verborū obſeruatio. popolos, ſonus, piacolon, hoic, pro populus, ſun9, piaculū, huic. in lib. fœderum & legū antiq. extitiſſe notat Vict. ita quoi ſeu coi, pro cui. Quinct.l. 1.cap.5 Quū o. atq. u. permutatæ inuicē, vt Hecob, & notrix, Chulcydes, & & Pulixena ſcriberentur, ae ne in Græcis

cis

ciſid tãtùm notetur, dederont ac probaueront. vide & hîc, cumes. hinc & in v.l. Varronis rectè. ouom, auos, equos.

INCOMITATVS παθητικῶς. Ita & Virg. 2. Æneidos. incomitem ſine comite dictũ à veteribus adnotat Feſt. 232,20

INCONSTANTER. 88,20.

INCVTERE. f. abſolutè ſeu παθητικῶς. pro incuti. vt præcipitare & ſimilia quàm plurima. ſed locum eum mendoſum puto. 222,7.

INDE-LOCI. hac particula vſus eſt En. l. 1.

Conſtitit inde-loci propter sos dia dearũ.

apud Feſt. sos. ſic Terentius, interea-loci. Pacuuius Chryſe. Interea-loci flucti flacciſcunt, ſileſcunt; mollitur mare. ita lego apud Non. flucti Plautus, vbi loci, etiã dicit. Ennius. Inde-loci lituus &c. Feſt. lituus. Lucilius libro 30.

Multis inde-loci ſermonibus concelebrarunt. ſic lego ex v. c. in quo erat inde locis. vulg. inductis. apud Nonium concelebrare. 173,6.

INDICIO ESSE FACTI SVI. i. indicare, prodere, index eſſe. elegantiſſ. dicendi formula. Terent. Adel. Indicio de ſeipſe erit. vtitur et Cicero. ſed vulgo trita non eſt. 139,21.

INDIPISCI. aſſequi Feſt. 79,29.

INDIGNANTIVM ORATIONES PRAECISAE eſſe conſueuerunt vt hîc. nonne videre Nihil aliud &c. ita Virg. Mene incœpto deſiſtere victam? Terent. Adeone hominem eſſe inuenuſtum. Plaut. Ciſtell. Nam hercle ego illam irridere me vt ſinam? & aliis multis locis. vide hîc Nonne videre. 86.24.

INDVLGERE. mira elegantia & vulgo inuſitata hoc verbo vſus eſt, pro exercere et colere molliter et ſuauiter: 191,12.

INERMVS. ita Salluſt. vide Non. 188,31.

INFANTIA ἀφωνία. 180,23.

INFERIAE. 54,29.

INFESSVS PRVINIS. tralatione elegãt. feſſus in pruinis. quaſi deſinens in pruinas ac frigora. feſſi deſiſtunt ab opere. 52,15.

INFINITI MODI DVO VERBA CONIVNCTA. quod vitioſum eſſe in oratione ſoluta putat Seruius. malè. Terent. Andr. Quod iuſſi ei dare bibere. 15,26.16,15.

INFIT, incipit. Feſt. 186,8.89,12.

INFRA LOCVS, inferior locus. ita Ter. Heaut. nuper amicitia. vbi quidã cõtra v.l. nupera. & hîc ſurſũ loca. vide & ſuper.

INFRA LONGE. 45,31. (191,14.

INFRACTVS SERMO. ſuauis, molliculus. ita Cic. etiam fracti voce vtitur. 155,24.

INGENVVS pro natiuus. ita & Iuuenalis ingenuum tophum dixit. 8,14.

INGENS. vt apud Terentium. ingentes gratias. περιμέγιστον. 215,18.

INGRATIS. pro inuitò. quidam apud Ter. & Plau. ingratiis contra v.l. poſuerunt. à quibus diſſentio. vide & omnimodis. Cornel. Nepos in Themiſtocle: Hoc eo valebat, vt ingratis ad depugnandũ cogeretur. ita v. meus. opt. 107,3.149,30.

INIECTVS ANIMI. Epicu. ἐπιβολὴν τῆς διανοίας vocat. ſic Cic. 1. de natura deor. inicere & intendere animum ad aliquam rem. inicere mentem, pro Milone dixit ãlio ſignificatu. 59,10.

INIRE ſæpe & quandam ſæuitiem notat hęc vox, vt inuadere. Plaut. iniit te vmquam febris? 104,14.

INITIVM apud hunc poëtam ferè triſyllabum fit. INITVS vocem ſemper ſuſtuli. quia & v.l. ferè initium habebant; & initus μίξις eſt apud Ouid. & Plin. lib. 1. cap 25. in noctib. Atticis. ingreſſus. vide & potius &c. 1,21.

INLVVIES CORPORIS. miror hoc verbum in Terent. Eunuch. act. 5. ſcęna quarta. iam olim mutatum in ingluuiem, hoc verſu:

Harum videre inluuiem, ſordes, inopiam:
Quã inhoneſtè ſint domi; atq; auidę cibi:
Quo pacto ex iure heſterno panem atrũ vorent.

Depingit meretricum miſerias cùm ſolæ ſunt domi; ait eas eſſe immũdas, ſordidas, egenas, incultas, famelicas adeo, vt vel atro pane famẽ depellere cogantur. quò ergo referas ingluuiẽ quod in vulg. & q.v. exſtat. auidas quidem dicit quod eſt famelicas, & appetentes cibum: ſed hoc ad ingluuiem nihil, cùm famem & inopiam comitãtur ſordes, inluuies, ſqualor. Liuius lib. 21.

fame

fame, ſrigore, inluuie, ſqualore enecti. hæc vt alia multa ſint parerga, modò non inutilia. 234,1.

INNOXIVS, ἀβλαβῶς. 206,12.

INNVMERVS NVMERVS, infinitus. in epita. Plauti. Et numeri innumeri ſimul omnes cõlacrimarunt. vid. aceipi vt inupię nuptiæ: qua de re aliâs. 69,3. 97,21.

INNVMERALIS NVMERVS, innumerabilis numerus. 70,3. 209,17.

INOLERE, non olere, vt impenſus apud Feſt. non penſus. 61,24.

INRIGARE. alibi rigare, tinguere. 157,12.

INRITAT, irritauit. Terent. Eunuch.

Exiſtumât eſſe, ſic exiſtumet; ſciat
Reſponſum, non dictum eſſe; quale ſit
prius:
Qui bene vertẽdo, et eas deſcribẽdo malè
Ex Græcis bonis latinas fecit non bonas.

ſic verſus iſti ſcribi debent ex v. l. & Donato. alij mutarunt ſinè cauſſà. vide & hîc obiter &c. 3,14.

INSATIABILITER. 102,1.

INSEDABILITER. 231,3.

INSENSIBILE. 63,8. & 12.

INSERERE. ita & Horat. lib. 3. od. 25.

Ancus, egregij Cæſaris audiar
Æternum meditas deus
Stellis inſerere & concilio Iouis. 158,27.

INSERTIM. ſic alibi exſertim, præſertim. 39,25.

INSERTVS. f. 39,25.

INSIGNE RADIATVM DIEI, pro ſole. ita Cic. Arato. ſtellas inſignia cæli dixit. Attius autem in elegantiſſ. carmine vocat aurorã diei indicem radiorum. 170,12.

INSIGNE REGIVM, diadema. 184,2.

INSILIA, textorum tela quædam, Germanicè *ſchamelen* dicimus. nondum equidem id apud alios inueni. ſed propterea loco moueri non debet. ſic arteria, orũ, & alia quædam propria apud hunc poëtam. 190,28.

INSITA FACTA, præclara monumentis florent. 158,27.

INSTITVERE VESTIGIA. gladiatorum hoc eſſe puto. ac προβολὴ pugilum intelligi poteſt. idem ſonat ponere veſtigia. vide veſtigia. imitatus eſt Maro libro 7.

— veſtigia nuda ſiniſtri
Inſtituêre pedis. 123,1.

INSVPER. geminata prępoſitio qua omnes antiqui ſcriptores ſunt vſi etiam adiuncto caſu eodem, quem dant vulgo τῷ ſuper. Cæſar libro 2. de bello ciuili: Hãc inſuper contignationem quantum tectum plutei, ac vinearum paſſum eſt, laterculo adſtruxerunt. & in antiqua lege: Inſuper mutilos trabiculas abiegineas. i. craſſas quoq; verſus. s. imponito &c. et ibidem ſæpe. Vitruuius lib. 5. ca. 12. deinde inſuper eam exæquationẽ pila quam magna conſtituta fuerit, ibi ſtruatur. vnde cùm ſuper valeat & ὑπὲρ et præter, etiam inſuper id veteribus ſignificauit. Hinc inſuper habere dixerũt quod Arnob. libro 2. poſthabere, id eſt, negligere, pro reicere, parui ęſtimare. vide & inante. 234,15.

INTACTILE. 14,29.

INTACTVS, τὸ ἀπειρὲς, vt incultus apud Salluſt. contrarius cultui, indelictũ apud Atticum. vide & hîc non--ſenſus. Ita venuſtè Plaut. Baccharia. inlatebræ dixit:

Cuius ego latus inlatebras reddam meis dentibus Et manibus. i. diuellam, patefaciam. ſic enim leg. puto apud Macro. lib. 3. cap. 16. 15,14.

INTEGERE. 73,30.

INTEGRARE, integrum manere. vtitur & Liuius lib. 1. Hinc integratio apud Terent. And ſic enim vet. c. & Donat. vide & Nonium. 33,14. 71,32.

INTEMPESTIVVS. 228,25.

INTEMPESTIVI IMBRES, nimij. ita ferè intempeſtiua conuiuia apud Cicer. & alios quaſi non ſuis & conſuetis horis. 63,15. 65,6.

INTENDERE MOBILITATEM, augere. 205,7.

INTENDERE, pandere. 110,18.

INTER SE COMPREHENDERE. vt amare inter ſe. 238,18 & 20. 81,11.

INTER SE VESCI, id eſt, vti inter ſe, vt inter ſe amare cõplecti. ſignificat his verbis poëta, cùm homines primùm alter altero vteretur, familiaritas et cõmercium

cium oriretur inter eos. ſæpiſſimè vtitur poëta τῷ inter ſe. ἀλλήλοι, ἀλλήλως. vt veteres omnes. 150,26.

INTERDATVS, interiectus, additus. 235,10.

INTERFIERI. interfici, abſumi, deuorati. particula, inter, eſt capitalis & φθαρτικός. 100,30.

INTERSTINGVI. inter particula ἀυξητικὴ & peſtifera ferè, Donato teſte. 172,9.

INTERVOMERE. 222,11.

INTESTINVS. interior. 45,9.

INTVS, pro intrò. ita & in Querulo. abi celeriter intus Pantomale. & ibidè, intus ibant. Celſus lib. 7. Idemque humor olyſtere intus adicietur. 142,4. 195,3.

INTVS, videtur pro ἔνδοθεν, vt ſæpe apud comicos. 217,3.

INTVS SEDIBVS, pro in ſedibus. ſolent veteres aduerbijs vice præpoſitionum, & contra præpoſitionibus aduerbiorum loco vti. vide ſeorſum. ita Ter. Adelph. act. 1. poſtremo alij clanculum

Patres quę faciunt, quæ fert adoleſcentia.

INVADERE cui vulgo caſui iungatur, notum eſt; non item quem illi addant reconditæ magis litteræ, librique myſtyci: dandi caſum illi addunt. Varro de vita P.R. libro IV. Tanta porro inuaſit cupiditas honorum pleriſque, vt vel cælum ruere, dummodo magiſtratum adipiſcantur, exoptent. apud Non. titulo de numeris & caſibus. M. Cicero ad Tironem: Sed mirus inuaſerat furor non ſolùm improbis, ſed etiam his qui boni habentur, vt pugnare cuperent; me clamante, bello ciuili nihil eſſe miſerius. ſic in v.l. extare monuit P. Victorius, ſed ſequi veritus eſt ob inauditam verborum ſtructuram. iam igitur liberè eam amplectamur omnes. cùm & Varro & noſter poëta (licet de mendo ſuſpectus ſit locus) ita ſint locuti. immò & doctiſſimus comicus Statius Syracus. Tanta huic inuaſit in corde indulcitas. apud Nonium. ita apud Græcos ὑπέρχομαι variat in eadem notione. teſtimonia vbique obuia. Plaut. Epidic. Laſſitudine inuaſerunt miſero in genua flemina. ſic habent lib. vet. 232,7.

INVADERE IN OCVLOS, in aliquem. hoc obſeruatu dignum. & ita ferè ſemper M. Tullius 2. Philipp. Cùm mulier fleret vberius, is caput aperuit, in collum inuaſit &c. & pro Cæcinn. vt in Cæcinam aduenientem cum ferro inuaderet. & pluribus locis alijs. 214,32.

INVALIDVS, valde validus, vt indurus. Ouid. 16. metam.

— & induro lædi quoque corpore ferrũ. ſic v.q.l. rectè. vulg. in duro. contra verò ingelidus pro tepido dixit Prudent. lib. 2. in Symm. extremo:

Nubir anus veterana ſacro perfuncta labore:

Deſertiſque locis, quibus eſt famulata iuuenta,

Transfert emeritas ad fulcra iugalia rugas:

Diſcit & ingelido noua nupta tepeſcere lecto. ſic eum locũ lepidiſſ. leg. & interpung. puto. iuuenta. i. in iuuenta, cùm eſſet puella. in v. tamẽ ferè inueni, iuuẽtus. in al. iuuentas. quod neſcio quid ſibi velit. Ingelido repperi in q.v. in al. v. vt vulg. in gelido vidi, quod fortaſſe ſit rectiùs. 31,27.

INVLAE SAPORES. inula herba eſt amara. Columell. hortul.

Tempore non alio vili quoque ſalgama merce

Capparis, & triſtes inulæ, ferulæque minaces

Plantantur. — 49,20.

INVLA. Horat. lib. 2. Satyr. 8.

Erucas virides, inulas ego primus amaras.

ita vetuſtiſſ. codex. Columell. etiam lib. 12. cap. 46. ait eſſe herbam amaram.

INVMBRARE. 102,7.

INVRGERE, vt inſtare. 180,27.

IPHIANASSA. Homericum eſt aliter interdum nomina efferre, quàm vulgo conſuetum eſt. hinc & Acamede ab eo dicitur, quæ Theocrito, alijs, eſt Perimede. &c. 3,26.

IRE, pro mori. vide abire. 89,23. 211,32. 212,5.

ITA, QVAM, pro tã, quam vide quã. 68,18.

ITERE,

Iтєʀє, ab iter. Nonius. 168,29.

Itvs. pro itione. ita dirempꝛus &c. 85,13.

Ivbar. Feſt. 120,29.

Ivbar solis, ſplendor. 170,9.

Ivdicia. ſic & Cic. epiſt. ad Cæſar lib. 1. in re augurali & omine vſus eſt Itaque, inquit, vereor ne ferociorem faciant te tam præclara iudicia cæli. vt rectiſſ. Iunius, in Nonio. 206,10.

Ivngitvr sensvs. i. fit, exiſtit, efficitur. præclarè doctiſſ. poeta: nam ſenſus in iunctis partibus demum, non in ſingulis conſiſtit. 64,14.

Ivs, pro iuſto δίκαιον. at Terent. contrà, iuſtum, pro iure. 75,5.

Ivssa f. vt popidorum ſcita & iuſſa dixit Cic. & Prudent. de Cornelio:

Aſpera nonnunquam præcepta & triſtia iuſſa.

ſic v.c. huic ſimile verbum Ius ſæpe etiam deprauatum eſt. Prudent. de Epiphan.

Cautum & ſtatutum ius erat.

ſic v.l. rectè. vul. iuſſerat. Feſt. taxat: cùm proſcribitur, Qvod ei ivs sit statvendi. ita leg. puto vulg. iuſſit. 184. 11.

Ivxtim, æqualiter. Nonius. 123,31. 145,30.

L

Labr, pro labe. vt colli, &c. 177,17.

Labiosvs 144,18.

Lacere, elicere ignem dicimus ſæpe. 57, 8.

Lacio, allicio Feſt. 143,27. 145,24.

Lactare. trahere. hinc delectare, attrahere. Nonius. 181,28.

Lacvnas vocat ſtrias eas quas aurum, æs &c. liquefactum per ſolum fluitans efficit, terra quaſi exeſa. ita Varro interſtitia rugarum lacunas vocat eleganter, lib. de re ruſt. 187,32.

Lacvs. ſacris in rebus numerat poëta lacum. nec mirum. ſolent enim conſecrari lacus. hinc de Auerno & Lucrino Virgil. 3. Æneid.

Diuinoſque lacus & auerna ſonantia ſiluis.

magna etiam ſuperſtitione lacus Iuturnæ olim adibatur, & aquam ex eo petebant tam ad ſalubritatem, quàm ad omnia ferè ſacrificia, teſtibus Varrone & Seruio. ſic & Mercurij aqua ſe lauabant extra portam Capenam, vt a periurio ſoluerentur. qua de re Ouidius in Faſt. lib. 5.

Eſt aqua Mercurij portus vicina Capenæ. &c. 150,29.

Laedere naves ad saxa, adlidere. ſic vulnerare Liuius. vide clauda. 179,24.

Laeta vineta. vide nitidus. Ennius apud Priſc lib. 9.

Et detondit agros læros, atque oppida cepit. 191,15.

Laevare, polire. 188,6.

Laevor, ita æquor. 49,14. 125,27.

Lamia f. pro mammoſa femina, vide quę adſcripſimus ota pag. 144,17.

Lamina. de lamina candente genere tormenti etiam Horat. epiſt. ad Vaalam. 264,13.

Lampadion. ita ſuas delicias, puellas loquaculas & petulantiores ὑποκορίζοντες appellitant amatores. Varro Agathone:

Quid triſtiorem video te eſſe? num augit hæc

Lampadion? ecquid familiaris filius

Amat, nec ſpes eſt auxilij argentarij?

ſic leg. puto apud Marcell. Virgindem. Athenæus lib. 13. Dipnoſoph. inter meretriculas nominat Lampyridem, Lampada, & Synorida quandam cognomine Lychnon. apud Terent. Phanium idem pęnè valet. Lampadio etiam viri nomen eſt. meminit C. Octauij Lampadionis auctor libelli de grammaticis, vbi de Cratete. meminit & Agell. lib. 18. ca. 5. Lãpadionis docti viri. In Polluce lib. 4. inter comicas perſonas ponitur Lampadio, & a Varrone adducitur Nęuij Lampadio. ſed nihil ad rem, vti puto. Nos talem puellam, *albeſtier*, *clappay*, *ſnappal*. & ὑποκοριστικῶς, *luſtich*, *vrolic*, &c. appelliramus. 144,14.

Lampas solis. vt rota ſolis pro ſole. imitatus eſt Virg. 3. Æneid.

Argolici clipei, aut Phœbeæ lampadis inſtar. 231,25.

LAPIS, pro ſimulacro. ita Liuius. Arnob. lib 1, Minucius, & Prudent. lib. 1. in Symmach.

Sacratumq́ue domi lapidem conſiſtere.— & lib. 2. vbi tamen de termino:

— & lapis illic
Si ſtetit antiquus, quem cingere ſueuerat error
Faſciolis, aut gallinæ pulmone rigare.

ita enim leg. puto. vulg. rogare. nam vnctos ſeu rigatos & adſperſos vnguento lapides dicit Minucius. 185,31.

LARGIFICVS, vt munificus &c. 55 26.

LATRARE, poſcere ita & Ennius admirabili tralatione & metalepſi quadam. canes enim quid petentes latrant. Simili ferè ratione Horat. iaculari pro appetere dixit:

Quid breui fortes iaculamur æuo
Multa?

niſi id accipias ita dictum; pro mutua notione inter iaculari, & petere, quod & cupere, & iaculari ſonat. vt apud eũdem factum, in verbis curuare, & flectere. vide Feſt. ſic Propert. clamare aquam, dixit. tralatè etiam pro ſonitu quouis poſuerunt veteres. Attius apud Non. ſonit.

Ac vbi curuo litore latratu vnda ſub vndis
Labunda ſonit. — Ennius:
— animus cum pectore latrat.

quod Homer. κραδίη ὑλάκτει. 36,24.

LATERAMINA VASI, id eſt, vas ex latere fictum. vas latericium. ambitus hic Tito noſtro vſitatiſſ. eſt. vide Periphraſis. A latere autem lateramen non minus cõmodè, quàm ab ære æramen & ęramẽtum, & a ferro ferramen, ferramẽtum: vt molimen molimentum &c. deducas. nam & lateraria & æraria officinæ dicuntur vſitatè. vt ergo æramen id eſt opus quod ex ære conficitur: ita lateramen quod ex latere, ſeu terra. loquitur hîc poëta de vaſo vinario. notum eſt autem veteres in teſtis condere ſolitos vina. Horat.

Vile potabis modicis Sabinum
Cantharis, Gręca quod ego ipſe teſta
Conditum leui, &c.

Amat autem eiuſmodi verba Lucretius, & mirificè Prudent. augmen, momen, vocamen, conamen, glomeramen, duramen. ita autem habebant lib. vet. & Martian. Capella initio lib. 3. Prudentius libr. 2. in Symmach.

Ne frugem ſegetemq́ue animæ ſpinoſa malorum
Impediat ſentix ſcelerum peccamine crebro.

vbi poëta Chriſt. ſentix mirè dixit, pro ſentis, nam ſentix habebant vet. lib. 3. planiſſ. & in margine adnotatum vt rarius verbum hæc ſentix. ſic iuuix pro iuuenca dixit Plaut. ſic & piſtrix & piſtris fortaſſe dixerunt veteres. ſic curax & vigilax dixit Caius Ic. 201,21.

LATEX ABSINTHII, abſinthium. omnem humorem vocat laticem. 30,19.

LATVSCVLVM, deminutum à latere. 117, 31

LAVERE. multa commemorat Nonius huiuſmodi verba, quę & primi ſint ordinis et tertij. ex quo genere ſunt et hęc apud Feſt. minus nota vul. Deſinare: ſic enim leg. fodare. apud Ter. comare vt admonuit ex v. c. doctiſſ. Fabric. quod miror cur alij reiecerint. ſed τ. περιεμῶν plena ſunt omnia. ita apud Perſium nos leg. mionemus:

O Iane à tergo cui nulla ciconia pinſat.

ſic enim Diomed. Perſium ſcripſiſſe ait lib. 1. etſi in v. l. id nondum inuenerim. 7,31. 178,5.

LEA, leæna. 189,25.

LEGES AEVI, vitæ fœdus. 150.

LEPOR. elegantiſſ. poeta vſus eſt, pro liberalib. artib. & ſermonis ſeu orationis puritate & elegantia. aliâs pro deliciis ac voluptatib. ab eodem ponitur. Quæ profectò digniſſ. obſeruatione ſunt viſa, quia Titi ſunt ſua. Catull. autem lepidum vocat ſuum libellum, expolitum pumice, & cultum. ita Martial ad Lupercum de lib. Raſum pumice purpuraq́ue cultum. ita lepidum explico à Donato admonitus. 30,12. 106,2.

LETHARGVS. 87,26. 99,18.

Letum pro peſte & clade, non tantùm pro morte. id Græcis etiam μόρος. vide & hîc mors. 35,23.&c.

Levisomni canes. 175,25.

Libare, decerpere, deminuere, ita Virgil. ait, equos libaſſe aquam. vide delibare. Varro Prometheo: quam ceram apes Mileſiæ coëgerint ex omnibus floribus libantes. apud Non. putus. apud Victorinum, vbi de metro Ionico a maiore:

O mel quod apes omnibus è floribus libant. 79,30. 95,21. 156,22. 166,30.

Libella. 124,12.

Licere, τὸ ἐξεῖναι, licentia, poteſtas. vide & Seneſcere 232,23.

Licet qvamvis, parelcon obſeruatione dignum. ſic Terent. Eunuch. act. 2. Olim iſti fuit generi quondam quęſtus apud ſæclum prius. Cic. in Bruto: Poſteaquã proſperæ res deinceps multę conſecutę ſunt. licet τὸ deinceps ibi non videatur otioſum, & idem ſonet quod ordine. vide et, Tum porrò. 213,5.

Lignea. eleganter ita vocat puellam arido corpore & exſuco. atque ita Catull. Furij nouercam vocat:

Eſt pulcrè tibi cum tuo parente,
Et cum coniuge lignea parentis.

& mox:

Atqui corpora ſicciora cornu,
Aut ſi quid magis aridum eſt, habetis.

verùm iam antè elegantiſſ. comicus Alexis: Ἀκρολίπαρος τὸ δ' ἄλλο σῶμα ὑπόξυλον. hinc & ξυλοχύμη femina dicitur turpi forma. apud Euſtath. Eãdem poëta doctiſſ. vocat neruoſam, id eſt, rigidam, duram, aſpero ſcabroque corpore; atq. adeò robuſto non rectè Marull. contra fidem vet. lib. næuoſa ſuppoſuerat. Mollities ac leuitas habentur in delitijs, eaque variis artibus à quibuſdam etiam num quæruntur: volunt tamen illi formarũ ſpectatores corpus non omnino enerue aut flaccidũ: neque neruoſum, neque enerue amant. hoc ſolidum vocat Lucil. ac Terent. Idem laudat ſuci plenum corpus, cum ligneum prorſus ieiunum ſit. 144,19.

Limare. verbum hoc latinum eſſe non nego, ſed hoc loco ponẽdũ non puto, etſi veteres lib. aliquot refragentur. rationes expoſui meas ad oram lib. pag. 73,19. vide etiam libare. exſtat etiam vulgò limandi verbum apud Cicer. l. 3 ad App. ſed ex v. li. veſtigiis libitare potius legam quaſi ὑποχειρισμῶς de Appio loquatur, optimè verba antiquitatis amantiſſ. ſcriptoris hæc ſunt: Liberalitas tua, vt hominis nobiliſſimi, latius in prouincia patuit, noſtra ſi anguſtior, & ſi de tua prolixa beneficaque natura libitauit aliquid poſterior annus, propter quandam triſtitiã temporum &c. neque verò vt nouum reiiciendum id ſtatum puto. eodem enim vſus eſt lib. 9. ad Pætum: Solebam, inquit, antea delibitari oleis & lucanicis tuis. ſic enim vet lib. habere teſtantur doctiſſ. Victorius, ac polítiſſ. Paullus Manut. Aliis fortaſſe locis idem inueniri poſſet, ſi caſtigantium manus effugiſſet. ſi quis tamen limare hîc à poëta dictum contendat, non magnopere repugnand. putem. 13,19.

Limen leti. 66,5. 230.16. 232,3.

Linqvere animam. λειποψυχίαν reddidit, id eſt, animi defectioné. 91,30.

Liqvidae voces, claræ, limpidæ. λιγυραὶ. Hoſtius, voceſque liquatæ. 40,24.

Liqvidae avrae. 155,6.

Liqvidvs aether. 164,6.

Liqvidvs ignis, purus. vide Macrob. l. 6. cap. 5 vide & fundere. 200,25.

Liqvidvm lvmen. 157,11.

Liqvitvr aetas. tralatio ab aquis ad ætatem poëtis vſitatiſſ. 71,17.

Loca, vterus. vulgo, loci. 146,27 & 31.

Loca camporvm, id eſt, campi. ita ferè prata camporum dixit Ennius apud Macrob. 46,10.

Locare duo ſunt loca de mendo ſuſpecta, vbi iſtud locare fortaſſis abſoluiè quis poſitum dicat ex quorundam librorum ſcriptura ita æquare vſus videtur M. Cic. initio lib. 1. offic. Quamobrem magnopere te hortor mi Cicero, vt non ſolùm orationes meas, ſed hos

etiam de philoſophia libros, qui iam illis ferè æquarunt, ſtudioſè legas. ſic leg. omnino adſero ex v. l. vulg. ſe æquarunt. 33,4. 161,21.

Loci, pro virilibus iis ſedibus, in quib. co ꝗuni & coactum eſt ſemen. 140,12, & 23.

Longe'ſ. poſteriore breui. vide E. 121,21.

Longinqvvs, pro diuturno. 38,11.

Longiter, longè. ita ſuperbiter, puriter, mutuiter. &c. vide Priſc. & Soſipat. ac Nonium. 94,13. 152,23. 150,25.

Loqvela. vide luela. 155,24.

Loqventes chordae. ſic Virg. lib. 6. Æneid.

Obloquitur numeris ſeptem diſcrimina vocum. 138,26.

Lvcae boves, elephanti. Varr. lib. 6. de ling. lat. Ennius: Atque prius pariet locuſta Lucam bouem. 189,9.

Lvci, pro luce; vt voci. ita Ouid. poſti lib. 4. metam.

Raptaque de dextro robuſta repagula poſti.

ſic lego ex v. c. & Priſc. vulg. poſtę. vide & colli. 115,19.

Lvdere catenas, vt otium & aleam ludere. mira loquendi formula, ſed locus de mendo ſuſpectus eſt. 55,30.

Lvela. vt ſceleris luelam vocat carcerem poëta, ita Cic. in Cōſolatione, ait: luendorum ſcelerum cauſſa homines naſci. eſt autem verbum antiq. pro luitio. ſic cuſtodela, obſequela, ſuadela, loquela, confugela, tutela, tuitio apud Cæcil. Plocio. vide Feſt. 105,13.

Lvgere inſigni tralatione dixit honorē ipſum qui conculcatur et negligitur. ſic ridere contrà tribuitur rebus inanimis. ita alibi, Conculcare, tralatè, contemnere. Græc. πατεῖν. 184,3. 184,4.

Lvmen, ſeu lvmina vitae. ita & Cic. 1. de diuinat. Luce ſerenanti vitaï lumina liquit. ſic enim leg. puto. vulg. vitalia. vi de ſimilia menda hîc pag. 154 & 155. ſic & Virg. ter quaterue locutus eſt. 94, 18.

Lvmina solis, pro ſole Homer. ſexcentis locis φαὸς ἠελίοιο. Virgil. & λαμπρὸν φαὸς ἠελίοιο, ἀκτῖνας ἠελίοιο poſuit. 1,13.

Efferre in lvmina solis plerumque dicit in luminis oras. alterum illud rarum eſt. 56,20.

Lvridvs. doctiſſ. poëta hac voce pro luteo ferè colore eſt vſus: atque ita pallor apud Horat. vel albus dicitur vel luteus.

Tacent, & ora pallor albus inficit.

alibi:

O quantus inſtat nauis ſudor tuis Tibiq; pallor luteus. idem ſonat Græc. ὠχρὸς.

Hinc explicatur doctiſſ. Propertij carmen lib. 4. eleg. 67.

Ramoſis Anio qua pomifer incubat aruis

Et numquam Herculeo numine pallet ebur.

id eſt, nonnunquam fit luteo colore, quo ſolet tamen infici ebur. Martialis:

Dum Tiburtinis albeſcere collibus audit Antiqui dentes fuſca Lycoris ebur.

Hæc qui non ſatis animum aduerterāt, in Tito noſtro lutea pro luiida ſubiecere conati ſunt, ſed malè, cōtra o. l. v. nā (inquit Varr. apud Non.) veternoſis quæ lutea non ſunt, æquè vt lutea videntur. 118,20.

Lvror. ita ægror, putror, putor, æquor, &c. 118,21.

Lychvchvs. De iis qui lychnos ſeu lychunchos tenebant, quos lychunchos etiam diximus appellari, exſtat hæc inſcriptio Romæ:

Panthei cvm svis parergeis, et cvpidines dvo cvm svis lychnvcheis.

vbi Cupidines functi ſunt eo munere quod iuuenibus attribuit poeta. eā inſcriptionē affert etiam Crinitus lib. 17. de honeſta diſcipl. cap. 6. ſed non videtur rectè accepiſſe noſtri poëtæ locum; nec ſatis explicaſſe quid ſit lychnuchus, nam lychnuchus dicitur quidquid lychnum tenet, ſiue homo, ſiue beſtia, ſiue candelabrum, ſiue denique laterna. vt ophyuchus, ſceptruchus &c. 36,31.

Lychnvs. 154,25. 222,17.

Lympha, aqua. 16,2. 231.1.

M non

M

M. non exteritur ſæpenumero apud veteres. id quod admonuit & Priſcianus lib. 1. Ennius: Dum quidem vnus homo Romanus toga ſupereſcit. ſic leg. puto apud Feſt. ſupereſcit. vbi & mox, qui hunc ſupereſcit &c. leg. puto. Ouid. 7. met. vt in opt. v. eſt

Iſſe ſub amplexus quondam Aſopidos Aeginæ.

ſed malim vt in al. v. quondam Aſopidos Aeginæ vt os produxerit. Aſop. 1, eſt longa. vt lib. 6. Aſopida luſerit igneus. vbi malè vulg. Danaen acceperunt. viil. etiam alter multo, in verſu ſup. Plaut. Epidico:

Is ſibi nunc alteram ab legione abduxit Cauſſa.

(animi verſus eſt troch. quadratus catalect. ſcripſi autem abduxit ex v.l. nam vulg. eſt adduxit. verùm ita etiam locutum inuenio Ter. Phorm. act. 3.

Ch. Tranſegi. De. quid ait tandem? Ch. abduci non poteſt. De. quî non poteſt?

ſic & ibi v.l. habent. rectiſſ. ceterum τὸ abduci in Terent. ad ſententiam animumque pertinet. qua ratione deducendi verbo vſum C. Cæſarem libro 1. de bello ciuili diximus in Notis ad ipſum Cæſ. 50.24. 51,9. 107,16. 169,32. 202, 32. 223,26.

Machina. vt Græc. μηχανὴ, ratio, via, modus aſtutus. 142.32.

Machinari, excogitare, comminiſci aliquid. 103,6.

Macies. 11,13.

Maculare tralatè, corrumpere. eadem ratione voluptas non ſincera dicitur Ouidio. 184,15.

Madet mens. madere dicitur à poëta mens eius, qui cum grauiſſ. morbo cõflictatur: quaſi ebriam dicat mentem, id eſt, quæ non magis ſapiat ac ſuo fungatur munere, quàm hominis vino obruti mens. Silius eadem pæne phraſi dixit lib. 7.

Subitiſque bonis mens ægra natabat. —

ſic & madidam memoriam dixit Cæcilius Epiclero. 88,8.

Madere arte. eadem forma extulit, qua Cic. tinctum eſſe. & lib. 3. de finib. Sed infici tamen iam debet iis artibus, quas ſi, dum tener eſt, combiberit. ita et imbibere & ebrium eſſe dicunt. proximè Martial.

Si quis Cecropiæ madidus Latiæque Mineruæ
Artibus. ———

immo audaculus ille Flaccus lib. 3.

Non ille (Coruinus) quamquam Socraticis madet
Sermonibus, te negliget horridus.

vulgo dicimus, imbutum eſſe. Seneca: Liberalia ſtudia nõ illa quibus perfundi ſatis eſt; ſed hęc quibus tingendus eſt animus. quibus verbis defendi poſſe videtur Budæus: etſi Victorio aliud placeat. controuerſiam intelligo περὶ τοῦ δύσεως & unctus litteris. hæc tã multis ego, ne quis exemplo Marulli ac vulgi, locum hunc Titi noſtri poſthac tentet. Græcis eadem eſt migrandi ratio hac in re. ſed horum conlectaneorum index plura non admittit. 133,1.

Magnanimus. videtur à poëta dictus Phaëton magnanimus quaſi μεγαλότολμος aut μεγαλόνους. qui animo elatus altiora ſuiſque grauiora viribus petiſſit. atq; ita vitium hîc ſonet magnanim. 161,2.

Mage, magis. 118,31. 233,25.

Magnum mare. vide mare magnum. 118,31.

Magnus annus, poſitus videtur pro anno xii. menſium. vt & apud Virgil. 1. Æneid. qui hunc locum imitatus eſt. 168,20.

Mammosa. hoc puellæ vitium etiãnum habetur maximum. Laberius Salinatore: Non mammoſa, non annoſa, non biloſa, non procax. vide Ceres. 144,17.

Manabile frigus alibi penetrale. 17, 30. 215,18.

Manare, ἐπισπαστικῶς. apud Feſt. eumque quod aquas manaret (id eſt, attraheret ſeu alliceret) manalem lapidem dixere. 28,26.

Mancupium. dare mancipio rem aliquã dicebant olim, quod poſteriores domi-

 nium

nium facere, propriam facere. vſum rectè opponit poeta. vt Cic. lib. 7. Cuius quando proprium te eſſe ſcribis mancipio & nexu, meum autem vſu & fructu, contentus iſto ſum. hoc Curius ibidem Græcè dixerat: Sum enim χρῆσιν μὲν tuus; κτῆσιν δὲ Attici ſed non iam rectè hoc Græcè dici potuit. nam χρήσεως vox Græcis omne id valet, quod iuriſconſultis Rom. & vſus & vſusfructus. grammatici aut præter Conſultos plerique alij ſcriptores omnes inter vſum & vſum fr. non diſtinguunt. hinc illa apud Prudétes noſtros dubitatio; ſi Græco nomine legatum ſit relictum, χρῆσις ſcilicet; an vſusfr. an verò vſus videatur relictus. nam apud Græc. id eſt ambiguum: nec generatim ea illi, vt dixi, nominare poſſunt, vt nec legare, teſtari &c. Hoc adieci, quia non videntur ſatis adſecuti nonnulli. l. 10. §. 1. de vſu & habit. ſententiam autem noſtri poetæ ita exiulit Attius in Medea:

Fors dominatur, neque vita vlli propria
In vita eſt. apud Non. proprium. 104, 1.

MANDARE MALIS, inicere, pro deuorare. & vetus quidam poeta apud Cic. 3. de orat. Impius hortatur me frater vt meos malis miſer Mandem natos. ſed hoc ab Adr. Turneb. iam emendatum eſt. Hinc Attius Philoct. mandare fluctibus aliquem. 56, 4.

MANERE, eſſe, διατελεῖν. 231, 28. 234, 5.

MANIFESTA. ita plerumque vertit τὰ φαινόμενα, vt Epicurus in ſuis phyſic. ſæpe appellat. interdum dicit ea quæ ſunt in promptu, aliquando etiam res apertas dicit. nemo ferè hodie paullo elegantioribus his artibus inſtructior, qui non intelligat hanc eſſe veram huius verbi vim. Manifeſtū ergo id eſt, quod quaſi manibus tenemus, oculiſque ſubiectum eſt. manifeſtum furtum &c. Qui dicunt, hinc manifeſtum eſt, pro hinc perſpicuum eſt, βαρβαρίζουσι. 27, 30. 29, 3. 63, 9 & 10. &c.

MANVS DEXTRAE. putant his verbis oſtiorum ῥόπτρα poëtam expreſſiſſe. quod mirari ſatis quidem non poſſum. nam qua ratione manus diceretur? ſcio manus ferreas migratione quadam ab hiſtoricis dici harpagones, ſed hoc nihil ad rem; nam illi manuum funguntur munere. ῥόπτρα non item. Deinde cur dextræ potius? prætetea illud, oſtendāt, quid ſibi velit, doceant illi. alia ſunt etiā quæ perabſurdam eorum ſententiam conuincūt. Quid ergo? puto ſigna quædam ænea ſeu ſtatuas olim ad vrbium portas cōlocari ſolitas, quarum dextras oſculari amarint ciues exeuntes boni euentus cauſſà, atque etiam tangere & quaſi ſalutare quod licet adhuc non inuenerim, adcommodatius tamen eſſe videbunt viri docti, quàm quod vulgo putant. De hac re, dum viri cuiuſdam doctiſſ. reſponſum exſpecto, Varro me explicauit, cuius hæc ſunt verba è lib. 4. de ling. Lat. Nā neque quas Ambracia ante portas ſtatuit duas viriles ſpecies æneas, dij magni; neque vt vulgus putat, hi Samothraces dij, qui Caſtor & Pollux. De more autem tangendi dextram & oſculandi, Liuius, Tacit. Virgil. alij. Taciti verba vt idonea maximè adſcripſi è libr. 15. vbi de Nerone: Agere grates deis, ornate lauto donium, genua ipſius aduolui, & dextram oſculis fatigare. 11, 5.

MANV DVCERE. ita Græcorum χειραγωγεῖν eleganter expreſſit. Cic. etiam eodē verbo vſus eſt lib. 1. de nat. deor. Epicurus autem qui res occultas & penitus abditas non modo viderit animo, ſed etiā ſic tractet vt manu ducat eam eſſe vim & naturam deorum &c. vbi libri formis deſcripti ferè, manu doceat. peſſimè. 63, 11.

MANVS DEDERE. prouerbial. 68, 24.

MARE in ſexto caſu pro mari. Soſip. lib. 1. ita ſæpe Plaut. 216, 5.

MARE AERIS. ita Ennius apud Feſt. Craſſa puluis oritur, omnem peruolat cæli fretum. vide pelagus. 157, 6

MARE MAGNVM. vide magnum mare. Liuius, vir puro; primus hoc epitheto mare ornauit, ſumpto è Græco ſermone, cuius ille bene peritus fuit. Græci enim

enim ἅλα δῖαν cùm dicunt, magnum intelligunt. de quo Euſtath. Liuij apud Feſt. ocrim verba:

Celſoſque ocris, aruaque patria, & mare magnum.

Enn. apud Cic. lib. 1. de diuinat. & ep. ad Attium:

Iamque mari magno claſſis cita texitur.--

Virg. 4 georg. magnum æquor. Lucil. apud Nonium:

Vir mare metitur magnum, ſe fluctibus tradit.

Ipſum etiam Helleſpontum fretum artiſſ. ita vocat, ob ſæuitiem inquit Seru. in lib. 1. Æneid. & Valer. Flacc. lib. 1.

—— ipſum iuuenem tam ſæua gemētem
Ipſum ego, cùm ſerus feſſos ſopor alligat artus,
Aſpicio; meque aſſiduis lacera illius vmbra
Queſtibus, & magni numen maris excitat Helle.

ſic v. e. ibi rectiſſ. nam τὸ namque, vt in vulg. non conuenit huic loco, & lāguere facit verſum. Salluſt. item de freto Herculeo, vbi eſt initium oceani: Mare, inquit, magnum et ignara lingua commercia prohibebant. Ennius in Aſota:

Alius in mari vult magno tenere tonſam.

Prud. in Diptycho: ſic libelli eius, qui et tetraſticha vet. ac noui Teſtam. inſcribitur, indicem reſtituēdum puto, cùm in vet. lib. & Gennadii vita Prudentij ſit dittocheum, dirocheum, chirocheū: quod certè falſum videtur: diptychi & dipthychij, id eſt, duplicium tabellarū, vt hîc noui ac vete. Teſtam. in iure noſtro multa mentio. In eo igitur ita Prudentius:

Tutus agit vir iuſtus iter vel per mare magnum.

in quo Diptycho Mergitat inueni à mergo, vt ab ago agito.

— ſed mortales trepidatio plantas
Mergitat. ———

ita v. l. aliter editum vulgo. vt & illud:

—— Iudas nimis artat
Infelix collum laqueo. &c. ——

Iuda, vulgo. nō puto ita locutum Prudent. interpung. etiam ita ſunt hi verſus:

—— ſignans veſtigia pacis
Frondibus æternis: prop. &c. ——

frondes pacis olim erant ex olea. ad hoc adluſum. agit enim de monte oleis conſito, et ab iis olīueti vulg. dicto. ſic in v. optimo inueni lib. 2. in Symmach.

Inlicitat volucrum linguis, & haruſpide fallit.

Cupimus amice lector prodeſſe, ideoque multa appingimus ſæpe alieniora. Catull. ad Thallum:

Ne laneum latuſculum, manuſque mollicellas
Inuſta turpiter tibi flagella conſtrigillent:
Et inſolenter ęſtues; velut minuta magno
Deprenſa nauis in mari veſaniente vento.

ſic locum cum leg. puto. vulg. conſcribillent. conſtrigillare vt obſtrigillare apud Non. à ſtrigile quaſi notare manus flagello. nos hodie eadem à ſtrigile ducta metaphora vtimur. 53,18. 103,30. 198,28. 213,20.

MARE PONTI. Liuius Helena: Tu qui permenſus ponti maria alta veliuola; apud Macrob. lib. 6. Virg. 1. georg. freta ponti. 192,21.

MATERIES, pro ligno. ita Cæſar ſæpiſſ. 227,24.

MATVTA. 168,32.

MAXVMITAS. Non. ita apud Plaut. in Aſinar. Optumitas, & opulentitas. 51,24.

ME. videtur elegantiæ tantum cauſſā adici. vt alibi de ſe diximus, me fingere poſſum id eſt, poſſum fing. aut dicend. accuſandi caſum pro recto poſitū. 4,16.

MEDIVM τὸ μεσόν, meditullium. 162,21.

MEDITOR, πεδηπτασῶς. de his verbis diligentiſſ. Priſc. 144,31.

MEDIVM PRAECIDERE. Cic. 93,5.

MEDENTES, medici. veteres participiis nominum loco vtebantur interdum, maximè Græci. & Virg.

—— pictis conſpectus in armis.

id eſt, conſpicuus. ita & natantes hîc. 30,14.

MEL QVASI MVSEVM, ἐπιπλήττειν, & quaſi diluens tralationem, vocat poeta ora-

tionis elegantiam ac ſuauitatem. ita Homer. ex Neſtoris ore melle dulciorem fluxiſſe orationem canit. 30,25.

MELIOR, præſtantior. vertit ex Hom. qui in eadem re ita ait Iliad φ.

Κάτθανε καὶ Πάτροκλος, ὅπερ σέο πολλὸν ἀμείνων.

105.23.

MELE, μέλη. ſic alibi pelage. 51,31.

MELIBOEA purpura Feſt. Virg. 51,26.

MELICHRVS, μελίχρους, mellitula. & vt Plaut. ait melculum. mellis colorem nigricantem ſcimus omnes, flauum tamen propriè. 144,9.

MELICI qui dicantur poëtæ, controuerſantur nonnulli, ego non dubito quin iidem ſint qui etiam lyrici dicuntur. tales ſunt Pindarus, Simonides, Anacreon, & nouem qui dicuntur vulgo Lyryci. Talis eſt apud Romanos Horat. Plutar. Pindarum vocat Melicum, Suidas Simonidem. 158,32.

MELITENSIS VESTIS. Varro Prometheo: Aliæ ricinam, aut mitram Melitenſem. apud Non. ſic enim puto leg. 143,11.

MEMBRATIM. 89,24.

MEMINI. tralatum ad res inanimas, vt dubitare, confidere &c. hîc. 113,1.

MEMMIADES, pro Memmio; vt Scipiades alibi; pro Memmides, interiecto a, vt Anchiſiades. vide Priſc. lib. 1. 217,2.

MENDOSVS, tralatè. 124,13.

MENS ad animantes rationis expertes traduxit. quod obſeruatione digniſſ. frigida ceruorũ, vt minás taurorũ mens. videtur autem pro animo poſita mens. 82,20. 189,32.

MENS ANIMI. animus. ita coniunctè vtũtur hac particula linguæ Lat. auctores. Plaut. Ciſtell. Nullam mentem animi habeo. vbi ſum, ibi non ſum: vbi non ſum, ibi eſt animus. Catull. ad Ortalſ:

Nec potis eſt dulces muſarum expromere fetus

Mens animi. 92,16. etc.

MENSTRVA SOLVERE dicitur mulier. ſic & Salluſt. lib. 4. Cum interim lumine etiam tum incerto, duæ Gallicæ mulieres conuentum vitantes ad menſtrua ſoluenda montẽ aſcendunt. apud Non. ſic eum locum accipiendum puto. 219,9.

MERSARE. 179,31.

MERVM LAC. merum quid ſit, aut eo vt veteres ſint vſi, paucos reperias qui intelligant; nullum, qui explicarit. putant vulgò nihil eſſe aliud quàm ſolus, et errant. Merus igitur à linguæ Lat. auctoribus ponitur pro vero, præſtanti, non ficto aut ſimulato: pro inſigni, vehemẽti. merum lac, pro recenti, bono, puro, putoque. Scelera, inquit Cicero, mera loquuntur. idem meras proſcriptiones, meros Sullas attendere. idem meram bilem, mera mõſtra nuntiare. meros principes è ſchola Iſocratis exiſſe. quem locum tentarunt ſcioli, vt etiam doctiſſ. Riuius indicauit. Meros bellatores dixit Plau. Milit. Hoc autem totum à Græcis ſumptum puto, apud quos admirabili venuſtate ἄκρατος ponitur ἄκρατος ὀργὴ, ἄκρατον ψεῦδος. &c. 9,13.

METAE SOLSTITIALES, τροπαὶ θεριναί. vide flexus brumales. 167,25.

METVTVM, à metuo. 184,4.

MI antiq. pro mihi. volunt eſſe ſyncreſim. non rectè. eſt enim patrius caſus mis; dandi, mi. faciunt etiam licenter qui τὸ mihi apud Terent. Plaut. Cæcilium alios antiquos poetas ſtatim in mi commutant repugnantibus libris vet. omnib. puto enim retinend. τὸ mihi, atque ita ſcribend. in metiẽdo autem effici tandem mi. idem in Nihil dicimus. 76,18.

MICAE AVRI. ita venuſtè vocat ramenta auri, ſeu reſegmina & ſcobem. 27,14.

MIGRARE, mutari. f. & mutare. vt in noct. Att. caſſita nidum migrabat. ita & Cic. de leg. & alii ſunt locum. Titinnius apud Nonium Setium: Quot peſtes, ſemia, & iurgia ſeſemet ædibus emigrarunt. ſic leg. puto. 60,13. 174,13.

MINA CORPORA videtur appellaſſe imagines ſeu ſimulacra, τὰ εἴδωλα, ſeu ſpectra, quaſi glabra dicas et à ſummis rerũ corporibus delibata ac deglabrata ſeu læuia & non aſpera. ſed hoc coniecturale eſſe velim. nam & locus de mendo

maximè

maximè ſuſpectus eſt; & quid ſit minum, non ſatis cognitum habeo, etſi ita Var. lib. 2. de re ruſt. vbi de ouibus. Emptor ſtipulatur priſca formula ſic: Illaſce oues, qua de re agitur, ſanas rectè eſſe, vti pecus ouillum, quod rectè ſanũ eſt, extra luſcam, ſurdam, minam, id eſt, ventre glabro; neque de pecore morboſo eſſe, habereque rectè licere: hæc ſic rectè fieri ſpondes? Alius videtur minum à minore deducere, vt id ſit quod imminutum eſt. Atque ita huic loco minimè conueniret, repugnante ſyllabę interuallo. Feſt. minã. vide hîc mirus. 11.4,32.

MINENT, antiq. pro imminent, vt infinita alia Feſt. ventabãt. Clarare hîc. 122,31.

MINIMVM τὸ ἐλάχιστον Epicureum. Cic. li. de fato. alibi vocat exiguum clinamen. 43,27. 45,11.

MINIMVM. huc pertinet quæſtio Papirij (qui Epicureus erat) apud Cic. lib. 9. epiſtul. vlt. A quibus cum diſceſſi & minimum mihi eſt in cena, quod tu vnum ζήτημα Dioni philoſopho poſuiſti. Academici negãt in rebus quidquã reperiri poſſe tam exigua magnitudine & augmine, quod non diuidi porrò queat. hoc conſtanter negant Epicurei. conciderer enim omnis illorum doctrina de atomis, quas illi minimas eſſe in rerum natura volunt, diuidi aut ſecari amplius non poſſe, æternas ac ſolidas. minimum ergo admittebat Pætus; Dio fortaſſe Peripatet. non item. 45,11. 240,20.

MINORES, poſteri. Arnob. lib. 3. atque ita ex ordine tolletur et iſte cæleſtiũ, quem cælo eſſe editum patre, magnorum eſſe procreatorem deorum vitiſatorem, falciferum vetuſtas edidit priſca, & minorum transmiſit ætati. τὸ Maiores illi reſpondet. ita ferè Horat. epiſtula inſigni ad Auguſtum:

Romæ dulce diu fuit, & ſollemne recluſa
Mane domo vigilare, clienti promere iura,
Cautos nominibus certis expẽdere nummos,
Maiores audire, minori dicere, per quæ
Creſcere res poſſet, minuit damnoſa libido.

Sic locus ille ſine dubio ſcribi debet. nã quod in vet. quibuſd. inueniri dicitur, nominibus rectis, mẽdoſum eſt, vt opinor. Olim feneratores æqui legibusque patentes pecunias credebant nominibus certis, id eſt, vt liqueret & pateret quanto fenore, licito ſcilicet, crediię eſſent. incertis verò nominibus credebãt ſceleratiſſ. daniſtę ac nebulones; qui cõtra legitimas vſuras fenerabant, non licitis vt inquit Paullus I.C. vſuris. qualis Macedo ille deſcribitur in ſenatuſconſulto Maced. vbi dicitur ille præter ceteras ſceleris cauſſas, pecuniã etiam nequid amplius diceretur, incertis nominibus credere cõſueuiſſe. l. 1. D. Ad S C. Maced. Talem ferè deſcribit Horat. Fufidium quendam lib. 1. Satyr. 2. 185,29.

MINVERE MIRARI. f. ſic ferè Terent. in Andr. nec tu ea cauſſa minueris Hæc quæ facis. 68,10.

MINVTATIM. 71,16. 170,21. 188,32.

MIRACVLA. vide Nonium. 126,25.

MIRANDE, mirè. 121,12.

MIRANDVS. 185,3.

MIRVS. hoc nomen haud ſcio an non remotius quid interdum valeat apud veteres, quàm vulgo creditur. certè pro nouo ſatis planè poſuit noſter hoc loco. et alibi dubito an nõ poſuerit pro eximio, egregio. 144,32. Deĩde apud Cic. in ep. Seruij ad Cic. præclara illa epiſtula & antiquitatis plena: Etſi genus hoc conſolationis mirum atque acerbum eſt. ſic enim v. c. habent. ibi ergo mirũ, pro triſti ac duro videatur vſus Sulpitius. vt & apud Plaut. Pœnulo:

Omnia mira ſint, ni herus hunc heredẽ faciat.
Enimuero hac in re mihi penitus aqua heret. 114,32.

MISCERE. vſus eſt abſolutè, ſumma cum elegantia. vide & reddere. 61,11.

MISEREO. 101,7.

MISSVS SAGITTAE. ita alibi curſus veruti. 121,1.

MITRAE. vide anademata. 143,10.

MITTERE, pro emittere; antiq. vt miniſcitur apud Feſt. minere hîc. etc. 221,27.

MOBILITARE. 81,1.

MODERANTER. 70,13.

MODERARI EQVIS. verbum moderãdi habet interdum dandi caſum, idque ſi caſus ille contineat rem aut animãtem inquietem, turbulentam, ferocem. ita Horat. eleganter dixit:

— Qui non moderabitur iræ,
Infectum volet eſſe. &c. — 189,5 & 19.

MODVS pro modo poſitus: poſſes pro potuiſſes. hoc & Græci & Latini ſcriptores factitarunt. De qua re aliâs latiùs. 233,20.

MOENERA, munera. Feſt. munia. vbi docet antiquos etiam dixiſſe mœnia, pro munia. atque hoc etiam verbum in v. quodam lib. Prudent. Pſychomach. inueni in hoc verſu:

Mœnia nunc agitet tacitæ toga candida pacis.

Alioqui ſtudioſiſſ. eum poëtam inuenio antiquitatis. hinc eius ſunt denſere, vagare, clepere, ſpernere pro abicere in Pſychomach.

— monumentaque triſtia longè
Spernit. —

vide Non. hoc habet, ex Virg. ibidem. Hoc habet, exclamat. ſic leg. ex v.l.q. Hoc habe &. eſt tanti. olli, denſere, renutare, incruens, difficit. hinc in Laurent. Ornare ſimpuuium Numæ. ſic enim in v.l. legi. quod ex Iuuenal. 6. Simpuuium ridere Numæ. proſubigit, multimodis. peregri, textũ, pecua, cernuare. i in Symmach.

Cernuat ora ſenex barbatus, & oſcula figit
Cruribus æripedum.

ita v.l. rectiſſ. pronieritum, ecelſus, ſuſpectare. 2. contra Symmach.

— cur non ſuſpectat libera cælum.

ita in v.l. legi, optimè. multa ſunt alia quæ & hęc charta non capit, & ab aliis partim ſunt indicata. vide & pœnire. ſic & mœnire pro munire dixerunt. de mœnire Priſc. leuiter lib. 1. 2,5 & 8.

MOENIA MVNDI, cælum. Martian. libro 32. iuxta ipſum, extrui ambitus murũ. ſic mœnia theatri, poëta noſt. & Oui. 1. met. mœnia cœli. vide mundus. vocat etiam flammantia, vt Ennius:

— Stellis ardentibus aptum.

M. Manilius imitatus eſt, lib. 3.

Quum tantas strueret moles per mœnia mundi.

lib. 1. natural. mœnia dixit, quaſi vrbem fingeret cælum. 3,17. 35,13. 162,24. 73,24. 110,23 & 24. &c.

MOENIA THEATRI. ſic Ouid. 11 met.

Quàm velut in captæ deſcendat mœnia nauis.

in eo Ouid. libro paullo ante iſtũ verſum (hoc enim πάρεργον hic adpingere volui) ita vulgo:

— & quæ pars admouet, abſit.

leg. opinor abſtit, pro abſtitit atque etiã libro. 9. de quo Priſc. alii. 110,24.

MOERVS, murus. ita mœnera, munera, mœnia, munia. hinc amœnus: cœrare, curare: mœnire, munire, œtier vti: ſeu oitier vt eſt apud Martian. Feſt publica. vbi malè quidam vtier emendare conati ſunt pro œtier. vide & Seruium in 10. Æneid. ſic lagœna videtur dictũ pro laguna, hinc laguncula. & ſi Græc. etiam λάγηνος dixiſſe ſciam. de ſcriptura lagœnæ alibi diximus. ita in v.l. Catonis commœtare pro commutare. teſtis Victor. Mœrus etiam dixit Virg. 115,4. 224,11.

MOLES QVASI MALI. Cicer 3. Tuſc. Aut ſemper aliquam molẽ meditabar mali. 106,22.

MOLIRI ARVA. magno labore inuertere & exarare. ita & Virg. in georg 177,21.

MOLLIS, flexilis. ſic Virgil. Cic. omnes veteres. 132,30 & 31.

MOLLIS AQVA à poëta noſtro dicitur, quia facilè cedat aliis corporibus. Virg. imitatus lib. 10. Æneid.

Accepit venientem & mollibus extulit vndis. 10,1. 47,30.

MOLOSSI canes. 181,23.

MOMEN, molitatio. 77,25. 79,5 & 6. 209,6.

MONTES IDAEI, pro mons, vt flumina Nili.

Nili. 169,7.
MONTES MAGNI. magni nomen attribuunt veteres montibus. Virg. 2. georg.
— & magnos ſcrobibus concidere montes.
ſic & mare magnum dicebant. de quo & hic. 35,3.112,20.209,21.
MONTES NIMBORVM. ita Virg. 1. Æneid. aquæ montem dixit. & Agell. libr. 16. montes arenarum. Plaut. Epid. montes mali. itaque montem pro mole, magnitudine aut multitudine poſuiſſe videntur. 199,11.
MONTIVAGVS, ὀρεσίβιος. ita nemoriuagus. Catull. 13,28. 54,28. 69,30.
MORBVS tralatè; vt ægrotare alibi. 159, 11.
MORES VENTORVM tralatè. poëta noſter totus eſt μεταφορικός. vide in vita Plin. lib. XIV. Suâque tantum gratia ex his pluribus modis ad cæli mores ſoliq́ue ingenia. 10,16.
MORIGERI MODI. Afranius:
Ætas & corpus tenerum & morigeratio
Hæc ſunt venena formoſarum mulierũ. 148,2.
MORS pro peſte ſeu φθορᾶ ponitur ſæpe à Lucretio. imitatus eſt Virg. 4. georgic.
Omnia, nec morti eſſe locum. —
vbi Seru. ſic Plin. lib. 14. mortem memoriæ dixit ébrietatem. 25,32. 59,24. &c.
MORS IMMORTALIS. elegantiſſ. expreſſit quod Græc. dicitur θάνατος ἀθάνατος. vocat & mortem æternã. 100,27. 107,25.
MORTALIS, pro homine. 102,27.
MOTVS ANIMI, pro animo. 141,17.
MOTVS LETI, & VITALIS, cõtrarij. 66,3.
MOVETVR EA RES TALEM MOTVM. Græc. 217,26.
MVCRO, pro fine, tralatione venuſta. vide & cacumen. 52,14.
MVLGERE, pro impellere, agitare. Ennius lib 7. annal.
Mulſerat huc nauem compulſam fluctibus pontus.
Priſc. lib. 9. & Cic. Arato:
Igniferum mulgens tremebundis æthera pennis,
ita enim leg. puto. loquitur de aquila:
Mulcere autem cantu aëra & æthera dicuntur volucres, alia omnino ſignificatione. 112,18.
MVLTIPLEX LOCVS, ET SPACIVM, nam de mendo ſuſpectus habetur hîc Titus, pro varium, multum, longinquum. 41,9. 114,23.
MVLTA AGENDVM. Græc. πρακτέον πολλά. ita Virgil.
— pacem Troiano ab rege petendum. vide Gerund. 5,18.
MVLTA CORPORIB. CAECIS; pro multa ex corporib. ſeu multa cæcorum corporum. ita Virgil. ferè: per mille coloribus arcum. 58,16.
MVLTANGVLVS, πολύγωνος. 128,23.
MVLTAQVE PRAETEREA. ita ſæpe poeta noſter. & Virgil. vti & illud: Cætera de genere hoc.
MVLTESIMA PARS, πολλοστὸν μέρος. Non. 214,24.
MVLTIGENVS, vide vitigenus. 46,22.
MVLTIMODVS. 100,14.
MVLTIMODIS. ita ſcrib. ſine apoſtropho. conſentiunt omnes libri, & ratio, vt enim omnimodis, (de quo vide & hic) ita & multimodis. Martian. multimodus nomen vſurpat lib. 4. & multimodos perpetui &c. ac Prudent. immo noſter etiã poëta. Pacuuius Periboea apud Non. copiis: O multimodis varie dubiũ etiam proſperum, copem. vſus eſt & Cornelius Nepos libro de illuſt. imperatorib. Græc. in Themiſtocli vita extrema: De cuius morte multimodis apud pleroſque ſcriptum eſt. ita v.c. meus, optimè. vulg. multis modis. vide & omnimodis. 69,4 & 9. 76,28. 91,21. 92,21. 128,13. 144,4. 154,13.
MVLTIS MODIS. ita poeta noſter ſæpiſſimè, & omnes antiqui poëtæ. mutarunt hoc nonnulli apud Terent. contra v.l. malè. 39,26. &c.
MVNDI TEMPLVM, cælum. Ennius in Scipione dixit mundum cæli, doctè profecto; nam ita & Græci interdum κόσμον οὐρανοῦ dicunt. 193,15.
MVNDVS vſitatè cælum dicitur. Macrob. in Scip. ſomn. lib. 1. cap. 20. & 2. c. 11.

vnde & mundanus annus apud veteres. Græcis etiam κόσμος ἢ οὐρανὸς ſæpe idem ſonant. hinc eſt, quod poëtæ nũc ſidera mundi, nunc cæli dicunt ſidera. vide ſidera. Attius apud Varr. ſplendida mundi ſidera dicit poëta noſter pluribus locis. qui & mœnia mundi inde dixit.

Mvnificare, donare. 55,24.

Mvnita viai, vt alibi clauſa viæ &c. munire viam dicebant veteres. Varro περὶ αἱρέσεων: Porro inde ab vno quoque compito ternæ viæ oriuntur, ex quibus ſingulę exitum ac telos habent propriũ. à primo compito dextimam viam muniit Epicurus. ſic locus ille interpung. de ſectis philoſoph. agitur. 88,27.

Mvralis corona. 55,5.

Mvrmvra, pro tonitru poſuit ſæpe. vt & Virg. 186,21. &c.

Mvsa, carmen. 126,22.

Mvsevs, μουσεῖος. vide mel muſeum. 30, 2 & 25.108,13.49,3.

Mvtabilitas. 65,9.

Mvtare, abſolutè. ita Catull. de Suffeno. tantum abhorret ac mutat. ſic leg. puto. & in noct. Att. lib. 2. cap. 23. quantumq. mutare à Menandro. ſic legend. 25,26.

Mvtare montes, cælum &c. 122,20.

Mvtva, pro mutuò. ita Virg. crebra &c. 117,21.137,26.

Mvtvs metv. Cic. in Verr. Itaque illum in iure, metu conſcientiaque peccati mutum atque exanimatum, ac vix viuũ relinquo. Virg. 9. Æneid.
Molle pecus, mutumque metu. & 12:
Stat pecus omne metu mutum. 4,4.

N

Nare ocvlos dicit, qui humore ſunt oppleti, & lippiunt. ita ferè ſudare & alibi flere. imitatus vt omnia Virg. lib. 4. georgic.
— conditque natantia lumina ſomnus.
vbi Don. ait, id eſt trepidant, à quo diſſentio. 88,9.

Nativvm, quod natum eſt, & non ſemper fuit. 155,32.156,3.158,19.

Natvra creatrix. epitheton hoc illi conſtanter attribuit poëta alibi omniparentem vocat. 20,22.71,2.191,5.

Natvra ferarvm, feræ. 155,12.

Natvra mvndi, οὐσία. ita Cicer. ſemper. 34,4.

Natvra mellis, id eſt mel. 79,8.

Navis corporis. ſi locus mendo (de eo enim ſuſpectus eſt) vacat vt puto: admirabilis profectò & perelegans erit tralatio, pro corpore, vt lumen ſolis pro ſole. Veteres currum pro naui; & cõtra nauem pro curru ponebant. ſunt enim à naui ad currum, contraque à curru ad nauem, migrationes mutuæ. Vt igitur Timæo Plato (cuius flores delibat interdum poëta) corpus vocat ὄχημα: ita noſter nauim. 136,7.

Navigervm mare. 1,10.

Naviter, omnino. ita Cic alicubi. 17,21.

Ne, pro non. apud Plaut. ſæpiſſimè. Donat. in Terent. Varro lib. 2. de re ruſtic. vbi de canibus: Solo ne vt corneo, ne nimium duro. & vbi de equis: genibus rutundis, ne nimium duris. ſic in v. l. extare monuit Vict. et retinendum puto. 26,15.40,19.

Nebvla pvlveris. elegantiſſ. dictum, vt telorum nimbi. ſumma etiam elegantia quidam veter. pro morte dixit Θανάτοιο μέλαν νέφος. 156,15.

Necessvm, neceſſitas. 45,8.58,27.111 31.

Necessvs et necessis, vt ſublimus & ſublimis &c. 50,26.

Nec opinanti, antiq. vt furtum nec manifeſtum etc. 103,21.189,272.

Nectar pro odore ſuauiſſ. tralationes ab vno ſenſu ad alium ſumi ſolent, vt alibi acerbus. ſic & Prudentius eſt vſus lib. 1. ſteph.
Quin ipſa odoris qualitas,
Aduſta quam reddit cutis,
Diuerſa vtroſque permouet:
His nidor, illis nectar eſt.
& alibi:
Cernit deinde fragmina
Iam teſtularum, mollibus
Veſtire ſemet floribus
Reddente nectar carcere. 62,22.

Negi-

NECITARE, vt libitate, pipitate &c. vide frequentat. 136,23.

NENV, non. Nonius; apud quem male eſt, nenum. 79,16. 130,17.

NEMEAEVS, ita antiqui ſemper à Nemea ſilua Argiuorum. Græc. νημαῖος νημειαῖος & νέμειος. hinc Prudent. lib. 1. contra Symmach.

Nec maris erubuit Nemea ſub pelle fouete
Concubitus. —

ſic in 3. v. libris legi; quod tamen in editionibus mutatum eſt, non rectè. ita Cyclopea dixit Ouid. κυκλώπεια &c. 149,9.

NEQVE VTRVM, diſtractè pro neutrum. 146,2.

NEQVIQVAM. hoc verbum, & ſi hodiè in libris vulg. nuſquam exſtet, in manuſcriptis tamen libris conſeruatum eſt, non hîc tantum, ſed apud Virgil. Horat. Iuuenal. Ouid. alios. emendentur ergo codices, etiam Feſto auctore. 122,25. 142,23. 143,14. 146,24. 190,7.

NERVOSA FEMINA, robuſta, aut potius exſuca mireque tenera ſolidoque corpore, aut plena. 144,10.

NERVVS. mirificè vſus eſt hac voce pro glacie, quæ vt neruus collum, ita aquã adſtringit glacies. hoc vt multa alia Horatius imitatus ſuo more compedē dixit lib. 1. ep. 3. Varro Parmenone: Viſcum, ſagenam, lincamque compedem. 221,27.

NEXARI. 39,9.

NEXILIS VESTIS. 190,25.

NEXVS, pro atomorum colligatione. Cicer. connexiones & complexiones vocat. vide libr. 1. de Finib. multis aliis verbis has adhæſiones atomorum vocat poëta. vide cœtus, concilium, congreſſus. 8,4 & 24.

NI pro ne. hoc etiam mutarunt librarij, in ne et in niſi; non hîc, ſed etiam apud Terent. &c. Donat. in Terent. ſic & Cic. lib. 9. epiſt. ad Varronem: Cōſiliu noſtri, ni ſi eos quidem, qui id ſecuti nō ſunt, non pæniteat, nobis pænitendum putarem. ita lego ex v. l. & Varro apud Non. Dominus: Dominum conuiuij, vinum, aliudúe quid, ni laudato. ſic forte leg. non vt vulg. mi. Plautus Menæh. Ni mala, ni ſtulta ſis quod vito eſſe etc. 59,4. 63,30.

NICTARI, inquit Feſt. & oculorum & aliorum membrorum nisu ſæpe aliquid conari, dictum eſt ab antiquis. hoc ſi verum eſt, & ad aues referri debet (vt etiam facit Feſt. cùm tamen omnes repugnent libri) id ergo ſi eſt: videantur enim veteres à niſor dixiſſe nixum & nictum. nã niti alis ſuis aues dicūtur ab omnibus. ad quod vide hîc connectū & fictum & pexus. vereor tamē vt locus Feſti ſit mendoſus etiam hac in re. certè Ennii verſus valde ſunt contaminati, quos ita leg. puto:

Veluti ſi quando vinculis (*ſeu* vinclis) venatica Venox
Apta ſolet: ſi fortè feram ex nare ſagaci
Senſit, voce ſua nictit vlulatque ibi acutè.

in quibus verſibus id etiam ſeruauit Ennius quod ſuprà Canes mouiuag. admonuimus. vt & Varius doctiſſimus poëta apud Macrob. his verſibus imitatus Ennium:

Ceu canis vmbroſam luſtrans Gortynia vallem
Si veteris potuit ceruæ cōprendere luſtra,
Sæuit in abſentem; & circùm veſtigia luſtrans
Æthera per nitidum tenues ſectatur odores. vide Obſtipa. 220,17.

NIGRARE. 157.

NIMBI, nubes. ferè ita Virg. 8 Æneid.

At Venus æthereos inter dea cãdida nimbos.

ſic Lucret. æthereas nubes dixit. Similiter & Prudent. hamart.

Oppoſitus quotiens radiorũ ſpicula nimbus
Igne repett. &c. 122,6. &c.

NIMIO PLVS, id eſt multo plus. Nec nimio plus, id eſt, neque amplius. Anton. ad Cic. Niſi te valde amarem, & multò quidem plus, quàm putas; non extimuiſſem rumorē qui de te prolatus eſt; cùm præſertim falſum eſſe exiſtimarē: ſed quia te nimio plus diligo, non potluiſ

ſum diſſimulate, mihi famam quoque, quamuis ſit falſa, magni eſſe. hoc ideo copioſiùs adſcripſi præter morem, quod videã elegantiſſ. particulam vulgo igno tam eſſe, qua tamen & Plaut. óptimus loquẽdi magiſter crebrò vtitur. ita, nec nimio maior aut minor. 166,6.

Ningvis, nix antiq. Priſc. lib. 6. Nix (inquit) niuis. antiqui tamẽ etiam ninguis dicebãt. vnde Appuleius in 1. Hermag.

Aſpera hiẽs erat, omnia ningue canebant. hinc ninguo. Virg 3 georg. Interea toto non ſecius æquore ninguit. ita v.l.

Ningvere floribvs, f. tral. ita ferè Pĩd. in Iſth. χρυσῷ μεσονύκτιον νίφοντα δεξαμένα τὸν φέρτατον θεῶν. ſed malim pingere, nam ninguere Iupiter à Pindaro rectè, homines non item. eadem fere tralatione in Symmach. lib. 1. Prudent.

Et nũmos ſerere, & gremiũ penetrare puellæ. ita enim 3. v. l. elegãtiſſ. quãquam non incommodè ipſum Iouẽ nummos fortaſſis intelligat: vtque ij nummi cõſerant & penetrent gremiũ puellæ. mol liter etiã ibid Ruſticulas vexare lupas di xit, vt in v. l. eſt. 55,26,217.13, 224,17.

Nisvs dixit pro conatibus, ſtudio & anxia illa cura, quam puellæ quæ amatoribus ſe placere ſtudent, ponere ſolitæ ſunt ad ſe moliendas, comandas & ornandas. de quibus illud Terent.

Dũ moliuntur, dum comãtur, annus eſt. ſic enim ex v. q. illum locum legend. nõ dubito, cùm & Plaut. ita ſit locutus. ſic apud Feſt. leg. Deſinare: poeta etiã Chriſtianus Prud. hamart. mirificè vſus eſt:

Lot fugiẽs Sodomis ardẽtibus omnia ſecũ
Pignora cara domus properabat, ſede reli-
Niſibus vrbicremis ſubducere. cta,

ſic è v. libris leg. puto. Niſus videtur appellare omnia illa molimenta, furores, labores, fugas ignis, hominum beſtiarum &c. vulg. Nubibus. 143,6.

Nisvs. multis locis malè tractatum eſt hoc nomen, & in nixus commutatũ ingratis etiam vet. libris. Virg.

Tertia ſed poſtquam maiore haſtilia niſu
Aggredior. idem accidit τῷ conniſus,

quod eſt verbũ egregium, vimque magnam exprimit. Prud. Pſychom.

— & enſe coruſco
Conniſa in plagam. — Virg. lib. 10.
— & toto conniſus corpore ferrum
Conicit. Val. Flac. lib. 3. vt eſt in v. l.
Torſerat hic totis conniſus viribus haſtã.
Horat. lib. 3. ode 3.
Hac arte Pollux & vagus Hercules
Inniſus arces attigit igneas. ita v. c. 177,1.

Nitidae frvges. epitheton hoc quid ſonet ac valeat, nõ explicant vulgò. puto hîc dici id quod optimè creſcit ac prouenit, ſed hoc quadam fit metalepſi. nitidũ enim vſitatè dicitur id quod ſplẽdet & quaſi ridet, vt videmus in rebus pinguioribus, etiam in frugibus ematureſcentibus. eaque etiã re lætæ ſegetes & fruges ſeu arua Latinè dicũtur. quod autem ſplendet ac tenidet, excultum ſit oportet. vnde & nitidum & nitere pro diligenter culto ponitur. nitida oratio apud Cicer. elaborata. hinc poſtremò quod ſumma cura eſt cultũ, fructum afferẽ vberiorẽ. atque ita hîc nitidus ac nitere intelligo; aut certè pro eleganter culto. Virgilius lib. 1. de re ruſt. & libro ſecundo:

— interque nitentia culta
Infelix lolium & ſteriles dominantur auenæ.
At rudis enituit impulſo vomere campus.

& apud Cic. lib. 2. Tuſc. quidam poëta
Ediſ in ſegetem ſunt deteriorem datæ
Fruges, tamen ipſæ ſuapte natura enitent. 42,4. &c.

Nixari, conari, niti. ita enim ibidẽ poëta; pinnarum niſus inanis. & mox: & conainẽ vtrimque alarum. ita & Virg. 4. Æneid.

Hîc primùm paribus nitẽs Cyllenius alis
Conſtitit. —

Non. niti, & Ouid. 2. de ponto:

Et quot aues motis nituntur in aere pennis. Feſt. hîc habet nictari. vereor vt locus ſit mendoſus, adeo perturbata ibi ſunt omnia: vide tamen nictari, & obſtipa. Nixandi autem verbo ſæpe

vtitur

vtitur Lucret. 104,30.124,4.220,17.

Nobis παρέλκον vt tibi, &c. 186,9.

Nocti pro nocte. vide colli. 132,15.

Noctivagvs νυκτιπόλος. Attius noctiuagũ lunæ currum dicit. 126,15.178,3. 185,23.

Nodvs anni. eleganti metaphora æquinoctium indicat, ſumpta à zona & orbe cæli. ita alibi fretus. Cic. etiã in partitionib. orat. eleganter dixit: apto quaſi quodam verborum nodo. ſic enim leg. puto. vulg. modo. 169,32.

Nodi animae. 65,27.

Nodi veneris. hinc deuinctus amore, & alibi, compages Veneris. 143,29.

Nominandi casvs pro vocatiuo. Memmius pro Memmi. quod & Græcis, & Latinis poëtis perfamiliare eſt. 2,20.

Nominitare. vide frequentat. 109,24. 206,2.214,1.216,11.

Non, non, ita. Virg. 11. Æneid.

Non tali auxilio, nec defenſoribus iſtis
Tempus eget, non ſi ipſe meus nunc adforet Hector.

& Terent. ſæpe. 217,28, & 29.227,31, & 32.

Nonne vides. hoc principio mirè delectatus eſt Lucretius, vtiturque ſæpiſſimè; & eum imitatus Virg. interdum, vt &, lamne vides. 42,11, &c.

Nonne videre. Donat. in Phorm. act. 2. ſcęn. 1. ad hæc verba quibus Demipho iratus ita:

Itáne tandem vxorem duxit Antipho iniuſſu meo?
Nec meum imperium: age, mitto imperium: non ſimultatem meam
Revereri ſaltem? non pudere? ô facinus audax, ô Geta Monitor.

vbi ita Donat. Nec meum imperium. rara ἀποσιώπησις. nam non ſequitur Sed, intulit enim Age: ſubauditur autem revereri. ſic Lucr. Nonne videre? 36,23.

Non qvit, pro nequit Ennius apud Cicer. lib. 7. epiſt ad Trebat. 6.

qui ipſus ſibi
Sapiens prodeſſe non quit, nequidquam ſapit. ſic leg. puto ex v. l. 190,17.

Non obierit, non. elegans phraſis, quã Virg. imitatus eſt, & Comici ſæpe vtuntur. 247,24. & ſeq.

Non-sensvs ita videtur poſitum a Lucretio vt à Sallu. in-cultus, & nec-opinato. vide etiam Semper. 65,7, & 9.

Notare verbis res: verba enim ſunt rerum notæ. 181,18.182,18.

Notitiam videtur dicere id quod Epicurei πρόληψιν Cic. anticipationẽ, & hoc cum iniectu animi ferè conſentit. 59,15, &c.

Notities. vide deſidies, & effigia. 154,8 158,7.

Nothvm lvmen, id eſt alienum, aliunde ſumptum, non ſuum, οὐ γνήσιον. ſic & poliſſ. poëta Catullus notho lumine dixit lunam. 166, 16.

Nox nimborvm. hinc Virg. 1. Aeneid —nimborum in nocte coruſca. 113,20.

Nvbes avstri. mirè dictum, atque ita ferè vti illud Virgil. 3. Aeneid. Hectoris Andromache. certè nubium & imbriũ quaſi parens eſt auſter, qui ea etiam re ab Ennio elegantiſſ. dicitur imbricitor. 113,30.

Nvllae, nullius. vide vllæ. 206,21.

Nvmen, nutus, motus. 55,31.77,25.113, 27.

In nvmervm. 32,10, & 30.

Esse in nvmero. quaſi prouerbiale dicendi genus, pro & eſſe in rerũ natura. alluſum fortaſſe ad prouerbiũ, Numerus, &c. 154,2.

Nvnc iam. comicum. hodie ſæpe apud Terent. deprauatum in iam nunc. 14, 10.

Nvnc. particula hæc vim aduerſandi ſæpe habet apud Cicer. alioſque ſcriptores, vt ita dicam, aſſiduos. vt Gręc. etiam νῦν Lucil. elegantiſſimis verſibus:

Nam ſi quid ſatis eſt homini, id ſatis eſſe potuiſſet,
Hoc ſat erat: nunc cùm hoc non eſt, qui credimus porrò
Diuitias vllas animũ mi explere poteſſe?

ita leg. apud Non. 8,27.11,28.18,25.

O

O brevе interdũ in aduerb. vt alibi admonuimus. teſtimonia etſi hîc nulla

ſint,quia tamen ad noſtri poëtæ cõſuetudinem, qui e in aduerb. ſæpe corripuit, confirmandam valet;rurſum hic monere volui. Quod autem τὸ A veterib.interdum productum dixi, confir. mari poterit etiam his locis. Enn.apud Cic.off.

Salmaci da ſpolia ſine ſanguine et ſudore.

ſic eum verſum ex Feſt. leg. puto;aut, das. Horatius ad Torquatum lc. epiſt. lib.1.

Quo mihi fortuna, ſi non conceditur vti?

ſic o. v. l. formis & calamis deſcripti. itaque ſolicitandum non puto. acutè alij fortunas, ſed contra o. vt dixi libr. cùm non incommodè accipi ſcriptura vetus poſſit,nouam eam nec vllã aliam facilè admiſerim, vt in eadem ecloga; cum libri o. v.habeant:

Si potes Archiacis conuiua recumbere lectis.

non video cauſſam cur doctiſſ. Nannii coniecturam probē, qui Archaicis hic maluit. id alij etiam ſequūtur nō nulli: præſertim cùm vterque vetus interpres Archiacis legerit, & exponat ab Archia fabricatos. & cur non potuit Flaccus Archiacos *ſeu* Archiæ dicere lectos; vt alij Sotenchi? Sed hæc extra rem.plura de A. & reliquis vocalibus facile ſibi quiuis comparabit his Notis admonitus.

O NON EXTRITVM. vide & Verſus.Ouid. 3.metam.

Voſne ſenes mirer qui longa per æquora vecti

A Tyro, hac profugos poſuiſtis ſede penates.

ſic leg.puto ex 3.v.vulg.Hac Tyron & prof.nullo ferè ſenſu. 103,31.228,1.

OBBRVTESCERE, pro obſtupeſcere, omnemque amittere ſenſum, atque ita interire. Feſt. Obbrutuit, obſtupuit,à bruto. quod antiqui pro graui,interdũ pro ſtupido dixerunt. Afranius: Nō poſſum verbum facere, obbrutui, id eſt, obſtupui. Prudent. Hamartig.

Damna aures,præter alme,meas, & claude meatus

Obbruteſcentis capitis. &c. 90,10.

OBCVRRERE, id eſt,accurrere. ita & Catull. qualem Minoidi luctum Obtulerat,id eſt attulerat. ob pro ad.Feſt.hinc & in iure obligatio pro alligatione dicta videtur.Horat.epod.

Optat Prometheus obligatus aliti.

In eodem Flacci carmine non poſſum quin locum vulgo vt opinor,contaminatum ex v.l. reſtituam & explicem:

Plorem artis in te nil habentis exitus.

ſic ſanè l.v. rectè. Plorem artis.ſ.ergo, Græco more. nil exitus,nil efficaciæ. nã & de eadem arte ita initio eiuſdem epodi:

Iam iam efficaci do manus ſcientiæ.

nil exitus vt apud Plaut. nil quæſtus, nil gratiæ apud Terent. exitus pro efficacia, vi,& effectu,tritiſſ. eſt. Ceteræ autem ſcripturę partim Græciſmi ignoratione;partim quorundam licentia inrepſiſſe videntur.

ODIOSA.Horat. 1. Sermon.7

Durus homo, atque odio qui poſſit vincere regem

Confidens, tumiduſque, adeo ſermonis amari

Siſennas, Varros vt equis præcurreret albis.

ſic ibi leg.puto.per Varros intelligo ruſticos, qui & Varrones dicti ac rupices. pro Siſennas aliquando Sarſennas ſcribebant;nam Sarſenæ cuiuſdam rerum ruſt. ſcriptoris comme minit Plin. ſed mutare non auſim temerè. 132,23.

OBDVCERE. 172,24.

OBHERERE, pro adherere, ob pro ad. Feſt. 121,13.

OBICERE,adicere. ob loco ad vtebantur. vide Feſt. 165,21.

OBIRE,pro adire.vide Feſt. 8,6 & 31. 233,7.

OBIT,pro obiit. vide imitât. 106,8.

OBLATVS, ob pro ad, id eſt,illatus. Feſt. Terent.in Hecyr. Quantam obtuli aduentu meo lætitiam Pamphilo hodie? id eſt,attuli. ita alibi offerre iniuriam dixit. 65,30 & 31.

OBLI-

OBLIVIVM. vide Feſt. 99,18.232,8.

OBORTVS SOL. 221,18.

OBRETIRI. alibi dixit circũretire. 85,9.

OBSIDERE. ita conſidere, &c. Salluſt. Catilin. Homines militares ſine tumultu præſidijs collocatis, ſicuti præceptum erat, occultè pontem obſidunt. ſic leg. ex vet. cod. pontem, vt hoc ἐν παρέργῳ admoneam, intelligit Muluium: ſic enim pons ille dici deberet ac ſcribi, qui vulgo cum in Salluſtio, tum in omnibus ſcript. Miluius ferè ſcribitur contra v. libros. Muluiam gentem in rep. R. inueni. hinc & Muluiana pira, ni fallor, dicta ſcribit Plinius. atque ita etiã apud Prudent. lib. 1. ſcribend.

Teſtis Chriſticolæ ducis aduentantis ad vrbem Muluius.

ſic vet. lib. ita etiam Deſidere, &c. 119, 7.142,7.

OBSIGNATVM, venuſta migratione firmũ ac diligenter confirmatum. 54,12.

OBSTIPVS, curuus. in Feſto eſt, OBSTITVS. ego etſi antiquitati tribuam plurimum: obſtitus tamen hîc contra o. l. omnino ibi liber Feſti deprauatus videtur. vide & hîc Nictari. 124,13.

OBSTRVERE CAPVT ALICVI, obiicere. ſũpta tralatio à fabris. hinc & luminibus obſtruere. 172,2.

OBTERERE, reicere & omnino contemnere, vt Græc. πατεῖν tralatè etiam dicunt. Prud. lib. 1. in Symmach.

Vix pauca inuenies gẽtilibus obſita nugis Ingenia, obtritos ægiè retinentia cultus. ita rectè vet. lib. 3,23.

OBTVRGESCERE 214,31.

OBTVSAE VIRES, deminutæ. 87,13.

OCCIDIT CAVSSA, nulla eſt. tralatè. 60,28

OCCIDERVNT. vide præterita. 105,26.

OCCIPERE. vide Nonium. 176,8.

OCCVRRERE. tralatè, aduerſari, impedire, & Græc. ἀπαντᾶν, refellere. 89,21.468,3.

OCIOR & OCIVS. qui per y ſcribunt, falluntur vt opinor: nam veteribus omnibus libris repugnat ea ſcriptura. & Priſcianus liquidò indicat per i ſcribendum. cùm enim dixiſſet multa eſſe nõmina iuncta aut ab alijs deducta, quorum tamen ignoretur origo, exempli loco addit ocior: Ocior (inquit) quaſi ab oco, quod in vſu non eſt, licet à Græco ſit ὠκύς. nec ſatis idonea eſt eorum ratio, quòd ſcilicet à Græco deducatur: hac enim ratione permiſſà, tota orthographia apud Romanos miſceretur ac turbaretur. ſumpſerunt enim illi plurima à Græcis, quæ ita tamen vel errore primo, vel prudenter ac paullatim conformarunt, vt patens ignoretur pænè. Eadem ratione anculandi verbum, elogium, &c. lege; vt ita dicam, Iunia de ciuitate Romana eiciunt, ſed errant. qua de re aliâs vt dixi & dicam.

OCVLIS DOLOR. alluſum videtur ad id quod Terent. alijque, oculis dolorem. 118,19.

ODIOSA. ad orationis moleſtiam pertinet. hinc & Cic. ad Att. lib. 4. Sed tamẽ cùm horas tres ferè dixiſſet, odio & ſtrepitu ſenatus, coactus eſt aliquando perorare. Teren. Phorm. Pergit hercle. nũquam tu odio tuo me vinces. ANT. Non manes? GET. Vapulabis. At id quidem tibi iam fiet niſi reſiſtis, verbebero. verſus ſunt octonarij troch. catal. vapula. id qui. dem tibi iam fi. & niſi reſi-ſtis verbe-ro. locus ille mirè contaminatus eſt in quibuſdam libris: nã contra omnes veteres libros, haud vapulabis. curialis vernula eſt qui me vocat, id tibi, &c. quod profectò ἀπροσδιόνυσον. & quis vnquam curijs adſcribat ſeruum, cuius nullum in republic. eſt caput? miror hominibus doctis hæc excidiſſe. in ead. 144,14.

OBNITI ER VNDAS: f. ita enim in veteri codice repperi, rectius fortaſſe quàm quod in vulg. vndis. ſolent enim ſæpe veteres verbis iũctis addere caſum præpoſitionis ſimplicis verboque non iunctæ, vt inhiare pecuniam, allatrare aliquem, &c. & hîc Subiungere. 121,30.

ODOS. ita colos, &c. 110,32.

OFFECTVS, obſtructus. 132,4.

OFFENSARE. 69,8.227,8.

OFFENSVS, occurſatio. Epicurus ἀντικοπὴν vocat. 43,6.49,29.103,3

Offici, impediri. vide offectus. 41,2.

Olescere. f. vide Non. adoleſcere & Feſtum. 71,15.

Olli. olim ollus & olle, vt ipſus & ipſe dicebant: etiam ole. antiquiſſ. enim nō geminabant conſonantes. qui autem apud Terent. Ile pro ille ſcribunt, repugnant vet. omnibus libris, & niſi fallor, errant. veterum vt olle & ille, ita Soſpes et Sſpes Iuno à veteribus dicta fuit teſte Feſto. 81,24.100,10.188, 30. 192,1.

Ollis. 22 8.27,21.36,6.200,28.

Omne. τὸ πᾶν vocat Epicurus, id eſt rerum vniuerſitatem. alibi ſummā vocat. Cic. etiam lib. 1. de natur. deor. & de diuinat. omne vocat. 3,18.13.4.17,17, & 19.31,2,& 15,& 21.45,24.68,29.70, 25.165,1, & 4.

Omnibus, i breui vt alibi, omnium. id recte Scaliger etiam apud Terent. obſeruauit. 86,32.

Omnigenus. 59,29.61,27.

Omnimodis. antiq. aduerb. vt multimodis: ſic enim ea ſunt ſcribenda ſine apoſtropho. teſtes ſunt lib. veteres, & analogia. nā & alternis ita, ingratis, &c. 88,1.22,19.51,15.85,31.170,30.180, 16.

Omniparens. ita tellus à poëta dicitur & à Marone, id eſt, παμμήτωρ. Ouid. eā omnitenentem vocat hoc verſu libro 2. Metamorph.

Suſtulit omnitenens collo tenus arida vultus.

ſic enim v.l. ferè habent vulg. omniferos. 88,8.150,21.

Omnituentes sensus, vt omniparens terra. ita & omnicarpę capræ dicuntur. aliter Valerius Flaccus dixit ſolem omnituentem, id eſt, παντεπόπτην. 65,19.

Omnium primam hîc habet productam. ſolent antiqui Græci, & Latini poëtæ vocales ante has literas mn, cm, gn, ſc, pt, ſt, poſitas corripere ſæpenumero. hoc qui ignorant, partim loca deprauarunt, partim abſurdas eclipſes eliſioneſque commenti ſunt, id quod præclarè etiam admonuit doctiſſimus ille Fabricius. poëta noſter agens de Ennio, cuius erat ſtudioſiſſimus, ipſius etiam verſu vſus eſt: ita enim apud Noniū cluere adducitur: per gentes omnes cluet miſerrimus. & quod etiam hîc dicit Lucret.

An pecudes alias diuinitus inſinuet ſe;

ex Ennio eſt, nam hos etiā verſus profert Varro lib. 4. de lingua Latina: Oua parire ſolet genus pennis condecoratū, Non animas, vt ait Ennius. & pōſt: Inde venit diuinitus pullis inſinuans ſe Ipſa anima. ita locus ille Varr. leg. vide Non. 4,31.159,5.

Opes pro opulētia videtur poſuiſſe poëta. Non. 192,5.

Opes. antiqui et Cic. maximè non pro diuitijs, ſed pro potentia ponebant, quæ in amicorum, ſociorum, ſeruorumque copia conſiſtit: ſed hoc notum ferè. hinc eleganter vires opibus coniunxit Prudentius pſych.

Margaritum ingens opibuſque et viribus haſtæ Addictis, &c.

ſic vetus libet rectiſſimè. τὸ ceſibus quod in q. lib. vulg. exſtat, ſapit gloſſam. 75,7.

Opinatus, us. Cicero ferè opinationem, temerariam ſcilicet & imbecillam aſſenſionem vocat. vide coniectus. 122,25.

Oportunus. Non intelligunt vulgo quid vox hæc egregia valeat. vtitur ea ſæpiſſimè noſter poëta, M. Cicero, Liuius, Virgilius, alij omnes. & vix habeo verbum ſatis accommodū quo τοῦ idoneus exprimam vim & notionem. ferè idem valet quod vtilis, ſed tamen quid amplius, aut idoneus, id eſt, egregius, præſtans. 79,24.164,14.204,10,&c.

Oppilare. verbum elegans, rarum tamen etiam apud veteres. vſus eſt eo M. Tullius in Antonium libro 2. Niſi ille ſe ſub ſcalas tabernæ conieciſſet, hiſque oppilatis, impetum tuum compreſſiſſet. non dubito autem quin ex Græco fonte manauerit: illis enim πιλῶν denſare, conſtipare valet. Ob particula maius induit velum, vt in obbruteſco, occludo, &c. 217,2.

Oppressus, propriè, de ruina. 94,31.

Optineat.

Optineat, antiqu.ita apud alios, opſecro, opteſtor, opſonium. &c. 104,19.

Opvs. video politiſſimos ac doctiſſimos ſcriptores hac voce in re ruſtica vti ſolitos ſæpenumero. Cicero Cat. maiore: Numquam vllo in agro maiora opera fiunt, ſenibus abſentibus. Catoni libro de re ruſtica, & Varroni ſemper in ore eſt, & ſeruos vocant operarios. hinc & opus facere, pro in agro laborare apud eoſdem ſæpe, & Terentiū Heautont. act. 1. ſcęn. 1. Quod in opere faciundo operæ conſumis tuæ. aliter autem nēpe de ædificatione Nepos in vita Themiſtoclis, vbi ita ait: Præcepit interim omnes ſerui atque liberi opus facerēt, neque vlli loco parcerent, ſiue ſacer, ſiue priuatus, ſiue publicus: & vndique quod idoneum ad muniendum putarent, congererent. Sic lego ex veteri codice, in quo ita planiſſimè ſcriptum eſt, vbi etiam mox eſt: adire ad magiſtratus noluit. antiquo more, vt paullo infrà eum locum etiam in vulgatis libris, ad magiſtratum ſenatumque Lacedæmoniorum adijt. 131,3.

Opvs, pro neceſſarius. Nonius. 34,1.36, 28.61,2.147,21.

Ora lvminis, id eſt vitę regio, id eſt vita. lumen ſeu lux pro vita. ita Ennius oras belli videtur dixiſſe, pro bello. Eſt autem Ennianum apud Firm. l. 1. cap. 6. Tu produxiſti nos intra luminis oras. vbi fortaſſis leg. endo. vide endo. & apud Feſtum Sum: At ſeſe ſum quæ dederat in luminis oras. & Lucretij perſtudioſus Arnobius libro 2. Antequàm Tages Thuſcus oras contingeret luminis. vtitur eo bis Virgilius initio libri 2. georgic. & libri 7. verùm vtrobique legitur mendoſè, vt & quibuſdam in locis apud hunc poetam, Luminis auras. quibus deducti etiā recentiores ſępe hic peccarūt. 6,18, et 27. 54,8. 194,2.

Orae aetheris altae. 99,24. 153,1. 168,32. 169,27.

Ora, fauces, & crateres. 216,11.

Orare, agere vt videtur. Feſt. 134,11.

Orbi, pro orbe. antiq. vide Priſc. l. 7. conquerētem de librariorum inſcitia. ſic colli, &c. vide Soſipat. 53,6. 150,28.

Orbis solis. vide rota. 172,14. 190,21.

Ordia, exordia, principia, atomi. vide hîc clarare, clinare, minere &c. 109,8.

Organici, qui organis canūt. Varr. Cat. Melos vnum, quod eſt in aſſa voce, alterū quod vocāt organicō. 49,3. 158,32.

Orisci. ſic & erciſci, quod perperā efferūt erciſceri etiā in l. Cic. 1. de Orat. cōuincit hoc τὸ erciſcūdi, quę ratio verbis tertiæ & quartæ formæ ſolis tribuitur. vide aboriſci. 171,13.

Ornare, inſtruere. Nepos in Hannib. Effecit, vt ea elefantus ornatus ire poſſet &c. ſic lego ex v. c. 37,17.

Oscvla rapere. ſuauiſſ. vet. dictio. poëta præripere dixit. 101,22. (ta. 145,11.

Oscvla hvmida. elegāter deſcribit poë.

Ossifraga, genus aquilæ. Plin. Feſt. Sanqualis. 182,7.

P

Pabvlvm amoris, vt Cic. pabulum animi vocat naturę conſiderationē. 141,8.

Palladion, parua Pallas. ita vocitabant delicias ſuas adoleſcentes cæſijs oculis prędiras, qualis pingitur Minerua. Euſtath. Ἰλιάδ. α. γλαυκῶπις ἀθηνᾶ, οὐ μόνον γραφικῶς ὡς ἁπλῶς γλαυκοὺς ἔχουσα τοὺς ὀφθαλμούς, ἀλλὰ καὶ ὡς ἂν εἴποι τις δεινὴν τὴν ὄψιν καὶ ἐκπληκτικὴν κατὰ τὰ γλαυκωπὰ τῶν θηρίων. γλαυκοὶ γὰρ οἱ λέοντες οἱ βασιλικοὶ καὶ ἰδεῖν δεινοί. καὶ δράκοντας δέ τις τῶν ποιητῶν γλαυκώπας καλεῖ. γλαυκῶπις ὂν καὶ ἡ φοβερὰ, &c, ita ergo à deæ cognomine minuūt feritatem adſpectus, vt quaſi heroicus ille ſit, & eumdea cōmunis. vide & cęſius, & Silena. 144,10.

Panaces, herbæ genus grauis odoris. dicitur & panacea. Virgil. 12. & odoriferā panaceam. vbi Seru. ait Lucret. panaceā vbique ſalem dicere: ſed vel errat Seru. vel mendoſus eſt codex, & leg. Luciliū, vt aliâs ſæpe. 112,2.

Panchaei odores, Arabici, tus. Virg. 2. georg. Totaque turiferis Panchaïa pinguis arenis. 49,8.

Pandae naves. i. curuæ. epitheton nauium ſollemne. 193,21.

Pangere, ſcribere. ſtilus. n. olim depāgi in

ceram ſolet:hinc & ſcribere propriè eſt imprimere. nouè dixit Prudent.

Ipſumque vulſis nexibus
Obambulantem pangere. .i.canere.

2,1.

PANNI, ῥάχια. Terent. annis, panniſque obſitum. Titinnius Veliterna:

Tunica & cingula obuncula
Adimetur; pannos poſſidebit fœtidos.

ita obuncam falcem dixit Arnob. lib. 6. 233,32.

PAPPI, carduorum flores. Nicand. & Feſt. 85,11.

PARENTARE, immolare, inquit Nonius. 74,27.

PARTEM BONAM. bona ex parte. ita enim veteres loquebantur. Cæſar initio lib. 1. de bell. Gall. eos impeditos & inopinantes aggreſſus magnam partem concidit. ſic ibi reſtitui ex v.c. 233,12.

PARTEM MINIMAM. minima ex parte. dictio veterib familiariſſ. 75,8.

PARTI, pro parte, Cicero: parti miſcetur in vna. vide colli. Ouid. 1. metamorp.

In mare perueniunt partim, partimque recepta
Liberioris aquæ.

ſic reſtit. puto ex v.l. in quibus ferè partim. vulg campo contra v. è gloſſa, credo, manauit. Valerius lib. 6. Metellus vxorem, quòd vinum bibiſſet, fuſti percuſſam interemit. &c. ita v.c. 92,11. 164,27. 216,3 & 30.

PARTICIPIA breuitatem adferunt orationi, verbo iuncta hoc modo. ambulans doceo .i. ambulo & doceo. vide Priſc. lib. 11. Horat. 3. carm. od. 14.

Vnico gaudens mulier marito
Prodeat iuſtis operata diuis.

vbi rectè Porphirio: Prodeat & operetur. & Virg. lib. 4. Æneid.

Poſtquam primus amor deceptam morte fefellit.

id eſt, decepit ac fefellit. apud Græcos nihil frequentiùs. egregiè noſter. 9,21.

Interdum rapido percurrens turbine campos
Arboribus magnis ſternit. —

percurrit & ſternit. hoc ſi conſideraſſet Marull. locum nó mutaſſet contra v.l. ita & 30,19.

— deceptaque non capiatur.

decipiatur, non capiatur, & aliis item locis.

PARTICIPIA ἀυξητικά iuncta verbo. 230,21.

PARTICIPIORVM QVODNAM MVNVS. vide. 11,31.

PARTIM, ſemel poſitum. Sic & Cicer. lib. de amicitia, & aliis locis. malè ergo Budæus id numquam geminari putauit. 178,7.

PARTIO, pro partior. Non. & Priſc. egregiè lib. 8. 169,28.

PARTVM, res adquiſita. vide ventum, auditum. 57,15.

PARTVS, tralatè; ad naturam res parienté. 65,10 & 12.

PARVI ESSE. ſic ferè dictum vt illud Cœlii: eſt tanti. 183,15.

PARVISSIMVS. vtitur Varro apud Noniũ, rictum: vtitur et Feſt ſpara. Multiſſimus quidam apud Cic. ad Att. ſuppoſuerant cõtra v.l. celeriſſimus dixit Ennius. 20,8 & 14. 79,16.

PASCVVS, a, um. 187,17.

PATRARE, perficere. 160,19.

PATRIVS PAVOR. 96,16.

PATER. ita Carus noſter Epicurum vocat. Videntur honoris cauſſa philoſophi auctores ſuæ doctrinæ ſoliti appellare patres: vt Academici Platonem, Epicurei Epicurum, Ariſtotelem Peripatetici. nã & ita Cic. lib. 3. de nat. deor. vbi de Zenone: Nihil igitur affert pater iſte Stoicorum, quare mundum ratione vti putemus. 73.17.

PATRII FINES MAGNETVM, id eſt, regio. 222,26.

PAVIRE f. ferire. Feſt. 47,31.

PAVSA, finis, modus. non dubito quin & hoc à Græcis ſumpſerint Romani: etſi παῦλα dicant illi. Sic enim antiquiſſ. Ro. malè interdum conformabant peregrina, vel imperitè, vt putat Feſt. vel vt ſua facerent. hinc exſtiterũt Alimento, Melo, Catamitus, Alphius, Alcedo, Telamon: & ſiqua ſunt alia generis eiuſdẽ.

Q. Clau

Q. Claudius: vtrique quieſcerent pugnæ. facta pauſa eſt. Cornelia ad filios Gracchos: Denique quæ pauſa erit? In v. q. monumentis legi, pauſſa. 24,19. 39,29. 100,17. 102,24. 142,29.

PAVXILLVS, à paullus, quod veterib. eſt paruus. Titinnius Setina: Cocus magnum ahenum, quando feruit, paulla confutat trua. apud Non ita leg. 80,14.

PAX ANIMI, id eſt, tranquillitas. lepidiſſ. tralatione 73,32. & alibi. omnes etiam vtimur pacis verbo pro otio ac tranquillitate. ita Silius pacem æquoris dixit. Cic. animis adferre pacem. & ventorum paces dixit noſter lib. 5. Virgil. autem prœlia ventorum.

PAX VENTORVM, cæli tranquillitas. 186, 30.

PECV, vet. dicebant vt veru. Feſt. & Priſc. lib. 6. 229,23.

PECVDES BALANTVM. ita veteres locutos obſeruaui. i. pecudes balantes. Sic Squamigerûm pecudes, pro piſcibus. ita Ennius lib. 6. Squamigeræ. ſic enim pecudis voce vt generali vſi videntur. Virgil. 7. Æneid. greges balantum dixit. 47,24.

PECVDES SQVAMIGERVM. pecus ad piſces refertur. Nonius. 46,30.

PEDEM PONERE, elegans veterum dicendi genus. Cic. vtitur ſæpe. hinc poſſeſſio pedum, quaſi poſitio apud Iuriſc. 85, 14 & 15. 118,6 & 7. 177,1.

PEIOR PARS AETATIS eſt ſenectus, vt diei peior pars ea quæ poſt meridiem. hinc & malam ætatem hanc vocant veteres comici. vide Nonium, Senium. 71,16.

PELAGE, πελάγη; maria, vt alibi, mele. 149, 21. 213,24.

PELAGVS, tralatè, vt vulg. & Græcè πέλαγος. & hic mare pro infinitate. 53,13.

PELLACIA. ita & elegans poeta Prudent. hamartig.

Sentio quam contra moueat pellacia litem,
Quo dente obnitens ſpinoſa calumnia pugnet,
Noſque laceſſito vocet ad luctamina vero:
Si non vult deus eſſe malum, cur non vetat, inquit?
Nil refert auctor fuerit, factorque malorum:
Anne opera in vitium ſceleris pulcerrima verti
Cùm poſſit prohibere, ſinat. quod ſi velit omnes
Innocuos agere omnipotens; ne ſancta voluntas
Degeneret, facto nec ſe manus inquinet vllo.

Adſcripſi totum locum perelegantem, ita vt emendandum putaui, ex v. tamen libris, ac interpungendum. locus eſt in iure ciuili grauiſſimus de eo, qui prohibere cùm poſſit, non prohibet: eũ enim æquè teneri aiunt ac ſi ipſe feceris. vide l. culpa D. de reg. iur. l. ſcientiam. D. ad l. Aquil. hinc totus ille locus Prudentij pendet. vult enim hæreticus nihil referre an auctor, factor, cõditor, creator (ea enim omnia pro eodem vſurpat rectiſſ. poëta) mali ſit deus, an verò cùm prohibere poſſit, permittat tamẽ. ſic autem Plaut. dixit minacia. Virgil. 4. geor.

Verùm vbi nulla fugam reperit pellacia victus &c. ſic vetuſtiſſ. quidam cod. vulg. fallacia; quod malum quidem non eſt, ſed gloſſam ſapit. ſic & Arnob. 179,27.

PELLERE PEDE TERRAM. Ennius:

Muſæ quæ pedibus magnum pulſatis Olympum. 192,13.

PELLICERE, l. pro r. vt ſæpe aliàs. Squaror, ſqualor: pellegere. Virg. 6. Æneid.

Pellegerent oculis. —ſic leg. 225,20.

PENETRALIA CAELI ſ. Arnob. lib. 2 Neque cũ animis artes cæli ex penetralib. ceciderũt. et alibi. ſed vide hic Tonitralia cæli.

PENETRALIS, penetrabilis. mirè variarũt, & alterum pro altero poſuerunt ſcriptores veteres innumeralis: hic, manalis, naturabilis pro naturalis, ſpiritabilis, genitabilis &c. 16,22. 17,31. 48,5.

PENETRARE. noua aut potius antiqua dicendi ratione extulit hoc verbum: ait enim, hoc me penetrabat, id eſt, ſuccur-

rebat.credo dictum,vt ſubeundi verbo vtuntur omnes. ſubiit cogitatio, ſubit animo cogitatio. 188.1.

PENETRATA. Græc. ἐμπεπηγμένως.ita vſurpata,vetus poëta apud Cicer.ep. ad Papirium: & ipſum verb.penetrare in noct. Att.in eam ſpecum me penetro & recondo. Plaut. Aulul.vide & hîc cõſulta & volgata. 129,7.

PENITVS.ex imo.ita Cic. Virg. omnes veter. 91,18.110,15.114,14.116,20. 216,32.219,22.

PENNATVS. 171,18.

PENNIPOTENTES,pro auibus:quæ ſcilicet pẽnis valẽt ac potẽtes ſunt,Enniano more.de Æacidis ait ille: Bellipotentes ſunt magis quàm ſapientipotẽtes.& alibi hîc poëta dixit rerum potentes.aut quia potiuntur.i.habent pennas. nã & Ennius ait:genus pennis condecoratum. Plaut. autem non abſimili ratione deos appellat cælipotentes. 63,26.173,4.

PER.vocabula hoc articulo iuncta apud veteres videntur fuiſſe plurima,quę hodie vel in præ, vel aliter ſint cõmutata. Lucretius.perdulcis,percurro & percurſus,& Canteri noſtri perneuerit,quod in Martiali elegantiſſ.reſtituit.Pruden. Pſychomach. perdurat teneras &c. ita v.c.idem hymno.1. peri ſteph.

Fama nam terras in omnes percucurrit proditrix.ſic v.l.

PER SE ESSE.mira dictio, id eſt cum alio nullo iunctum eſſe, aut concretum,aut conſociatum;ſed vnum,ſimplex ac merum. 17,2.

PERCIRE.ita alibi accire. 82,24.

PERCIERE,vt alibi ,percutere animum. 74,5.79,1.82,24.

PERCITVM,agitatum. 40,7.

PERCIPERE fort.pro inuadere.vt Plaut. extrema Amphitr.& Pacuuius Medea: horror percipit.ſic apud Virg.ecloga.3.

— Si lac perceperit æſtas.

tametſi Seruius præceperit,videatur legiſſe,& nullis dum in libris inuenerim. nam & hic poëta alicubi, percipit ardor aëra. & præcipere illi loco non tam conuenire videtur. æſtas, habent vet.l. vide & hîc Homer.Iliad.α.

Ἀτρείωνα δ᾽ ἔπειτα χόλος λαμβάνει. &c.

PERCIPIT ARDOR AERA,id eſt, occupat. 167,13.

PERCOQVERE. hoc verbũ ſoli tribuunt veteres omnes.Cicer.in œcon. Nullo modo faciliùs arbitror poſſe neque herbas areſcere & interfici, neque terrã ab ſole percoqui. vbi Xenoph, ἡ δὲ γῆ ὀπτῶτο ὑπὸ τοῦ ἡλίου. 216,31.221,7.228,32.

PERCVLSVS TIMORE. haud ſcio an ita dixerint veteres.hoc ſcio mirè variatũ & peccatum in libris omnibus. vide Percutere. 186,23.

PERCVRSVS. f. & melius hîc fortaſſe quàm procurſus.vide præterere. 50,19.

PERCVTERE. tralatè ad animum. incitare;cõmouere. vno verbo hîc indicabo, percutiendi verbũ ad animũ etiam referri, quaſi πλήττειν apud Græcos. hinc percuſſus,quod apud omnes ferè deprauatũ eſt,in perculſus.percellendi verbũ timorem ferè præportat. vide & perciere. 1,21.30,1.61,6.

PERCVTERE OCVLOS.ita Iuuen. ſatyr.xi. percutere aures. 131,2.

PERDVLCE f.vide prædulce. 128,4.

PERESVM ,vide adeſum. 86,6.

PERFICE.perficus a,um;& perficiens,valere videtur & perfectus. vt & ἐυμαθὴς Græc. hîc enim perfectè ſonat, vt & apud Plaut.Rudente:vt ſine labore hanc (ſ.vrnam) extraxi perficiſſimè.etſi libri eo loco habeãt prę̄ficiſſimè. quod ſi retineamus, pro eodẽ accipiendũ erit, nã τὸ prę̄fiſcinè quod Ioachimo placet ,ibi locũ non habet.apud Arnob.perficiens ſonat. eius verba ex lib.4.aduerſus gentes adferam,vt antiquum verbũ intelligatur: Etiamne Militaris Venus caſtrẽſibus flagitiis præſidet & puerorum ſtupris? Etiamne Perfica vna eſt è populo numinum , quæ obſcœnas illas & lutcas voluptates ad exitum perficit dulcedine inoffenſa procedere? Vt perficus à perficio:ſic proſpicus, deſpicus apud Nonium: vbi ita leg.puto : Proſpica & deſpica, intenta & contẽpia.vulg. contempla . ſæpè r pro l: & contrà l loco r

poſitum

poſitum comperior. apud Catull. de luctu paſſeris: Ad ſolam dominam vſque pipitabat. ſic eum locum reſtituendum puto. vulg. pipilabat. pipitare à pipare conformato ὑποκοριστικῷ. amat ea Catullus. ſic libitare, balitare, cubitare &c. dicebant. In carmine etiam Philomela, quod Naſ. adſcribitur, vulg. ita legitur, Bombilat ore legens munera mellis apis. leg. puto Bombitat ex Feſt. Græc. vt eſt apud Polluc. βομβεῖν. Gaza non tam rectè bombulare vertit. ſed hęc πάρεργα. 71,1.

PERFINIET, nauiter & omnino finiet. delectatus videtur hac compoſitione Titus. vide præpetere & Feſt. 20,11.

PERFLVCTVARE. ita alibi, exæſtuare, permanare. 96,26.

PERFRVCTVS à perfruor. vt alibi fructus. 103,18.

PERFVNDI COLORE. vide imbuta. 61,27.

PERFIXVS DESIDERIO. tralatè. 47,15.

PERGAMA TROIAE. f. 16,4.

PERHILVM, perpaullum. vide hilum. 212,12.

PERIPHRASI quadam breui ſtudioſiſſ. vtuntur poëtę omnes, teſte Seru. ad lib. 1. Æneid. maximè noſter. hinc radix ſaxi, horror ſaxi, lumina vitæ, lumina ſolis, glacies æris, globus cordis, auctus, tegmen, augmen & nauis corporis, vbera lactis, ratio animi, tactus animi, corporis; vmbra noctis. Virgil. etiam vſitatiſſ. phraſis.

PERITARE, perire. Sic & apud Plaut. Captiuis in vet. cod. eſt. Qui per virtutem peritat, non interit. ita & Ennius: Conferre autem ratem qui peritet. ita lego apud Varr. lib. 6. de ling. Lat. ſimili forma initare dixit Pacuuius Antiopa: Loca arida initas. Diomed. lib. 1. 95,15.

PERLABI AD ACIEM, ſonat aduenire, & Cicer. aduolare, accurrere. per acies vt permanare. Cicer. lib. 2. de natur. deor. per quas lapſus cibus ex hoc ipſo loco in eam venam quæ caua appellatur, confunditur; perque eam ad cor confectus iam, coctusque perlabitur. Maro: Ad nos vix tenuis rerum perlabitur aura. 119,13.

PERMANARE, peruenire, aut manare, venire, apud Feſt. 5,2. 114,13.

PERMANANTER. vide præcipitanter, fluenter. 223,1.

PERMITTERE. longè mittere, incitare. Siſenna lib. 3. Et inde equum concitatum princeps ad hoſtium permittit aciem. & lib. 4. Multi præmiſſis armis ex ſummo ſe permitterent. 129,25.

PERMOVERE, non hoc ſonat quod peruulgatum eſt; verùm etiã loco ſuo mouere ac ſolicitare. hinc Cicer lib. 1. de diuinat. mente permotum dixit pro inſano. Idem lib. 6. de repub. Quamobrem ſe comparet hic ciuis ita neceſſe eſt; vt ſit contra hæc quæ ciuitatis ſtatum permouent, ſemper armatus. vbi contra o. l. peruertunt, repoſuerunt, peruerſè. 64,10. 140,1.

PEROLERE. vtitur & Lucil. apud Priſc. lib. 9. 230,14.

PERPETVVS, IN PERPETVVM. eleganter vſus eſt hoc nomine poëta. ſic loquũtur cum veter. alii omnes, tum C. Cæſar ſępe. valet παραλλήλως, æquabili vndecumque ductu, eoque continenti. Cæſ. lib. 7. Itaque truncis arborum aut admodum firmis ramis abciſis, atq; horũ delibratis atq; pręacutis cacuminibus, perpetuę foſſę quinos pedes altæ ducebãtur. ita reſtitui. 121,20.

PERPLEXVM, implicatum. vide plexus. 39,12. 162,20.

PER QVAM, valde. vide & præquam. 78,

PERSENTISCERE. 81,2. (29. 79,21.

PERSAEPE, plerumque. 113,31.

PERSIDERE. ſic Obſido. 10,27. 229,17.

PERSONA CEREA, ſimulacrum, imaguncula, vel quid aliud è cera confectum.

PERTERRICREPVS. 198,13. (117,17.

PERTVRBARE COLORES; pro miſcere ac temperare. ſic veteres loquebantur. Cic. verbo miſcendi ac turbandi coniũctè vtitur multis locis. 60,12, 164,8.

PERVELLE. vide peruolit. 68.28.

PERVIGILIVM. 217,31.

PERVOLGARE. volgo & paſſim incolere

frequentare, perluſtrare, vtque ipſe dixit poëta, concelebrare, aut peruolitare. Pacuuius apud Varr. lib. 6. de ling. Lat. Halcyonis ritu litus peruolgans feror. ſic ibi v.l. etiam formis deſcripti rectiſſ. malè alii peruolans. vide & hîc volgata. 41,10.47,1.114,24.

PERVOLIT. cùm in vet. lib. partim peruelit, partim eſſet peruolet, nos peruolit ſcripſimus. ita veteres enim volit pro velit dixiſſe monet Priſc. lib. 9. Cic. lib. 2. de nat. deor. Sed quid ſit ipſa natura, explicãdũ eſt ante breuiter, quo faciliùs id quod docere volimus, intelligi poſſit. in Cic. tamen codicib. vulg. legitur, volumus. eodem modo Plautũ locutum puto in Aſinar. Meo modo loquar, quæ volim, quoniã intus nõ licitum eſt mihi. & in Capt. Nunc illud eſt cùm me fuiſſe quàm eſſe, nemo mauolim. ſic enim v.l. Lucil. l. 27. Idola atque atomos vincere Epicuri volim. Nõ ignoro apud Noniũ Volã, hęc aliter ſcripta eſſe. ſed illius aut codicẽ aut ipſum puto mẽdoſum, vt aliâs ſępe. Facilis autẽ fuit ex volim in volam, immutatio. nã ita & princeps olim Petrus Nãnius apud Hor. epod. 3. pro edat, reſtituit ex v.l. edit cicutis alliũ recentius. & apud eundem lib. 2. Satyr. vlt. inueni in v.c. Quam ſi cit lumbis quis edit. Cic. lib. 9. ep. 20. ad Pætum: Sed cura ſi me amas vt valeas: ne ego, te iacente, bona tua comedim. Ita legit Marcell. vulg. comedam. & ex v. c. apud Plaut. Aulul. leg. puto. quid tu, malum, curas,

Vtrum crudum an coctum edim, niſi tu mihi es tutor.

A volo ergo volim, ſeruata originis littera, vt ab edo edim, vt noltis pro non voltis. Lucil. Voltis, empta eſt; noltis, nõ empta eſt. apud Diom. lib. 1. 68,28.

PES FLVMINIS. ſic Horat. epod. 16.

—montibus altis

Lenis crepante nimpha deſilit pede. ſic v. meus. & Virg. lib. 9. cunctatur & amnis

Rauca ſonans, reuocatque pedẽ Tiberinus ab alto. in Culice:

Caſtaliæque ſonans liquido pede labitur vnda. vide & Non. 157,2.214,11.

PESSVM, deorſum, quaſi ſub pedes proiectum. hinc ait poëta: peſſum ſubſidere. Appuleius item lib. 5. ait: niſi eã peſſum de tantis opibus deiecero. Plaut. peſſum abire. vul. ferè dicimus, dare peſſum, & ire peſſum. 212,25.

PESTILITAS, peſtilentia, inquit Nonius. ſimilem conformationis rationem non memini legiſſe. 228,21.229,16 & 23.

PESTIS pro exitio. qui hac voce pro morbo, quem veteres conſtanter peſtilentiam vocant, vtũtur, barbariſſant. 84,4.

PETERE TERRAM. inclinare ſe & vergere in terram. Virg. Summiſſi petimus terram. vide & petitus. 4,4.

PETISSERE, valde appetere. nam hæc terminatio eſt αὐξητικὴ, vimque verbi principis intendit. Cicer. lib. 2. de conſul. Præcipites cæli partes, obitusque petiſſens. ita leg. puto. Attius Armorum iudicio: Cur vetera tam ex alto appetiſſis diſſidia Agamemnon? Feſt. apud quem in fine legend. putem; vt pitiſſant, ſæpius potant. quãquam Priſcian. pitiſſo à πιτύζω Græc. deducere videatur lib. 1. 173,25.

PETITVS, antiq. pro appetitꝰ, appetitio. vide clinare, & coniectus. petitus terræ tamẽ hîc potius videtur intellig. vt Virg. dixit: Summiſſi petimus terrã, pro inclinatione in terram. vide petere. 78,21.

PETVLANTES EVRI. gemina prorſus trãſlatione dixit Virg. lib. 1. Æneid.

— penitusque procacibus auſtris.

& Horat. lib. 1. od. 26.

Tradam proteruis in mare Creticum
Portare ventis. & epod. 16

— quocumque per vndas
Notus vocabit, aut proteruus Africus.

A Græco autẽ fonte hæc cadũt. Pollux l. 1. Εὔπολις δὲ καὶ ἄνεμον ἀσελγῆ εἶπε τὸν βίαιον. Eupolis, inquit, ventum impotentẽ & furioſum vocat ἀσελγῆ, id eſt, petulãtem, proteruum, procacẽ, laſciuum. 197,27.

PETVLCI. vide Feſt. vbi verſus poëtæ noſtri adducit ἀδιαπτώτως tamen, ac deeſſe quid notatur, cùm nihil deſit. quod & alibi in Feſto obſeruauimus. 47,23.

PHI-

Philema, φίλημα, oſculum. labra nimis exilia & tenuia vitio dabantur; vt & præter iuſtum craſſa; & hodie plenum dicunt oſculum à labijs craſſiuſculis præreptum. Plaut. Plocio etiam reprehendit exilitatem labri apud Nonium: Namque coloratum frontem habet, petilis labris. 144,18.

Phrygivs nvmervs. de modulorum generibus copioſè Athenæus. 55,19.

Pigrare, tardare. ſic cæcare, &c. agendi vim habet apud Attiū Erigonis: fateor. ſed cur propter te pigrem Hæc, aut huiuſce dubitem parcere capiti? vide Nonium. 14,2.

Pingere, exprimere, deſcribere. tralatione à muta pictura ad loquentem ſumpta. 148,20.192,7.

Pingere pallore, ita Virg. Culice: Pinguntque aureolos viridi pallore corymbos. 118,24.

Pingere terram floribvs, pro variare, ac diſtinguere. ita Plaut. Sticho: Age tu ocius Pinge, &c. ita Virg. Flore ſolum vario depingit odoriferum ver. 47,30.55,26,420,33.

Pinna, pro penna. ita vet. lib. habebant. nec video, cur Fabij diſtinctio lib. 1. locum ſemper habere debeat contra omnes veteres lib. cùm ſciamus maximam inter i & e fuiſſe adfinitatem, & inter ſe commutationem. 139,17.220,15.

Pinniger amor. de quo Cic. 182,3.

Pix genus pœnæ. Plaut. Cap. καταπιττῶν dicebant Græci. 105,15.

Plangere, tundere. 72,9.19,197,31.

Plangor. 178,28.

Plebeia vestis, id eſt, vilis, vt Cic. plebeios vocat philoſophos. idem lib. 1. Tuſc. veſtem famularem ita dixit; & Valer. lib. 6. cap. 7. vbi de Sulpicia: Nihilominus famulari veſte ſumpta. ſic vet. cod. vulgo familiari. Propert. etiam amictum plebeium dixit. 37,11.193,8.

Plena, opp. cauis. alibi ſolida vocat. 228, 8.

Plervs f. id eſt, plenus. vide Feſt. à Græco πλήρης ductum puto. inde & pleruṁque. Cato 1. orig. Agrum quem Volſci habuerunt campeſtris plerus Aboriginum fuit. 231,30.

Pletvs f. vide Feſt. plentur, pro replerus. ita ventabant, miniſcitur, municas, mentum, & id genus alia dicebant veteres ſine præpoſitionibus. vide Feſt. & hîc clarare, &c. 55,30.231,30.

Plexvs à Græco ſermone originem ducere monuit Feſt. Plexa, inquit, colligata ſignificat ex Græcis, qui id συμπεπλεγμένα dicunt. eſt ergo id origine Græcum, ſed Romanum iam factum vocabulū, vt inclutus, prograxo, &c. Virg. 11. georgic. cæruleos implexæ crinibus angues Eumenides. valet ergo plexus, & implexus, implicitus, innexus, intortus. haud ſcio an etiam plectus dixerint veteres. hinc enim Lucilius apud Priſc. in libris veteribus: Quin amplectetur qui velit, ego non ſinam me amplectier. vulg. ibi, amplexetur. conſimiliter fictum, pectū, nectum, &c. dixiſſe eos alibi admonui. ſic & mictum pro mixtū à miſceo extuliſſe videntur: nam apud Marcellum reperio commictulis pro compoſiti, quo vſum dicit Pōponium comicum. hoc enim certè à commictum, vt à fictilis fictū, rectè deductū ſit oportet. vide hîc implexum, cōpl. depl. perplexum. Replexus dixit Prudent. peri ſteph.

Mitte infulatus, feſta vittis tempora
Nectens: corona tum replexus aurea
Cinctu Gabino ſericam fultus togam.

ſic enim in tribus manu deſcriptis codicibus legi rectiſſ. re, tam eſt illi poetæ familiaris, quàm noſtro conſ. etſi omnes poetæ, te, ament. 127,22.192,10.

Plvria. nomen hoc celebrarunt magis veteres quàm nos hodie: verùm deprauatum ſæpe eſt in pluta, aut plurima. vide Agell. 28,20.71,20.142,2.

Plvs. veteribus obſeruaui hanc particulam interdum ſonare idem quod Græcis τὰ πλεῖω, id eſt, ſæpiùs. plerúque. Plautus Truculent. Terentius pro diutiùs ſeu ampliùs poſuit non abſimili ratione in Hecyr. Vt cum matre vna plus eſſet. in qua comœdia (quam non rectè quidam vltimam faciunt contra libros

vet.omnes, & ipſam etiam rationem) in ea ergo fabula rectius ex v.cod.legã, & interpungam hunc locum ita: PAM. Abi Parmeno intrò, ac me veniſſe nuntia. PAR. hem. PAM. quid hoc eſt? PAR. tace. trepidari ſentio, curſari rurſum prorſum. agedum ad fores Accede propius. PAM. hem. PAR. Senſiſtin? PAM. noli, &c. aut certè vt ea, Accede propius. hem. ſenſiſtin? omnia attribuantur Parmenoni. 207,17.

PLVS PARTE. conciſè dictum videtur, idéque valere quod Naſoni lib.3.metamorph. media plus parte. 42,15.

PLVSCVLVS, a, um, dicebant veteres. hinc Agell. lib.17.cap.2. recta enim iſtæc oratio eſt, & veteres compluſculè ita dixerunt. 127,17.

POENICEVS, antiq. pro puniceus. ita olim Næuius elegantiſſ. poëta de bello Pœnico inſcripſerat. hodie deprauatè Punico. ſic apud Nepotem Hamilc. bis ſcriptũ inueni, & ſemel in vita Catonis. vide Feſtum pauimenta. 62,4.177,28.

POENIRE. Varro de lingua Lat. Pœna à puniendo vel à pœnitendo. fort. à pœniendo vel à pœnitendo. pœnire pro punire, vt mœnire, mœnera, mœri, œtier, coerare, &c. 233,3.

POLERE. hodie pollere. veteres non geminabant conſonantes. Feſt. 148,15.

POLLERE. miror hoc verbum vix hodie notum eſſe, quod antiquioribus hominibus tam fuit familiare, ipſi Ciceroni, pro valere. 171,25.118,31.192,24, &c.

POLLENS FVLMINE AVSTER. i. valens. 171,25.

POLITVS. antiqui eo ſæpius vtebantur, cùm de doctis hominibus, quique bonis artibus eſſent imbuti, eſſet ſermo. ita & hîc & Cic. ſæpe. 82,28.

POLVIS, pro puluis, vt volpes quaſi volipes. hinc poluerulenta. 171,22.

PONDVS. ſuauiſſ. voce dixit τὸ ἔμβρυον, fetúque, qui in lucem non dum editus eſt. Ouid.7. Metamorph.

Vexerat illa grauem maturo pondere ventrem. ibidem:

Tendebat grauitas vterum mihi, quodque ferebam

Tantum erat, vt poſſes auctorem dicere tanti

Ponderis eſſe Iouem.

Arnob.lib.3. Auet inquam videre deas grauidas, deas fetas, gliſcentibuſque per dies aluis inteſtini ponderis moroſitate cunctati. 147,3.

PONTI MARE f. ſic Oceani mare dixit Ouid.lib.7. metamorph. Liuius Helena: Tu qui permenſus ponti maria alta veliuola. apud Macrob.lib.6. 193,21.

POPVLVS, δῆμος f. περὶ τῶν δήμων aliâs dicemus, ſi vita ſuppeditauerit. 233,10.

PORGERE, pro pergere. ita ſcripſi e.v.l. etſi non ignorem e in o, & o in e commutatum ſæpe mendoſè. id quod ferè ſemper pigneri accidit, & tamen veteres pigneri & pignori dixiſſe auctor eſt Priſc. lib.8. hinc lib.3. apud Iuuenal. lego ex Priſc. — viginti millia fenus

Pigneribus poſitis, argenti vaſcula puri.

&c. & apud Prudent. ex veter. lib. peri ſtephan. lego:

— dulcibus & cum

Pigneribus rapidum carpere &c. & pignera Clariſſimorum liberûm. Ouid.7. metamorp. ex v. l. leg.

Accipio, ſintque iſta precor felicia mentis

Signa tuæ, dixi; quod das mihi, pigneror, omen. elegantiſſ. quaſi pigneris loco accipio. de acceptis fulminibus non eſt hîc dicendi locus. Agell. lib.16. cap 10. Sed quoniam res pecuniaque familiaris obſidis vice pignerisq. eſſe apud Remp. videbatur. ita vet. lib. videntur ergo veteres ambiguè interdum extuliſſe quædam. hinc & reuorti & reuerti, vniuorſum, &c. monet etiam quid Priſc. lib.1. atque veteres dixiſſe amplocti pro amplecti, & animaduorti. hinc eſt quod antiqui Apellinem dixerint, pro Apollinem, teſte Feſt. ſic forda bos quaſi ferda apud Feſt. 30,10.

E PORTIS OCCVRRERE. tralatione militari, vt aliâs ſæpe, vſus eſt, pro refellere. è portis caſtrenſibus procurrentes milites hoſtem proterrebant. 195,12.

POSITIVVS, ſeu prima conlatio pro tertia

&

& contrà prima pro tertia interdũ à veterib. teſte etiã Seruio, vſurpari ſolet. vt hîc Clara, pro clariſſima. 4,31.

Positvra, ſitus. Agel. l. 5. c. 3. Et propè accedit, & iuncturã poſiturãq; ligni ſcitè peritèque factam conſiderat. idem alibi genituram dixit. Varro temperaturam, penſuram, &c. poſitura autem pro poſitus, vt alibi flexuram vocat, quam etiã ſępe dicit flexũ, et ſimilia multa. vide diſpoſitura. 22,21. 26,25. 29,19. 59,31. 64,6. 65,24. 129,4. 137,21. 170,3.

Possido. vide obſido. 118,27.

Possvm vertere, id eſt, verto. ita Virg. Aſt ego magna Iouis coniux nil linquere inauſum Quæ potui infelix. & lib. 12. Quam propter tantos potui perferre labores. Ouid. Helena: Quid de me poterit Sparte, quid Achaia tota,
Quid gentes aliæ, quid tua Troia loqui?
hac de re elegantiſſ. admirabili doctrina expolitus Guil. Canterus noſter libr. 2. Nouarũ lect. cap. 2. 68,12. 159,3. 177,9.

Postscaenia vitae. tralatione eleganti appellat poëta actiones quas cælant homines. vox Romana ciuitate donata, vt prologus, prologium, antilogium, elogium, &c. 145,9.

Posterivs, poſtea. hinc exiſtit vera interpũctio loci Ter. in Adel. de quo etiã veteres Grammatici litigarunt. 41,29. 153,13. 183,9. 187,23. 188,25. 220,8. 231,28.

Posthoc, antiq. pro poſthac. ita in lege Papiria apud Feſt. Sacramentum: Quicumque prętor poſthoc factus erit, etc. eum locum vt & huius poëtæ, ignari antiquitatis mutarunt. vide & hoc & & adhoc. 45,18.

Post-inde, vt deinde. ita poſt-illa. & in iure noſtro poſt-factum, poſt-delictũ; & apud Catull. poſt-faſclus. ita ait lepidiſſimus poëta, ludens in poſt, & antea:
Vbi iſte poſt-faſclus antea fuit. 89,26.

Postes elegantiſſ. pro oculis ipſis poſuiſſe videtur Prudent. hamartig. vocat feneſtras:
Impediuntque vagas obducto humore feneſtras. 84,26.

Postes pro ianua ſeu hoſtio ſæpe veteres poſuiſſe certiſſimum eſt, etiam extra verſum. 116,27.

Postvm, poſitum. 34,9. 100,15. 218,8. 224,18.

Pote. ſic & apud Catull. ex vet. lib. ſcribendum puto, in Acmen.
Quod ſi non aliud poteſt, ruborem
Ferreo canis exprimamus ore.
vbi canis pro copula ferrea, vt aliâs ſæpe, vt et catulus et κύων Gręc. vide potis.

Potesse, poſſe. Lucil. lib. 5. Nam ſi quid ſatis eſt homini, & ſatis eſſe potuiſſet, Hoc ſat erat; nunc cùm hoc non eſt, qui credimus porrò, Diuitias vllas animũ mi explere poteſſe? ita lego apud Non. 22,1. 67,23. 83,8.

Potestvr, poteſt. vide Non. et Queatur, verbum vetuſtum & egregiũ. ita puniri, vetari, & multa alia dicebãt. 105,18.

Potestas animae, pro anima. 100,1.

Potestas plvmbi, mirè dictũ pro plumbo. ita vis equi. vide periphraſis: ita animos æris dixit Virgil. 187,11.

Potiri mortis, id eſt, in mortis poteſtatem redigi, vt potiri hoſtium, potiri ſeruiture. Feſt. 132,7.

Potiri sceptra. Non. Nepos Eumene: qui ſummã imperii potirentur. ita v. c. 160,4.

Potis, poſſibilis. 15,12. 62,24. 70,13. 87,29. 90,21. 107,3. 146,27. 170,31. 175,32. 218,7.

Potivs, diſyllab. vt mulier. vide fiat.

Praebere. rei familiaris ἢ τῶν πρὸς τὸν βίον vocabulum. 54,28. 104,21.

Praecipere, occupare. ſic & Virg. l. 10.
Haud tamen audaci Turno fiducia ceſſit
Litora pręcipere, & veniẽtes pellere terra.
ita enim ex vetuſtiſſ. cod. ibi legend. puto. ſic & Salluſt. lib. 1. Quin tranſgreſſos omnis recipit mons, præceptus à Luſitanis. ſic leg ex vet. cod. in noct. Attic. & Nonio. vul. ibi præcepturus, vel receptus. 227,5.

Praecipitare, abſolutè. vide conuertere, &c. 127,29. 226,27.

Praecipitanter. vide pręproperãter. 106,29.

Praedi-

Praeditvs,ornatus. 55,7.

Praeditvs cvlpa,vbi prædirus in malam partem accipitur. 154,25.

Praedvlce f. vide præpetere. 184,4.

Praemia vitae.ita ſuauiſſ. vocat vitæ omnes vtilitates & commoda.alibi etiã ſolatia dicit. præmium ergo veteribus idem interdum ſonat,quod commodũ & vtilitas qualibet.id obſeruatione di gniſſimum. vide prēmiari apud Suetonium pro lucrari, & fructum quærere: & præmiator pro prædone apud Næuium.quo etiam facit quòd præmioſus pro pecunioſo accipit Feſt.103,18.139, 29.148,22.175,21.

Praepandere lvmina menti. mira phraſis & breuis,quaſi prælato lumine iter menti animoque pandere, viamq́. mõſtrare.tali ferè tralatione vſus eſt M. Tullius in Lælio: Tum illa nimirũ præſtat omnibus, quòd bonam ſpem prælucet in poſterum,&c.ita v.meus optimè.in eo tamen m eraſum. conciſa eſt dictio ſuperiori conſimilis, prælucere ſpem, quaſi lumine prælato oſtendere ſpem ac dare bonam. nec turbet quòd prælucēdi verb. hîc actionem ſonet.talia ſunt innumerabilia & in hoc & in alijs omnibus ſcriptoribus.ita feſtinare pœnam dicit Horat. ad Lollium . non poſſum quin eodem in libello illo aureolo ex vet. cod. reſtituam: Niſi enim quod ille minimi putabat , immortalitatem optare vellet , &c.ita ſine dubio leg. 5,24.

Praepedire,impedire.verb.elegãs. Cic. morbo præpeditus. 81,21.88,17.

Praepetere f.vt prædulce : nam locus de mendo ſuſpectus eſt,& haud ſcio an non meliùs perpetere, vt & perdulce: quandoquidem per,ſæpiſſimè huic poëtæ augendi vim habet; rariusꝗ́ præ: & præpetere potius ante ſit petere , teſte Feſto. 144,1.

Praepositionvm mira eſt apud veteres maximè poëtas licentia ac varietas: nunc vnam indicabo.Sæpe præpoſitioni dant caſum poëtæ, quem non habēt, alioqui niſi iunctæ verbis, aut certè dicendum erit iunctum vi manere verbum,etſi deiunctè ob verſuum leges ſit ſcriptum. Heſiod. Μὴ πίπτε' ἠμαξόκυλος ἀνὴρ ἀπὸ χερμαδ' ἴωλου. ſic noſter. iacent corpora ſupra corporibus. Super,& eadem ratione Supra iunctum cum verbo dandi poſtulat caſum.Superponere,ſupereſſe,ſuperdicere,&c. 232,10.233, 19,& 20.

Praeportare,præſeferre. ita Catull. Frons exſpirantis præportat pectoris iras: 55,20.

Praeproperanter. ſic præcipitanter, fluenter,aliaque multa. cupienter Att. & celeranter. 97,21.

Praescripta calcis,vt ſtrata viarum, clauſa domorum,Græco more,quo modo ſæpiſſimè locutus eſt C. Tacitus, vt doctiſſ. Rhenanus obſeruauit. 197,8.

Praespargo. ita veteres ſcripſiſſe interdum videmus, vt diſquæro , incapio, decarpo,&c.Varro de re ruſtica: Quidã ipſum triticum conſpargunt. vide exſpargi. 171,19.

Praesto esse. 70,16.97,19, &c.

Praestare.ait omnia mortem præſtare præter ſenſum & vitalem ſpiritum.migrauit hoc eleganter à iure: ciuius prudentes periculum, cuſtodiam culpamue præſtare dicunt. 79,31.

Praestans labor,magnus.contra Virgil.improbus.& noſter eximius,alibi. 36,19.75,6.

Praestringere, valet quaſi obnubere; præſtringere oculorum aciem,ἀμαυροῦν. hoc qui in præſtinguere mutant, non rectè meo quidem iudicio faciunt , cũ omnes omnium ſcriptorum lib. vel. repugnent, & ipſi Grammatici, vt hîc mirer à Lamb.laudari Noniũ, qui nihil minus quàm illi opinioni ſuffragatur. idem fecit Lamb.in verbo dedicandi.Alibi poëta dixit præcludere ſpeciẽ, eadem proſſus ratione & origine. non abſimilis autem huius verbi vis eſt apud Pruden.nempe pro occupare,obſidere,obumbrare, vt ſcriptura loquitur.verſus doctiſſ. poëtæ rectè noſtro quidem iudicio,& ex v.l.inter punctos

adi

adiciam altaria reges. hîc finita eſt ſententia. ſequitur alia:

Ex quo,(id eſt,poſtquā,iam verò poſtquā) mortalem præſtrinxit Spiritus aluum
Spiritꝰ ille Dei,Deus & ſe corpore matris
Induit, atque hominem de virginitate creauit;
Delphica damnatis tacuerunt ſortibus antra:
Non tripodas cortina tegit, non ſpumat anhelus
Fata Sibyllinis fanaticus edita libris:
Perdidit inſanos,&c.

Summa eſt iſta:nato iam Chriſto,euaneſcebant falſā ethnicorum oracula: cuius rei cauſſam miſerè ſcrutatur doctiſſ.alioqui & ſapientiſſ. Plutarch.integro libro.rectè autem vet. lib. tegit, vt & duumuiri noſtri rectè. nam operculum & integumentum æneum tripodis erat cortina. tripus erat ingens vas Delphis aureum, τρίπους Græc.dictum.hoc inſternebatur lamina quadam aurea ſeu menſa, in qua oracula fundens Pythia adſidebat. hinc de tripode loqui.eam laminam Græci ὅλμον vocant teſte Polluce,lib. 10. τὸ δ' ἐπίθημα τοῦ τρίποδος, κύκλον, καὶ ὅλμον δεῖ καλεῖν. ἐπεὶ καὶ τοῦ δελφικοῦ τρίποδος τὸ ἐπίθημα, ᾧ ἐγκάθηται ὁ προφήτης, ὅλμος καλεῖται. ὡς τὰ μέσα τοῦ ἐμπύρου τρίποδος, γαστέρα καθ' ὅμηρον. Holmus ille à Prudentio videtur mihi appellari cortina, vt & æreas tripodum cortinas nomine Delphicas commemorat Plinius lib. 34.cap. 3.quæ in iure noſtro etiā Delficæ dicuntur in l. 3. de ſupellect. leg. vbi menſæ genus quoddam videtur, idque conſentit cum ſuperioribus.nam holmus etiam dicebatur τράπεζα ob ſimilitudinē.immo omne planum corpus rotūdum aut quadratum Græc.τράπεζα, Latin. menſa dicitur.Adyto autem aperto reddebantur oracula.hinc in Pompeiana epitome Paullus: Aperta dicebatur Apollo, quia patente cortina reſpōſa ab eo dabantur. vbi Paullus cortinam pro ipſo adyto ſeu cauerna accipit, quod etiam Seruius fecit lib. 3. Aenei.non rectè,vti puto.repugnant enim tum loca ea ſuperiora,tum ipſe Virg.è lib. 3. locus.vbi hoc monuit Seruius, qui locus mirificè ex ſuperioribus illuſtratur. verſus ſunt:

Vix ea fatus eram, tremere omnia viſa repentè,
Liminaque, lauruſque dei, totuſque moueri
Mons circùm, & mugire adytis cortina recluſis.
Summiſſi petimus terram, & vox fertur ad aures.

Adyton intelligitur crypta illa, ſeu vt Heſych.ait, σπήλαιον, id eſt antrum, & locus ſubterraneus, vbi diximus tripodem collocatum fuiſſe. Varro vt & Seruius Maurus, à corde dictam cortinam volunt. coacta profectò notatio. Perottus à corte legend. putat contra omnes libros malè, ne dicam ineptè. Ait enim Varro cortinam cæli ab Ennio dictam ad ſimilitudinē cortinæ Apollinis. hoc non intelligo. ego cortinam cæli dictā puto, vt amictum cæli. Laurus etiam ibi non lōgè abfuiſſe videtur. hinc Virgil.in verſibus ſuperiorib.

Liminaque lauruſque dei.

& noſter poëta:

Pythia quæ tripode ex Phœbi lauroque profatur.

Scio adyta etiam, remotiora templi eſſe, vt cortinam etiam vas ingens, quod ipſum tripus appelletur, atque ita accepiſſe videri poteſt Virg. ſuperiori loco, cùm ait cortinā mugire, & cùm Propert. ait cortinam Sibyllæ dicere. etſi de menſa ipſa ſeu holmo ea etiam accipi poſſint non incommodè. alia igitur ea etiam ſignificant, ſed nos quæ ad hunc locum de adytis & fatis ſeu effatis & oraculis tantum faciebant, ſumus perſecuti, idq. eo copioſius, quòd res ſit perplexa & à veteribus inuoluta potius quàm explicata: vt nihil dicā de recentiorum rixis. ego etſi rem fortaſſe non omnem vt cupio explicarim, viam certè muniſſe ad meliora & certiora inuenienda mihi videor. vt redeā

ad

ad præſtringendi verbum, Ouid. quoque lib. 10. Metamorph. ita vſus eſt: immo Prudentius ab eo ſumpſit:

Iamque grauem creſcens vterum præſtrinxerat arbor.

id eſt obduxerat, circumuenerat. ſic ex ex v. vno reſtituo: in q. v. perſtrinxerat. qua in re variatum ſæpe. alibi quoque ita locutus eſt Prudentius:

—verbo præſtrinxit viſcera puræ
Virginis, & verbo ſtruxit puerilia mēbra.

& vt totum hoc parergon tribuamus Clementi, etiam ripas præſtringere, vt præfluere, id eſt, ſecundum ripas labi ac fluere, dixit Prud. lib. 2. in Symmach.

Num refugus noſtras odit præſtringere ripas
Amnis.

ita l. tres vet. nec video cur debeat reici. itaque f. leg. ex v. c. in Horat. od. 3. lib. 4.

Sed quæ Tibur aquæ fertile præfluunt
Et ſpiſſæ nemorum comæ, &c.

circa Tibur enim plurimæ erant aquæ & riui. vnde & vdū & vuidum id vocat idem poëta. 24,11.106,10.

PRAETERITA IN ERVNT BREVIA. Etſi vulgo ea præterita quæ, erunt, finiunt, longa faciant: ego tamen non dubito quin veteribus ea fuerint ancipiti interuallo. nam vix alioqui videatur poëta noſter tam licenter eorum interuallo abuſus, qui ſæpiſſimè ea corripuit, & alij veteres omnes. Plaut. Perſa:

abs chorago ſumito.
Dare debet, præbenda ædiles locauerunt.

Varro Seſquiulyſſe apud Non. Album:

—aduerſi venti ceciderunt.
Quòd ſi pergunt diutius mare voluere; vereor
Ne me quoque, quum domum ab Ilio cæſus reuertero,
Præter canem cognoſcat nemo.

ita eos verſus ſenarios interpungo. idē περὶ μέθης, apud Non.

Oino (id eſt, οἴνῳ, vino) nihil iucundius quiſquam bibit.
Hoc ægritudinem ad medendum inuenerunt:
Hoc hilaritatis, &c. ita legend. puto.

Laberius apud Macrob. lib. 2. cap. 7.

Neceſſitas cuius curſus auerſi impetum
Voluerunt multi effugere, pauci potuerunt.

Et mox:

Etenim ipſi dij negare cui nihil potuerūt.

hîc in 1. verſu, curs' auerſi metiendum erit. in quo pereleganti Laberij mimo ita legendum puto:

Eques Romanus lare egreſſus è meo
Domum reuertar mimus: nimirum, &c.

Virg. lib. 2. Aeneid.

—ſteterūtque comæ, & vox faucibus hæſit.

20,27.75,30.77. 15.109,17.120, 27. 138, 20. 154,19. 161,17.184,13.231,2.

PRAETER, QVAM. ita conciſè locuti ſunt veteres plurimis locis; ſed multimodis ea ſunt cōtaminata. ita & præter, quod, pro præter quàm quod, dicebant. Cæſar 1. de bello Gallico commentario: Frumentum omne, præter quod ſecū portaturi erant, comburunt. ſic è veteri libro eum reſtituimus locum. Cicero ad Atticum libro 5. Ad quas litteras tibi reſcribi velis, neſcio; nullas enim adhuc acceperam, præter quæ mihi binæ ſemel in Trebulano ſunt redditæ. ita πλὴν Græc. Ariſtoph. Plut. οὐ γὰρ ἔστ' ἄλλος πλὴν ἐγώ. 99,13.133,21.

PRAETER IVSTVM. expreſſum τὸ Græc. παρὰ δίκαιον. Terent. præter æquum dixit. Cic. ferè, præter modum. Horat. plus æquo: & noſter, amplius æquo. 103,14. 146,25.

PRAETERRADIT VOX FAVCES. vide & radere. 124,25.

PRAVVS turpis, deformis. ita Cice. ſæpe. 144,4.

PRAECLVSIT SPECIEM VIDENDI, idem eſt quod præſtringere oculos. vide hîc præſtringere, & ſpecies. 115,20.

PREMERE, abſolutè, vt vertere & reprimere. 122,9.

PRESTER, fulminis genus. 207,20.208, 9.

PRETIVM pro præmio. aliàs pro pœna: eſt enim τῶν μέσων, vt & gratia. 178,20.

PRIMA VIRORVM, ita dictum, vt ab Euripide Hercul. fur. τὰ μέγιστα τῶν φίλων ἰάσατε.

ῶν.iuuat excurrere. elegans ac doctus poeta Valerius Flaccus initio operis ſui, miſerè à multis tractatur. verſus eſt iſte:

Prima deûm magnis canimus freta peruia nautis.

Alciatus, prima, accipit vt Græc. interdum πρῶτα, quod primùm valet ſæpe. ſed in 1. verſu non puto adfectaſſe talem inſolentiam doctum poetam, neque etiam, vt opinor, debuit. deinde quid opus tali acumine, cùm prima illa fuerint maria, quæ ingreſſi ſint homines? & hoc quaſi admirationis excitandæ cauſſa puto adieciſſe poëtam. Sic & Catull. de Argo:

Illa rudem curſu prima imbuit Amphitriten.

& vt libri primi verſus 1. a Prima, ita tertij incipit à Tertia. ſed valeant hæc acumina. Alij pro nautis legunt, natis, vt ſint magni deûm nati heroes. vt Catull. de iis loquens: Heroes ſaluete, deûm genus. quod omnino non placet. primùm quia repugnat libris omnibus: deinde τὸ magnis eſſet pænè frigidum. etſi non ignorem Virgilium dixiſſe, magnum Iouis incrementum. vbi magnum optimè τῷ incrementum adiunctum eſt. ad hæc non eſt vero ſimile in veter. libros, & vulgatos tantum mendum potuiſſe irrepere, maximè initio operis. poſtremò, quod maximú eſt, nihil his emendationibus, aut explicationibus eſt opus: nam deorum freta eruditè, niſi me fallit, doctus extulit poëta, quaſi indicaret mare & aquas non ſecus ac cælum & orcum, deorum fuiſſe regnum ac ditionem; terram verò hominum eſſe ſedem. au ſi tamen ſunt illi nautæ rudem Amphitriten, vt Catullus loquitur, tentare & ingredi. quod heroum facinus, & aliena occupandi libidinem grauiſſimè tulerunt dij omnes marini, vt poëta ipſe paullò pòſt commemorat: adeò vt heroas iactauerint miſerrimè, adiutante Aeolo. hinc illæ heroum querelæ ſe audaciæ accuſantium:

Hoc erat illicitas temerare rudentibus vndas

Quod noſtri timuere patres, &c.

& mox:

—linquite terras

Spe pelagi, ſacroſque iterum ſeponite fluctus.

vide vt ſacros appellet fluctus; quæ ante vocauit deûm freta. nautas autem magnos elegantiſſimè vocat heroas: nam præter Orpheum omnes vel remum ducebant, vel quid aliud muneris habebant nautici, teſte ipſo poëta. 3, 30.

Prima, pro principijs. ita Virgil. Sileno:

—vt his exordia primis

Omnia, & ipſe tener mundi concreuerit orbis,

124, 2.

Primigenus, dies natalis. dixerunt etiam primigenius, vt alibi ferrugineus ferè. Arnob. lib. 2. Remittite hæc duo, atque ipſum ſcire concedite, quid, quare, aut vnde ſit, debuerit eſſe, aut non eſſe: ſupernatum ſit aliquid, an ortus primogenios habeat. & Varro ſæpiſſ. 70, 23.

Primitus, primum. Lucil. lib. 5.

Sicuti cùm primos ficos propala recentis

Protulit, & pretio ingenti dat primitus paucos.

ſic enim eos elegantiſſimos verſus nobis apud Marcell. cum infinitis alijs, reddidit vir admirabili doctrina inſignis, Hadrian. Iun. noſtræ lumen Belgicæ. 128, 22. 140, 8. 182, 22.

Primoris nasi acumen. 231, 20.

Primoribus elementis, primis. ita in noct. Attic. l. 10. cap. 1. primoribus litteris ſic leg. vulg. prioribus. & cap. 19. Quod quidē in primori pueritia legerim. ita ex veteri codice lego. 225, 28.

Primordia, principia. Feſtus & alibi ſæpe. vocat etiam ordia. Virgil. exordia. 41, 24.

Princeps, primus. ita omnes veteres ſcriptores. ſic & deinceps, id eſt, alter. Feſtus. 148, 26.

Principialis dixit poëta. vulgo principalis: vt coniugalis & coniugialis, &c.

etſi principialis hîc rectiſſ. ita conformarit poëta, à principiis, id eſt, primis corporibus ſeu atomis. principialis læuor ergo non valet magnus aut præcipuus læuor, ſed læuor à principiis læuibus, minusq; aſperis ſumptus. vt mox ſqualor materiæ, pro, ſqualore principiali ponitur. At τὸ principalis à princeps deductum eſt. 49,14.

Principialis, quod eſt principiorum ſeu atomorum. dicimus ferè vulgò principalis. ita coniugialis et coniugalis. verum principalis à princeps potius deducatur. vt & modò. 49,14.156,8.

Privata carere. hic τὸ priuatus auget carendi notionem. id, quod ſolet eſſe munus participiorum ſæpiſſ. vt apud Horat. lib. 3. od. 7.

Magneſſam Hippolyten dum fugit abſtinens. etſi pro nomine ibi accipi etiã poſſet. 11,31. vide & Prędita conſtant. 20,32.19,9.

Privvs. hoc verbum ab antiquis rectè acceptum, à iunioribus non item, nos copioſiùs explicabimus. Priuos inquit Diaconus in epit. Feſti, priuaſque antiqui dicebant pro ſingulis. ob quam cauſſam & priuata dicũtur quæ vniuſcuiusque ſint. hinc & priuilegium, & priuatus. dicimus tamen & priuatum, cui quid eſt ademptum. Agell. lib. 10. cap. 20. Lex eſt generale iuſſum populi aut plebis, rogante magiſtratu. ea diffinitio, ſi probè facta eſt, neque de imperio Cn. Pompeii, neque de reditu M. Ciceronis, neque de cęde P. Clodii quęſtio, neq; alia id genus populi plebisúe iuſſa, leges vocari poſſunt. non ſunt enim generalia iuſſa, neque de vniuerſis ciuibus, ſed de ſingulis concepta: quocirca priuilegia potiùs vocari debent: quia veteres priua dixerunt, quæ nos ſingula dicimus. Hæc veriſſ. eſt expoſitio. valet enim priuus idem quod Lat. ſingulus, vt more vet. loquar, ſeu ſingularis; & vt Cic. ferè loqui ſolet, vnus ac ſolus. Græc. μονὸς. ita quod μονόξυλον πλοῖον dixerat Polyb. id Liuius ex ſingulo ligno ſcapham vocat. Atque ita M. Cato ſæpe loquitur in lib. de re ruſt. priuas ſcopulas, id eſt, ſingulas, vnas dicit, & priua doliorum ac ſeriarum opercula. & cap. 3. monet, ſi oletum ſit frequens ac bonum, traperos eſſe debere bonos, priuos & impares. Liuius extremo lib. 30. Senatusconſultum in hæc verba factũ eſt, vt priuos lapides ſilices, priuaſque verbenas ſecum ferrent. id eſt, vt ſinguli legati ſilicem & verbenæ ramulum adferrẽt ſecum in Africam. Lucil. lib. 30.

Culcitulæ accedunt priuæ centonibus bi
nis. id eſt. ſingulæ.

& lib. 1.

Ad cenam adducã abdomina, et primum
hiſce thunni
Aduenientibus priua dabo.

eodem modo noſter etiam locutus eſt. verùm Horat. pro ſuo ac proprio vſus eſt. vt lib. 2. ep. 1.

— conducto nauigio æquè
Nauſeat; ac locuples, quem ducit priua
triremis.

priuam nauem opponit conductæ. i ſuam alienæ. & lib. 2. ſerm. 5.

——— turdus
Siue aliud priuum dabitur tibi; deuolet
illuc &c.

In quo Horatii ſermone ſeu dialogo ex v. c. libentius legerem:

— ire domum atque
Pelliculam curare iube. Si cognitor ipſe?
Perſta, atque obdura. —

Atque ita etiam Catonis duo loca poſteriora accipi poſſunt, non vt primum ſit κλητικὸν vt apud Horat. ſed ſit vt vulgo dicimus, ſuum, adcommodatũ, congruens. Verum ea eſt, vt ita dicam, ſecundaria vis verbi. nam & poëta noſter vno loco pro priuato & occulto tacitoque non publico, non communi vſus videri poteſt, cùm ait, priua pedũ veſtigia quæque. 85,14.95,28.116,12.125,31.157,4.171,13.210,6.226,19:

Pro. hac particula vtitur ancipiti Carus. ſæpe enim corripuit exemplo Græc. teſte Priſc. lib. 14. vide & Recidere. & Ad. Terent. etiam & reliqui comici prologi prima longa vtuntur, quaſi eam vo-

cem

ctem vſu ſuam & Romanam iam fecerunt. vnde & prologum procuderunt. ſic propola produxit Lucil.

Sicuti cùm primos ficos propola recentis
Protulit, & pretio ingenti dat primitus paucos.

ita f. leg. apud Nonium. 137,30.

PRO RE, vt pro tempore, pro periculo, pro copia rerũ dixit Salluſt. id eſt prout res poſtular, aut ſe dabat. aurea eſt hæc dictió vulgo non ſatis nota, Salluſt. Cicer. Cæſ. eiusque claſſis ſcriptorib. vſitata. 234,12.

PROBEAT, prohibeat. ita in v.q. monuit Lamb. ſic probi, velut prohibi, qui ſe à delinquẽdo prohibent, inquit Feſt. 31, 23.

PROCELLA. pro caſibus aduerſis, tralatè. 98,15.

IN PROCLIVE. Cic. 4. Tuſc. Qui enim viriis modum apponit, is partem ſuſcipit vitiorũ: quod cùm ipſum per ſe odioſum eſt, tum eo moleſtius, quia ſunt in lubrico; incitataque ſemel in procliue labuntur, ſuſtinerique nullo modo poſſunt. Terent. And. act. 4. ſcæna 2. Sed ſi id non potent, Id faciam, in procliue quod eſt, per me ſteriſſe vt credat. ſic ibi v.o. l: vt miror mendi in vul. libris pertinaciam. Ceterum haud ſcio an & apud Cic. & hîc rectiùs abeſſe debeat τὸ in. nã aliâs ſemper abeſt. vt noſter procliuiùs decurrere. Cic. procliuiùs currit oratio: verba procliuiùs labũtur. 50,13.

PROCLIVVS, vt ſublimus, gracilus, &c. Virg. 7. Æneid.

Tu potes vnanimos armare in prœlia fratres,

ſic ex v.l. omnino leg. puto. 217,5.

PROCRESCERE. vt progigni, procudere. 23,19.

PROCVDERE, propellere; vt alibi, concudere, cudere. quæ tralatio obſeruatione digniſſima eſt. ita ferè Martian. lib. 3. excudere: T. adpulſu linguæ dentibus impulſis, excuditur. 115,30. 116,32.

PROCVDERE. verbum eſt fabrũm ærariorum &c. tralatione autem peruenuſta ponitur à veteribus pro propagare, maius longiuſque facere, vt ferrum cũ dendo malleis extendunt fabri. eadem ratio eſt verbi προελαύνειν apud Græcos: vnde ſuum fortaſſe conformarunt Latini. Varro apud Nonium: legendo autem et ſcribendo vitam procudito. Plautus procudere dolos dixit in Pſeud. noſter; procudit ignis ignem. procudere prolem, & ſæcula ſeu genus, id eſt, propagare; &, vt alibi ait, progignere. & alibi procudere voluptatem, efficere amplius. alibi etiam propriè vſus eſt. 70, 32. 107,15. 175,1 & 7. 188,4.

PROCVRSVS, us. vt progreſſus. vide tamẽ percurſus. 50,13.

PRODERE, perdere. Feſt. 220,16. 92, 3. 213,10.

PRODIDERVNT. vide præterita. 75,30.

PRODITVS, perditus. Horat. 1. ſerm. 2.

Quanto proditior quisque eſt, &c. ſic v.e. 213,10. 92,3.

PRODITVS, proiectus, editus. ita ferè Virgil. Ouid. vi. met. vt in opt. cod. eſt.

Percuſſamque ſua ſimulat de cuſpide terram

Prodere cum bacis fetum canentis oliuæ. 211,31.

PROFARI. vt & fari & effari, vatum ſunt verba. 152,2.

PROFICERE quid ſit vulgo, notum eſt; verùm poëta nouo more videtur dixiſſe, proficere, pro longè & procul facere; id eſt, abicere ſeu proicere. proficere forbur, procul amouere & reicere. aut certè abſolutè accipi debebit, pro deficere, relangueſcere; exemplo Græci ſermonis, vbi προχωρεῖν plerumque valet id quod proficere vulgo, progreſſum facere & habere: ſed interdum pro tranſire, ac præterire; atque ita abire ac deficere ponitur: non ſecus atque Salluſtius in Iugurtha: ſed vbi plerumque noctis proceſſit, obſcuro etiam tum lumine &c. i. præteriit, abiit. Similem ferè vim notaui in Repatcere. vide & Confacere. & certè has notiones hîc omnino recipiendum eſt, niſi contra o.l. veteres etiam, pro proficiunt, legas proiciunt. quod ab aliis tentatum ego non

auſim facilè ſequi. Noua multa & ſua ſunt apud Lucretium. 176,15.

PROFVNDAE SILVAE, aut intell. magnæ aut obſcuræ ac denſę.ſchemate metalepſi contrario,vt atras ſpelūcas dixit Virgil.intelligens profundas. 149,27.

PROFVNDIT MEMBRA SOMNVS, inrigat, vt alibi loquitur.131,30.& pag.40,26. Sol dicitur omnia ſua luce profundens conueſtire. etſi locus ille variè legatur. vt proluit membra & perluit dicitur.

PROFVNDVM.βυθμὸν. vide Altum.Ennius: Fortes Romani quamquam cęlus profundus.Prudent.Pſychomach.

—— & patrium famulis aperire profundum.

idem τὸν ἀέρα vocat liquidum profundum. 31,3.209,17.

PROFVNDA PONTI, mare. vt ſæpta domiorum alibi &c. 161,19.

PROGIGNERE. vt procudere. Tacitus prouiuere. & Plaut.Pſeudo.

Quia nolebam ex me morem progigni malum. ſic leg.puto. 129,7.

PROGRAXE, prograxiſſe, id eſt indicaſſe. ſic alibi abſtraxe. Simplici verbo vtitur Plaut. in prolog. Aſin. Age nunc reſide, caue modo ne graxis.ita puto leg. etſi v.q. gratis leg. à Graxo præterit. graxit, ab ὤραξα. ita ab ἔκαμψα, campſo, dixiſſe Ennium,notat Priſc. 184,23.

PROHIBEAT ſeu PROIBEAT poſuit poëta triſyllabon; vt vemens alibi.Sic & proibia dictū olim remedii quoddā genus à prohibendo:teſte Sex.Pompeio. quidam libri prœbeat, probeat. ſed priora malim. 31,23.

PROICERE CORPORIS ROBVR f. dixit poëta contra ac, ſumere robur, id eſt, firmari membris, ac debilitari. proicere igitur eſt abicere, perdere. ita Virgil. ferè:

—— lucemque peroſi

Proiecere animas.&c. ——

& Plutarch. προήσθαι τὸν ἑαυτοῦ βίον dixit. Ego tamen aliquando putaui legi poſſe proficiunt. videtur enim veteribus tale quid in vſu fuiſſe. nam & in Prudent. & Ouid. libris manuſcriptis inuenio difficit.Ouid. verſus ex 11.metam. eſt iſte:

Difficit hos ipſos, colloque infuſa mariti &c.

vbi vulg.Diſiicit.Prudent. de Laurentio Archileuita:

Cùm membra morbus difficit,
Animus viget robuſtior.

vulg.diſſecat. q.v.diſicit. Ceterum vt ingenuè dicam quod ſentio; de his locis non liquere mihi profiteor.ſed mutationes odi. Apud Virg.quoque:

Diffice compoſitam pacem. ——

in v.l.conſtanter exaratum monuit doctiſſ. Pierius, aliiſque etiam in locis id ſe inueniſſe admonet.quærendum ergo ampliùs.vide autem hîc Proficere. 176,15.

PROIECTVS, us, ui: vide Coniectus.104,17.

PROICERE,porro longeque iacere,inquit Macrob.lib.6.cap.4.Siſenna lib.2. Vetus atque ingens erat arbor ilex quæ circùm proiectis ramis maiorem partē loci ſummi tegebat. 45,2.116,31.

PROINDE,perinde.ſexcentis locis in noſt. Att. & apud Cicer. deprauatè legitur. 106,1 & 20.139,14.

PROINDE,etiam pro ita,& ſatis mirè vtitur. vt diſſentiunt ſuperficie, proinde et, id eſt, ita & principiis differunt. 128,17 & 25.

PROLIXVS, copioſus, largus, multus. ita conſtanter hac voce ſunt vſi veteres; pro longo numquam, aut certè rariſſimè. Sed hoc protritum eſt, notumque omnibus antiquæ elegantiæ ſtudioſis. Sic & Virg eclog.8.

Hirſutumque ſupercilium, prolixaque barba.

ſic v.o.l. manu formiſque deſcripti. vt mirer vnde promiſſa barba irrepſerit: nec tam barba longa turpitudinem & horrorem adducit,quàm prolixa,id eſt, multa,denſa,& hirſuta, atque adeo negligenter circum mentum reiecta, vt ruſticorum & ſordidorum hominum eſſe ſolet.ſi quis tamen promiſſa malit, non magnopere illi repugnauerim. At

apud

apud Cornelium Nepotem in vita Datamis in v.c.ſcriptum rectè eſt.poſteroque die Thuyn hominem maximi corporis, terribilique facie,quod & niger, et capillo longo,barbaq; erat promiſſa, optima veſte texit.vul.prolixa.146,30.

Proluvies alvi, retrimenta,ſordes,idē inquit Donat.in heaut.et Nonius,quod illuuies.ita & Virg. vſus eſt lib. 3.Æneí.

— fœdiſſima ventris
Proluuies. —

ſic & Arnob.vtitur. elegantiùs Titus, nam aluus ea eſt pars ventris, per quam ſordium fit effuſio. Veteres etiam proluuium dicebāt, vt & diluuies,diluuium,eluuies &c. Ceterùm apud Terent. Adelph. act. 5.ſcænā vlt. leg. contendo:

Quod prolubium: quæ iſtæc ſubita eſt largitas?

qui ibi legunt proluuium, repugnant & Donato,& veteribus libris,& ipſi vocum notioni.nam proluuium cùm idē omnino ſit quod proluuies, id eſt, vel humor aut ſordes, & immunditia; minimè illi loco cōuenire poteſt. ibi enim intelligitur,vt rectè ait Donat. προθυμία, ſeu prolubido ad donandum.id autem proluuium neutiquam ſonat, eſſetque nimis coacta aut violenta tralatio. Nec me Nonii auctoritas mouet, quem ſcio plurima malè explicaſſe, maliſque ſæpè vſum exemplaribus. 178,3. 231,27.

Promerita,id eſt,merita.vide & Nonium.Pacuuius Duloreſte:

Si ita ſunt promerita veſtra, æquiparare vt queam.

Prudent.etiam aliquoties eſt vſus.vt libro 1.contra Symmach.

Denique promeritis terreſtribus æqua rependens
Munera, ſacricolis ſummos impertit honores
Dux bonus. —

ſic leg. & interpung.puto,id eſt, Imperator ſacricolas, quod eſt, paganos non remouet ab honoribus ac magiſtratibus,vt ſcilicet digna meritis & bene geſtis ethnicorum rebus tribuat præmia, & libro ſecundo:

Quæ mihi promeritis vel per tormenta rependat.

& eodem libro:

His ego promeritis quę præmia digna rependam.

Sic enim habent libri manu non prælo deſcripti.nec dubito quin rectiùs. Facit ille,etſi recẽtior,libenter,vt antiquiores imitetur. hinc etiam eſt quod ait lib.1.contra Symmach.

Nonne pudet regem populū ſceptriſque potentem
Talia pro patriæ cenſere litanda ſalute?

ita v.l.ferè, ſed cum litura. vulgatis libris nihil deprauatius. nam Theodoſiū præſtantiſſimum principem impietatis inſimulant.Sumpſit autem iſtud à Virgilio 1.Æneid.

Hinc populum latè regem, belloque ſuperbum
Venturum excidio Lybiæ.

Sed plura in eo poëta ſunt antiquitatis veſtigia,quàm vt vno in loco poni poſſint.Ouidius 4.faſt.

Sponte deæ munus promeritumque patet. 3,5.56,17.

Promittere,pro præmittere, ante mittere aut longiùs mittere, vt prodere. 129,8.

Promittere, adfirmare. quod præclarum eſt.vnde & Cic.promittere & cōfirmare ſæpe coniungit. 85,2.101,2.

Promptus,in promptu. Vtitur poëta pro eo quod expoſitū eſt oculis.manifeſtum aliàs dicit.Græci φανερὸν dicunt. vide manifeſtum. ſic veteres omnes locuti ſunt.Cic. ſæpiſſimè.lib.3. de orat. Diſcutienda ſunt ea quæ obſcurāt,& ea quæ ſunt eminentia & prompta ſumēda.idem pro Muræna: Quod omnibus patet, & æquè prōptū eſt mihi & aliis.

Hic (inquit pro Plancio) quod animo ſentiebat, & vultu promptum habuit et lingua. 76,19.78,9.79,2.133,30.

Proporro,noua duplicatio & venuſta. ita ferè prouorſus Plaut. apud Varronē lib.7.de ling.Lat.et deſubitò etc.66,24.1,28.81,2.158,10.

PROPRIVS AMOR, pro ſtabili & perpetuo. vide Non. 143,21.

PROPRITIM. aduerbia in tim Lucretio ſunt vſitatiſſima. vide inſertim. Noniū in vet. quodam lib. proprietim. Arnob. extremo lib. 3. Vſque adeò res exigit propriatim deos ſcire, nec ambigere, nec dubitare de vniuſcuiuſque vi, nomine. ita ibi ſcriptum exſtat, eamque veram puto ſcripturam, atque ita in Tito ſcribendum, aut certè epiſynalœphe accipiendum, vt ſit à verbo propriandi ductum, vti properatim à propero apud Nonium. 66,10.

PROPTER, iuxta, prope, ſecundum, propter aras, terram, &c. Var. atteſtatus eſt Fortunam, propter cuius aram ea hoſtia erat cæſa. vide Nonium. 47,8.140, 2.267,31.

PROPTEREA. alibi, ea propter. vt Catull. Hercule me, pro me Hercule. i præ, pro præi, κατ᾽ ἀναστροφήν. 118,1.

PRO QVAM, aduerb. quamde, & perquā. quamquam mendo fortaſſe inquinatus eſt hîc Lucretius. nam τὸ proquam non ſatis intelligo, nec vſquam præterea legiſſe memini: docti viri loca animaduertent. 71,22. 79,16.

PRORVMPI, prorumpere, vt alibi erumpi. ἐνεργητικῶς vſus eſt Maro lib. 3. Æneid. Interdumque atram prorumpit ad æthera nubem. 207,32.

PROTELVM, impulſus, ſeu tenor. Donat. in Phorm. Nonius. 52,26.114,5.

PROTELVM. hæc mihi ruſtica videtur dictio, & à re ruſtica ad alia traferri. protelum autem in re ruſtica nihil aliud ſonat quàm ductus ille & iugatio binorum boum, aut plurium: & æquabilis ille progreſſus & par impulſus dū ſimul incedunt ac propelluntur arantes. hinc apud Non. Lucilio & Catoni protelo ducere. i. vno ingreſſu ac niſu, ſeu ope & impulſu. hinc & pro adiumento poſuit Varro: vt timor nimius ac perturbatio omnis eſt ad diſcendum impedimento: ita protelo contrà delectatio. poeta noſter notationem eius indicaſſe videtur Donato, cùm plagarum protelum. i. inquit, tenorem quaſi ab aſſiduo telorum iactu dictum eſſet, vt quoſdam voluiſſe admonet Donatus, ipſe potius à πρὸ & τείνω dictū eſſe vult, quod eſt ante & trahere, quaſi protractus, idque noſtræ interpretationi magis conuenit. atque ita commodè tralatione quadam pro eodem niſu ac ductu poſſunt accipi poetæ noſtri loca. ab eo eſt, vt opinor, protelare, vno impetu proterrere. Terent. Phorm. Ne te iratus ſuis ſæuidicis dictis protelet. ſic omnino legend. adſero ex v.c. etſi nihil dicat, vt ſæpe aliâs deprauatus Donatus. conſentit verſus ratio.

PROTOLLERE FINES FATI. elegantiſſimè proferre terminum, τὸν ὅρον. protollere Plaut. & alij vet. vtuntur ſæpe. ita alibi hic noſter, extollere. vide Non. 158,7.

PROTRAHERE in lucem trahere. 14,1.

PROTRAHERE IN MEDIVM. 194,1.

PROTRAXE f. protraxiſſe. ita Virgil. lib. 5. dixit traxe. 184,23.

PROVERBIA APVD LVCRETIVM.

TOTA ERRARE VIA, ſeu vt hîc, regione. quamquam de ſcriptura dubitetur. ſæpe regionis & rationis nomina inter ſe librariorum vitio ſunt deprauata. Prudent. in apoth.
Sed regē ſummæ, & medię regionis, & imę. ſic leg. puto. vulg. rationis. 196,15.

LAMPADA TRADERE. 38,21.

VENTIS LOQVI. 137,9.

FACERE VADIMONIA, pro æs alienum cōtrahere, videtur prouerbialiter extuliſſe. 143,4.

PISCE MAGIS MVTVS. 46,29.

SIBI SAPERE. 77,26.

GAVDERE SIBI, SEV IN SINV. 77,26.

PER MANVS TRADITVM. 146,7.

IN ALTVM PROVEHERE. 193,13.

E TRIPODE PROLATVM. 24,11.152,2.

SVRDO FABVLAM. 181,12.

TERRAM CAELO MISCERE. 99,31.

PROVOMERE, tralatè de preſtere quem ait prouomere magnas tempeſtates & procellas in terram. quaſi proicere, ita & reuomere, &c. 208,11.

PROXIMA VIA, prima. hoc obſeruatu dignum eſt. itaque locutus videtur Valerius l. 6. cap. de ſeueritate: M. Curius conſul cùm dilectum ſubito edicere coactus eſſet, iuniorumque nemo reſpondiſſet; cõiectis in ſortem omnibus tribubus; Polliæ, quæ proxima exierat, primũ nomen vrna extractum citari iuſſit. ita eum locum ex v. codice meo reſtituo. de tribu Pollia meminit Valer. alijs locis & in Roma Fabricius. ibid. ex v. c. leg. cruci affixit. vulg. crucifixit: antiquioribus notum non puto. 151, 25.

PVELLI, liberi, pueri. vide Non. 147, 5.

PVLLI, pro arboribus nouellis, tralatè. 191, 7.

PVMILIO, femin. vide Non. 144, 11.

PVNCTVM TEMPVS. ita eleganter & ſæpe Lucret. quod aliâs temporis punctum dicitur. Græc. ἐν ἀτόμῳ. Cicer. lib. 2. de conſulatu: Atque vna fixi ac ſignati temporis hora, &c. 44, 14. 50, 14. 114, 30.

PVNCTO DIEI. hoc obſeruatione dignũ. 114, 16.

PVPVLA. hoc vix notum. notius pupilla. illud tamen veteribus multo fuit vſitatius. 86, 1.

PVRI f. pro pueri, vt ſit deminutum pulli, vt à furuo fuluum. ita dictum & cõtractum vt vemens, probeat & conſimilia. 140, 4.

PVRVS AER, per purũ aëra. Horat. & Virg. per purum dicunt. Græc. δι' αἰθέρος. 118, 15.

PVTVM. ita apud Varr. lib. 2. de re ruſt. Sole exorto puto propellunt, vt redintegrantes rurſus ad pactum alacriores fiant. ita vet. l. vt monuit Victor. vulg. puro. 141, 20.

PVTIS f. antiq. verb. idem quod putidus, vt putris & putridus. hinc putiſco & puteſco, vt putreſco à putri apud Hor. lib. 2. in v. libro inuenio:

—cur Aiax heros ab Achille ſecundus
Puteſcit toties ſeruatis clarus Athenis.

vulg. putreſcit. τὸ puteſcit inhumano melius congruit. ſic apud Ciceronem lego ex vet. lib. & Nonio: vt non inſcitè illud dictum videatur in ſue, animã illi pecudi datam pro ſale, ne puteſceret. lib. 5. de finib. 91, 17.

PVTOR f. 228, 24.

PVTROR 63, 14. 65, 6.

Q

QVADRIPEDES ita inueni alicubi, quod in Virg. alijſque ſcriptoribus interdum inuenitur, vt monumentũ, monimentũ, manupretiũ manipret. vide epiſt. ad lectorem. 52, 31.

QVAECVM, pro quæcumque f. nã de mendo ſuſpectus eſt locus in necumquem pro nec vmquã quemquam: ita enim apud Feſt. interpungendum. 224, 8.

QVAEQVE poſuit doctiſſ. poëta pro quędam ſeu potius aliqua. ita & Quamlibet alibi. & Quidquid. ea quæ vt rariora digna ſunt obſeruatu. 124, 2.

QVAESERE, orare. Feſt. et Phocas. 186, 29.

QVAM MAGIS, ita & cæt. pro quo, & aliâs, quàm magis, tam. 54, 17.

QVAM MAGIS, TAM MAGIS. elegantiſſima hac loquendi formula vſi ſunt veteres, ſed ea vulgo ignota eſt, & in editionibus ferè deprauata. peccant meo iudicio & illi qui repugnantib. omnibus lib. veterib. eam etiam inferere Tito noſtro nõ ſunt veriti. De hac Quintilian. libr. 1. aitque ea vſum Virgil. lib. 7. Æneid. 142, 3.

QVAM MAGIS, tanto magis. 208, 24.

QVAMDE, pro quam. antiqua particula vt Græc. ἤπερ. Feſt. quamde. 21, 8.

QVAMLIBET, pro aliquam videtur vſus poëta. vide & quæque. 10, 12.

QVANDO, quoniam. [illegible] & 17.

QVANVIS LICET, coniunctè. talia patelca comicis ſunt familiaria. 213, 5 & 25.

QVANTO LEVISSIMVM, ita mobiliſſimũ f. vide ita. 79, 16.

QVANTO MAGE, tam magis. 110, 23 & 24.

QVANTO MAGIS, tam magis. 162, 22. 163, 21.

QVANTO PLVS, tam magis. 116, 3.

QVAPROPTER VBI, quare cum. 41. 32.

QVAS OB RES. ita dictum, vt quamobrẽ, quare. vide & hac re. 6,3.

QVASI. huius particulæ vis omnis non omnib. eſt nota. veteres autẽ hac ſæpe vtebantur συλληπτικῶς & comparatè, pro quẽadmodum, veluti, vt. ſic ferè Plaut. Sticho: fuit olim, quaſi ego ſum ſenex: et ei filiæ duæ erant, Quaſi nũc meæ ſunt, eæ erãt duobus nuptæ fratribus, Quaſi nũc ſunt meę vobis &c. ita et Ter. Adel. Ita vita eſt hominum, quaſi cùm laudas teſſeris, id eſt, vt ſi laudas. 53.15.113,9. 127.6. 221,26.

QVASSARE, caput mouere cum indignatione, magnaque vehementia. vide & conquaſſare, & raptare. atque ita Virgil. 7. Æneid.

Tum quaſſus caput hæc effudit &c.

vide Agell. lib. 2. cap. 6. 71,18.

QVATENVS. 86,17.

QVATINVS, quia Feſt. 65,4. 80,3. 132,23.

QVATTVOR. exiſtumant nonnulli hanc vocem vno t ſcribendam ſemper etiam in verſibus, quia in vet. libris ita ferè inueniatur, & prima ſemper ſit producta. in quo certè falli mihi videtur. Ennius apud Cic. 1. de diuinat.

Cedunt ter quatuor de cælo corpora ſancta

Auium. — idem apud Fl. Soſipatrum lib. 1. verbo partum, pro paruũ:

Iamque adeo quatuor partum. 229,1.

QVEATVR, queat. ita & eatur, ſitur, ſiebatur, multaque alia item efferebãt. Priſc. lib. 8. vide & poteſtur. 33,27.

QVERELAE. ita bellè vocat ſuaues tibiarũ ſonos. omneſque generaliter ſoni & cãtus molliculi ac dulciores ita dicuntur. Horat. epod. 2.

Queruntur in ſiluis aues. 125,12. 126,17. 195,27.

QVI pro quis, id eſt aliquis. Cic. Num igitur aut aruſpex aut augur aut vates quis aut ſomnians &c. idem: niſi qui, vt ſcis, Parthicus caſus acceſſerit, ita in Piſonẽ dixit nequi pro nequis. & Cælius ad Cic. cum qua ſit aliqui deprehenſus. Sæpe videntur vſi veteres qui, aliqui, ſiqui, nequi, quod, aliquod &c. vbi nos ſemper quis & quid &c. vtimur. vetũ loca vbiq; mutata ſunt. his indiciis tantũ lumen prælatũ diligentioribus & felicioribus cupimus. Attigit hæc etiam diligentiſſ. Victorius in ep. Cælii ad Cic. lib. 8. ep. 10. 219,6.

QVI pro cui. f. Antiquos enim ita ſcripſiſſe notat Donatus in Andr. ſcæ. 1. his verbis: reſtat Chremes Qui mihi exorandus eſt. legitur & expurgandus. ſi expurgandus, lege cui, non qui: quia cui per e veteres ſcripſere. 36 24.

QVIDQVID ID EST. ſæpe rem ambiguã & multiplicem ita claudit poëta. vt & Virgil. 2. Æneid.

Quidquid id eſt, timeo Danaos &c. —

ita Liu. vtcunque erit. 166,18. 187,21.

QVIDEM VERO. particula rarior. 176,20.

QVIDQVID, pro quidque. hoc poëtæ noſtro tritiſſimum eſt: ita ferè & quæque & qualibet vſus eſt. 66,2. 92,20. 112, 25. 156,26. 157,14. 158,2.

QVIETES, cubilia ferarum dixit elegãtiſſ. Homerum imitatus. quì κοῖτον etiam ἀντὶ τῆς κοίτης vſurpat. ὀδυσσ. β.

ὡς ὑπερῷ' ἀναβῆ κοίτηνδε μέδοντες. 13,29. vbi dicit intectas frunde quietes, quæ pag. 179,10. inſtrata cubilia frunde.

QVIN. hac particula vſus videtur pro etiam; eſt enim ἀυξητική. ita ferè vſus eſt Terent. heaut. act. 3. ſc. 3.

Syre pudet me. SY. credo: neque id iniuria:

Quin mihi moleſtum eſt. CLIT. pergin hercle?

SY. verùm, dico quod videtur. —

vbi Donat: quin pro etiam poſitum. locus ille contra fidem vet lib. & elegantiam aliter diſtractus eſt à quibuſdam. ibidem ſubigitare reperitur in v. l. vt defetigare, inficetus &c. quæ certè reicienda non ſunt. Aut enim pro certè accipiendum hìc erit, vt & Plaut. interdũ vſus eſt. prius malim. ſed hìc locus variè legitur in lib. vet. 92,26.

QVIN TAMEN. ferè idem quod Attamen ſonat. quod obſeruatione dignũ. 37,4.

QVIPPE ETENIM, obſeruanda particula. 232,31.

QVIPPE VBI. particula rarior, eoque dignior obſeruat. ſonat idem quod Nam, ſeu Quippe quæ. vt τὸ vbi videatur pęnè parelcon. ita ferè Virg. lib. 1. georgic. extremo:

Quippe vbi fas verſum, atque nefas; tot bella per orbem

Tam multæ ſcelerum facies. &c. 86,24.

QVO MAGIS, tam magis. 42,14. 139,15. 142,3.

QVO PACTO, id eſt, quemadmodū; verbi gratia, vt. 61,3.

QVOD NVNC. particula obſeruatione digniſſima, indignè ab aliis ex diuino hoc poëta eiecta. ſonat, nunc autem. quod pro autem. vt in Quod ſi, pro ſi autem. ita & Cic. quod, pro ſed, vſus eſt. & in Cœliana: Quod quum accidiſſet, vt alterum nec-opinatò videremus, ſurrexit ſtatim. et lib. 1. de finib. Quod quia nullo modo ſine amicitia firmam & perpetuam iucunditatem vitæ tenere poſſumus &c. 8,5.

QVOD GENVS, οἷον, quale eſt, cuius generis. ſæpe hoc vſurpat Lucret. ſumptum, ni fallor, à Lucilio, cuius hic profertur verſus è lib. 6.

Crebrę vt ſcintillę in ſtructuris: quod genus olim

Feruenti in ferro &c. 42,9.

QVOD, ALI QVOD, SI QVOD. vix perſuadere mihi poſſum mendoſos toties eſſe vet. codices, in quibus ea ſæpe inuenio pro quid &c. quin potiùs puto veteres interdum ita loqui ſolitos. quemad. & aliqui pro aliquis. vide qui. eadē enim omnino eſt ratio. Prudent. peri ſteph. hymno de Romano:

At ſiquod vſquam vanitatis myſticæ

Nobis colendum eſt. — ita v.o. vide & Feſt. quod. 20,12.

QVOD pro vt, Græc. ὅτι. 43,3.

QVOD SVPEREST. elegans eſt hæc particula, qua Titus mirè delectatus eſt; ſonatque id quod Græcis τὸ λοιπὸν, ſeu denique, poſtremò; poſtea etiam ac deinde. vſus eſt ea Virg. & antea etiam Atjus Nyctegreſia (quod fabulæ nomen miror ab aliis in Nyctegerſia commutari, cùm illud ſit Latinum, aut certè Romanum iam factum; alterum omnino Græcum) Tu nunc quod ſupereſt ſocium mittis leto. (f. lætum) an lucti pænitet. &c. 37,14. 225,19. &c.

QVOI. antiq. cui. nomen hoc ſæpe deprauatum fuit in quod, cui, aliterue. etiam apud Virg. antiquitatis ſtudioſiſſ. poëtam, teſte Quinctil. l. 1. vt in bucolico:

— quoi non riſere parentes.

& lib. 3. georg.

Quoi non dictus Hylas. — aliiſque in locis. 20,16. 36,24. 104,15.

QVOIVSQVE, cuiuſque. 19,24.

QVOIQVAM, cuiquam. 58,18.

QVOIQVE. 140,10.

QVONDAM interdum tempus incertum notat. Virg. 3. geor.

Vt quondam in ſtipulis magnus ſine viribus ignis &c. vbi pro ſemper id accipit Seruius. 197,25.

R

RABIES, pro rabiei. ita res &c. de quibus in noſt. Att. monui alibi in ij etiā dixiſſe veteres, vt pernicii. atque ita Cic. locutum. poſtea deprehendi Cornelium Nepotem etiam ita eum caſum extuliſſe in vita Thraſybuli: Quæ quidē res (inquit) & illis contemnentibus pernicii, & huic deſpecto ſaluti fuit. ita ibi v. meus cod. rectiſſ. 141,28.

RADERE RIPAS flumina dicuntur. Virg. 7. Æneid. Proxima Circeæ radūtur litora terræ. ita & ſtringere. quaſi dicas, pęne attingere. tralatè. vt alibi, prętereadere. nauticæ ſunt voces. 124,29.

RADIX SAXI, alibi robur ſaxi, ab immobilitate & firmitudine. videor ſimile quid in Odyſſea legiſſe. Q. Smyrnæus paralip. lib. 5.

οὐδ' ἄρα πρίων

Εἴδεται ἀχολόων ἐπιθύμενος, οὔτ' ἄρ' ὀιζύων,

Ἀλλ' ἔστη σκοπιῇ ἐναλίγκιος, ἥτ' ἐν ὄρεσσι

Πασάων μάλα πολλὸν ὑπερτέρη ἐρρίζωται.

& lib. 8.

Ἀλλ' ἔτι πρὶν ὥς τις ἀτρέμας ἔστη ἠΰτε πέτρη

Τὸν ῥά τε οὐδὲ ποταμῶν μένος, οὐδ' ἅμα πάντων

Ἀψ ὦσαι δύναται. ὁ γὰρ ἔμπεδον ἐρρίζωται.

Virg. viſcera mōtis dixit 3. Æne. 39,13.

RAMOSVS, ſolidus, firmus. 50,5.182,24. 198,17.

RAPACES FLVVII. inſigne epitheton, vt qui omnia ſecum agant ferantque. Sumpſit hoc etiā Virg. lib. 3. geor.

——— acri
Carpere prata fuga, fluuioſque innare rapaces. 1,25.159,7.

RAPTARE. vide frequent. vt hoc autem leuiter moneam, hoc verbo maior quędam vehementia ac vis ſignificatur. Virg. 1. Æneid.

Ter circum Iliacos raptauerat Hectora currum. ita ἀυξητικὰ ſæpe ſunt frequētatiua. vide & quaſſare. 9,31.160,32.

RATIO. vtitur doctiſſ. poëta hac voce pro doctrina ſeu potius doctrinæ genere; vt ſi dicam, ratio Academica, Epicurea. hoc certè vulg. notum non eſt. & tamē præclarum eſt, Ciceroque vſus eſt lib. 1. offic. Cynicorum verò ratio tota eſt eiicienda: eſt enim inimica verecundiæ. & in Academ. Speuſippus autem & Xenocrates, qui primi rationem auctoritatemque Platonis ſuſceperant. idque λόγος Græcis etiam ſonat interdum. & optimè lib. 2. de finib. vbi elegantiſſ. expreſſit epiſtolam Epicuri ad Idomenea vt Diogenes, ſeu vt ipſe ait, ad Harmachum: Compenſabatur tamen cum his omnibus animi lętitia, quam capiebam memoria rationum inuentorumque nostrorum. Epicuri verba: Ἀντιπαρετάττετο δὲ πᾶσι τούτοις, τὸ κατὰ ψυχὴν χαῖρον, ἐπὶ τῇ τῶν γεγονότων ἡμῖν διαλογισμῶν μνήμῃ. διαλογισμοὺς ergo vocat Epicurus. 30,21.73, 22 &c.

RAVCERE. vt ægret, tetret &c. 95.24.

RAVCISONVS. Catull. rauciſonos bombos dixit. 55,18.182,12.

RE. hic articulus veterib. nunc longus, nunc breuis fuit, vt & pro. vide recidere, reducere, refugere &c.

REAPSE, reipſa. Feſt. hac elegantiſſ. particula multi veterum ſunt vſi, etiam ipſe Cic. non ſemel. 56,25.

REBOARE eſt reſonare, quaſi per echo reddere vocem. imitatus eſt Virg. 3. georg. reboant ſiluæ & magnus Olympus. vide & Macrob. lib. 6. 37,3.125,9.

REBVS MVLTIS. ſic elegantiſſ. reddidit Homeri πολλόν. vide melior eadem dicendi forma, qua multis partibus, pro plurimùm, longè, dixerunt. Cic. Cæſar, alij, ipſe Titus. 105,23.

REBVS RELICTIS, venuſta antiquorum dictio: id eſt, negotio ſeu re ſuſcepta de manibus depoſita: continetque celeritatem & ſedulitatē quandam; quaſi poſthabitis omnibus rebus, cuidam rei aut homini alii dare operam. Plaut. Epid. Ego relictis rebus Epidicum operā quęrendo dabo. & in Perſa: Omnis res relictas habeo, præ quod tu velis. in Trinū: Probus eſt amator qui relictis rebus tē perdit ſuam. Terent. And. Herus me relictis rebus iuſſit Pamphilum
Hodie obſeruare. act. 4. ſc. 6. et in heaut. Mihi nunc relictis rebus inueniēdus eſt aliquis. ſic ibi v.l. habere monuerūt, alij & ſeruarunt rectè. & ego ita inueni. vbi etiam prox. ſcænæ initio lego Reſipuiſſe pro reſipuiſſe. antiqui pono poſui poſiui. ſapio ſapui & ſapiui dicebant. hoc ex Priſc. obſeruauimus. τὸ reſipuiſſe tamen in metiendo eſt tetraſyllabon, vt apud Horat. vindemiator. 107,5.

RECELLERE. Feſt. recelliclunas vocat meretriculas Plotus. 212,9.

RECEPTARE. vide frequentat. 67,14. 89,2.

RECIDERE, RE. long. vocabulum illud deprauatū eſt multis modis; nunc decidere, nunc reincidere, nunc aliud aliis ſubſtituentib. quidam etiam ſine cauſſa contra vetuſtos libr. ſcribunt reccidere. Porpert. lib. 4. eleg. 9. ex v.l. Fabriç.
Recidat inque ſuos menſa ſupina pedes.
Ouid. lib. 10.
Recidit in ſolidam longo poſt tempore terram. ſic ex 3. v.l. leg. vulg. decidit. & lib. 6.
—— vosque eſt poſtponere natis
Auſa ſuis, & me(quod in ipſam recidat) orbam Dixit. ——
ſic item v.l. & mala in caput recidentia dixit ſimili ratione Liuius. 27.32.34,13. 157,10.

Recipere, rurſus incipere. hoc mirè iunctum. licet hunc intelligere Capere antiquis valuiſſe ordiri. vnde & ſuſcipere. 158,21.

Reconflare. tralatè dicit poëta reconflari ſenſus, id eſt denuò excitari, redire. tralatio ſumpta videtur ab igne, vt poëta ibidem indicat: qui vt excitetur & ardeſcat, conflari ſolet. ignem conflâte puero dixit Plin. lib. 35. quãquam & à re metallica duci etiam potuit. atque ita Græci etiam ἀναχωνεύεσθαι transferunt. 137,5.

Recreare, iterum creare. Cic. lib. 3 de leg. vbi de tribunatu pl. cuius primũ ortũ ſi recordari volumus &c. procreatũ videmus. deinde cùm eſſet cito legatus tamquam ex XII. tabulis inſignis puer: breui tempore recreatus, multoq; cretior & fedior natus eſt. ita locus ille, vt opinor, legi debet ex v.l. illud, cito. vel vt in v.q. octo neſcio quid ſibi velit; niſi cito vulgariter accipias, aut pro tamẽ vt alibi interdum apud Cic. vel legas, ſcito, id eſt, lege. legare autem veteribus idem ſæpe ſonat quod ablegare, amandare. & quod in vulg. libris exſtat, ad deformitatem, omnino ex gloſſa eſt, ad declarationem verbi deformis. cretior, id eſt turpior. niſi quis malit tetrior. 158,21.172,7.

Reddere. vt Græc. ἀποδιδόναι, reſpondere, ob oculos ponere. vt & referre. 41,26.

Reddere, abſolutè. vt præcipitare, conuertere, vertere, auertere &c. hoc profectò rarum & obſeruatione dignum. 117,30.

Reddita vitae mors, id eſt, allatus vitæ interitus. mirè ac ſatis nouè dictum. 132,2.

Redditvm, datum, attributum. Ennius apud Feſt. Ingenti vadit curſu, qua redditus termo eſt. 52,6. 57,14.113,26. 209,26.225,2.

Redvcere .i. longa. teſte Velio, & veterib. libris; etſi Priſciano repugnet. ſic in v.l. Horat. lib. 2. ſat. 3. legi:

Dii tibi dent claſſem capta reducere Troia. 18,12.139,6.

Redvndare campis, effluere & effundi in campos, vt Abundare. propriè. 167,11.216,21.

Referre, pro oſtendere, inquit Non. verùm ea interpretatio mihi non placet. Referre militare eſt vocabulum, in eaq; notione hîc optimè conuenit. Virgil. 4. Æneid.

Egregiam verò laudem & ſpolia ampla refertis. ita victoriam referre dixit Liu. lib. 4. Cic. manubias referre. inde potiùs ſumpta tralatio. 3,19.

Referre. Qvo referemvs enim? et qvo referentes. admirabili doctrina poliuit. Carus verbis politicis eleganti migratione vſus eſt in tractatione rerum naturalium & occultarũ. vtebantur eo veteres in deliberationib. & conſilio capiendo: & vt agere cum populo; ita referre, ad ſenatum refertur. integra oratio eſt hæc: de re aliqua, puta ſupplicationib. religione, ſeditione, lege, exercit, vectigalibus, ſtatuis dedicandis &c. ad ſenatum referre. interdum conciſè, Ad ſenatum referre: interdum conciſiùs, referre. Hæc tam ſæpe apud Liuium, Cæſarem & M. Tullium ſunt obuia, vt putidum pęne ſit locis adducendis immorari. ad Apollinem etiam de rebus obſcuris & incltis cenſeo referendum inquit Cic. lib. 1. de diuinit. Poëta ergo ſenſus quaſi iudices & arbitros & quaſi conſiliarios ponit, ad quos referendum ſit de omnibus rebus obſcuris, id eſt, de quæſtionibus naturæ. & hoc principiũ eſt Epicureum non minimum. eoque referri debent Canonica Epicuri. ad quę velut ad normam cætera omnia ille referri monuit. & ſic etiam poëta accipi poteſt. 14,16.23,3.

Refrenare, arcere, ſiſtere. tralatè. ſic & Epicurus ſuprà. 236,10. οὐ γὰρ καλπάλονται αἱ πάνται ἄτομοι &c. 44,27.45,22.210,31.212,4.

Refvgisse, re longa. vide re & reducere. niſi malis reffugiſſe. 75,13.

Refvtare, pro diſſentire, non admittere. ſimile quid in Confugere & Diſcre-

pare adnotauimus. ita ferè Salluſt. Celtiberi ſe regibus deuouent, vt poſt eos vitam refugiãt. apud Seru. lib. 4. georg. 84,7.

REFVTATVS, refutatio. vide Coniectus. Nepos in vita Alcibiadis: Itaque & Siciliæ amiſſum & Lacedęmoniorum victorias culpæ ſuę tribuebant. in qua vita ex v. c. ita ſcribendum puto: quod tanta erat commendatio oris atq; orationis, vt nemo ei dicendo poſſet reſiſtere. diues cum tempus poſceret, laborioſus &c. & ibidem: Socerum habuit Hipponicum, omnium Græcæ linguæ eloquentia ditiſſimum. eleganter, vt Ouid. diues ingenium dixit. & in eodem codice: Hæc Alcibiadi lætitia non nimis fuit diuturna. ſed de illo opuſculo aliâs fortaſſe accuratiùs. cupio enim puriſſ. illum ſcriptorem aliquando caſtigatiorem edere; quem tum docebimus eſſe Cornelium Nepotem, non verò Æmilium Probum, vt vulgò putant. 84,7.

REHALARE, id eſt, rurſus exhalare, et reiectare in altum, vt reuomere. Arnob. lib. 2. Auras accipiunt (beſtiæ) naribus, & per anhelitum reciprocatas reddunt: & nos ſpiritum conſimiliter ducimus, & reſpiramus commeatibus crebris. 210, 23.

REI, monoſillabon interdum fit epiſynalœphe. vt apud Terent. And. Quidnam hoc eſt rei &c. ita leg. ex v. o. & Donato. vt ibidẽ: huic rei caput. & alijs multis locis. Lucil. lib. 6. Et id ſolum aduerſæ fortunæ reique reſiſtit. ſic apud Non. leg. vbi de caſib. Sic fidei diſillab. apud Horat. ex v. c. Conſtantis iuuenẽ fidei. lib. 3. od. 7. nam fide antiq. pro fidei Horatianum non eſt. ſic Virg.

Ferreique Eumenidum thalami. —

& ſpei apud Terent. prolog. Andr. vt pernoſcatis & quid ſpei ſit relliquum. cui fabulæ non poſſum quin elegantiã reſtituam inſignem act. 2. ſc. 1.

Nec clam te eſt, quàm illi vtræque res nunc vtiles

Et ad pudicitiam & ad rem tuendã ſient.

vbi quadam ironia, ſeu potius loquendi conſuetudine vulgari, vtilis pro inutilis eſt poſitum: quaſi ferè illud Virgil.

Egregiam verò laudem. —

ſic Horat. lib. 1. ep. Vultei diſyll.

Durus ait Vultei nimis attentus videris.

hoc etiam obſeruauit Priſcian. lib. 7. ita & Pompei poſuit lib. 2. od. 7.

Pompei meorum prime ſodalium.

vide et hîc potiùs, fiat, et defiat. 102, 12. 135. 270.

REII. ita ex v. l. ſcripſi geminato i, ac tum prior eſt producta. qua de re diximus copioſè in Eii, vbi tamen omiſimus laudare Plautum. apud quem aliquoties exſtat Eii etiam vulgo. vide quæſo Priſcian. libr. 7. vbi ait in vetuſtiſſimis ſcripturis inueniri eiius, Pompeiius, Vulteiius; aiio etiam dixiſſe veteres monet initio lib. 10. 22, 24.

RELATIVO, vt vocant, nomini ſæpe adiũgitur caſus idem qui verbo antecedenti, vt: quam mihi rem eſt libido, eam cogito. itaque ferè locutus eſt Nepos in vita Cymonis: Quibus rebus cùm vnus in ciuitate maximè floreret: incidit in eandem inuidiam, quam pater ſuus, cæterique Athenienſium principes. nam teſtarum ſuffragiis, quod illi ςρακισμὸν vocant, x. annorũ exilio multatus eſt. ſic habet v. c. in qua eadem vita ita in locum alium ope v. c. reſtituo: Cotidie ſic cena ei coquebatur, vt quos inuocatos vidiſſet in foro, omnes deuocaret. vulg. ille locus fedè inquinatus eſt. 122, 20.

RELICTIS REBVS. vide Rebus relictis.

RELINQVI. ſuperari curſu, celeritate, elegantiſſ. Græc. ἀπολείπεσθαι. Virgil. ſæpe. 168, 2.

RELLIQVVS. quatuor ſyllabarum hoc verbum fecit interdum poëta. ita apud Plaut. deliquiis poſitum videtur in Caſina: Quando tibi nihil domi deliquiim eſt. ita lego. vide Feſt. Sic puto, puto inquam miluus nunc eſſe diſyllab. nũc triſyll. apud poëtas, vt ſit miluüs. miluius autem Latinum eſſe non puto, etſi vt à vulturus vulturius; ita à miluus, miluius conformari fortaſſe poſſet.

poſſet. Verùm ego miluus tantum admittendum doceo à libris vet. admonitus. Terent. Phor. act. 2. quia non rete accipitri tenditur neque miluo. ſic lego ex v. l. & Donato. Ouid. 2. met. in v. c. optimo:

Vt volucris viſis rapidiſſima miluüs extis. ita etiam Plaut. Aulul.

Pulmentum pridem ei eripuit miluüs & mox:

Vt ſibi liceret miluüm vadarier.

Horat. epod. 16.

Adulteretur et colúba miluo. ſic vbiq; habere v. l. teſtor. 18,24. 65,32, et f. 138,21.

Religio videtur Lucretio à religando dicta. ſic & ſtuperſtitionis notationem alibi indicauit. 30,10.

Rellicio pro metu & ſuperſtitione à Lucretio Cic. Varr. Virg. vide Non. contrà, metum pro religione poſuit antiquitas mutua ſcribendi ratione olim vſitatiſſima. Virg. initio lib. 7. de lauru:

— multoſque metu ſeruata per annos. & Valer. lib. 2.

Hactenus in populos vates Samothraca diemque

Miſſa. mane. ſactiſque metum ſeruemus opertis. ſic locus ille ex v. l. ſcribi debet ac interpungi. poëta cùm de ſacris Bonæ deæ (quę in inſula Samothraca ſeu Samothracia, nam & Thracia & Thraca & Thrace dicunt veteres, primùm dicuntur inſtituta) ageret; eaque ſciret omnino nefas eſſe diuulgare; conciſa (vt in rebus abditis fieri ſolet) oratione thyotem ſeu ſacerdotem narrare ſacra tentantem reprimit. Satis inquit, ſeu hactenus nec vlterius miſſa ſit Samathraca, pro, ſacra & myſteria inſulæ, in vulgus, in populos, & in lucem ſeu diem. mane, reprime, ſile: ac ſeruemus ſacris quæ proferri eſt nefas, ſuum honoré, ac religionem. Excurrend. fuit, vt locus docti poëtæ mirificè deprauatus, tandem vindicatus commodiùs accipi poſſet. 3,6. &c.

Rellatvm. vt relligio. vid. Vacillo. 67,14.

Remare, redire, quaſi remeare. Ennius apud Feſt. 75,13.

Remordent peccata. tralatè. 99,16.

Remosse. abſolutè, vt grámatici loquuntur, videtur vſus poëta, vt recedere. remoſſe ergo ſeu remouiſſe, pro receſſiſſe. ſic & mouere Cic. vſus eſt lib. 9. ad Att. Hæcauté ſcribebá pridie Non. XIIII. die poſtquam ille Canuſio mouerat. etſi hoc verbum hiſtoricorum videtur. 75,13.

Remotvs, prima longa, vt in recidere &c. quidam legunt remmotus: quod antiquitati repugnat; & videtur ἄμουσον, ac agreſte. vide Vacillo. 116,22. 117,8.

Renvtare, f. pro negare, renuere, nolle. Prudent. Hamartig.

Ille gradum celerat fugiens; contra ille renutat. Feſt, abnutare. pro ſæpe abnuere dixiſſe veteres monet Afranius Diuortio: quin coner noctu clanculum Bruſire (f. Surire) dotem ne renutet vafer, Honeſtè vt latites & nos ludas diutius. locus necdum perpurgatus apud Non. Vafrum. 84,7, 127,1.

Reparcere. felix poëtæ, vt ita dicam, audacia. nam cùm non ignoret eam τῷ re, particulæ inquam illius eſſe vim, vt ſimplici & non iuncto verbo aduerſam indicet cum verbo coniuncto notioné: τῷ parco ea ratione contrarium procudit verbum. parcit facere, parcit promittere &c. dicimus omnes, id eſt, abſtinere à facto, promiſſo, nolle facere &c. At noſter contrà, reparcit facere, reparcit promittere, id eſt, non parcit facere, promittere, promittit inquam &c. quamquam facere hîc abeſſe poſſit. vide facere. Huius ingenii complura reperiútur. refigere, reluere, reſuere, reuelare, retegere, repignerare, reſtringere: returare pro aperire Varr. regelare Colum. Harú rerú ignoratio vulnus grauiſſ. poëtæ noſtro inflixit: quod nos tandem à v. l. admoniti purgauimus. nam quod Pius reporcet malit, porcendum autumo. 22,3.

Repens, ſubitus & repentinus: verbum poëticum & hiſtoricum magis quàm oratorium, quo tamen Cic. vſus eſt 3. Tuſc. quamquá hoſtium repens aduen-

tus magis aliquamto conturbat, quàm exſpectatus; & maris ſubita tempeſtas, quàm &c. & Varr. lib. 6. de lingua Lat. nam repens ruina aperuit. 151,2.

REPERTA, Græc. vt inuenta. 24,4. 148, 18. 194,20.

REPETENTIA. Cic. proſpicientia, beneficientia. Arnob. ad hunc locum vt videtur alludens. lib. 2. Quod enim rebus, inquit, ingreſſis piorum repetentiã detrahit, & intra ſe geſta irrecordabili debet oblitteratione deperdere. & paullo ante: & oppoſitu corporis annitenti repetentiam priorum &c. 100,8.

REPETITIO familiaris veteribus eſt quędam à librariis (quæ res menda peperit innumera) non intellecta; cùm relationem ipſam vnà cum ipſo nomine repetebant. ita in prologo Hecyr. in Adelp. actus 5. ſcæn. 4. in Cæſ. Saluſt. ſed omnia ferè mendoſa. 184,28.

REPOSTVM. vide poſtum. 84,3.

REPREHENDERE MENTE, vt comprehẽdere. 100,10.

REPRENDERE, ἀνακαλεῖν, ſiſtere. pallio reprehendit, inquit Terent. 212,5.

REPTARE. vide frequentat. 46,5.

RES, pro imperio & regno. vt Virg.
Poſtquam res Aſiæ &c. 183,24. 184,28.

RES f. pro rei. vt rabies ſuprà. 102,12.

RES. generaliter vtitur hac voce interdum, pro toto eo de quo agit, vel inſtituta eſt oratio. 45,8. 196,3. 228,28.

RES VENERIS, τὸ ἔργον. ita Vlpianus in L. quod ait lex, 23. ad leg. Iul. de adult. coërc. & Ouid. lib. 2. de remed. am.
Ille quòd à Veneris rebus ſurgente puella
Vidit in immundo ſigna pudenda toro.
41,20. 49,28. 174,31.

RESCINDERE VIAM, id eſt, aperire ac facere ſeu munire viam. ita & aperire, pandere, patefacere viam dicebant veteres. Virg. lib. 10.
Cùm pedes incedit mediũ per maxima Nerei
Stagna viam ſcindens. ———
& 3. georg.
Quod ſi quis ferro poterit reſcindere ſummum
Vlceris os. vide & reſtringere. 48,29.

RESCINDERE. iuris eſt vocabulum. Terent. Phorm.
Mihi non videtur quod ſit factum legibus
Reſcindi poſſe. 150,12.

RESIDERE. vide obſido. 193,4.

RESPVITVR IMBER, eleganter. ita alibi exſpuere. ita Horat.
— cana niue conſpuit Alpes. 48,12.

RESPONDEAMVS tetraſyllab. vt debeat diſyll. vide rei, fiat & ſcibam. 103,12.

RESTARE, reſiſtere. ita Saluſt. et alii. 4,22. 50,9.

RESTRINGERE VIAM f. pro aperire, patefacere. reſtringere enim ſępe nihil aliud eſt, quã id quod cõſtrictum eſt, ſoluere: ea eſt vis τῷ re. Appuleius: Iumentum reſtrinxit, abireque ſtabulo liberum ſiuit. vide & reparcere. ſic refixa ſidera dixit Horat. Cæterum in hoc poëtæ loco varia eſt ſcriptura, quidam enim libri reſcindere habent, etiam bene: de quo vide. eadem variatio eſt apud Ouid. lib. 12. met.
— quod me meminiſſe malorum
Cogis & obductos annis reſcindere luctus. libri vet. quidam, reſtringere, etiã rectè & fort. veriùs. 48,29.

RETENTARE CAELVM A TERRA, diſparare, diſtinere. 58,31. 82,7.

RETEXERE. vt reparcere, aliter texere, id eſt, id quod textum quod confectum eſt & creatum diſſoluere aut frangere, penitus immutare. 17,25. 160,23.

RETINENTIA, ἀνάμνησις, conſeruatio. vide repetentia & variantia. ita decentia, valentia. Nonius &c 94,12 & f. 100,8.

RETRACTARE, viciſſim & contra tractare: idem ſonat quod recellere, in rebus Veneris, Plauto; qui & recelliclunas dixit meretriculas. Lucil. lib. 7. Hunc molere, illam autem vt frumentum vannere cunnis. & libr. 11. Criſſauit vt ſi frumentum clunibus vannet. Recellere igitur, retractare, criſſare, vannere idem ſonant. Donatus in Eunuch. act. 3. ſc. 1. A parte ergo ſui meretrices ſcorta dicũtur; vel ἀπὸ τοῦ σκαίρειν, quod Grçcè palpitare

pitare

pitare dicitur, quod illæ faciunt ſaltando aſſiduè, vel potius criſſando, vt Lucret. ait, ob eam cauſſam vt concinniorem Venerem exhibeant viris; aut ſibi abigant conceptum, quod in vuluam feminæ in ipſo coitu non ſe mouentis incidit. ſed valeant hæc obſcæna. 145, 17.

RETINERE TERRAS, poſſidere, incolere. 111, 6.

RETRAHI, pro retineri, retardari, vſus videtur: pereleganter ſumpta tralatione ab eo quod ij qui retrahuntur proficiſcentes, impediantur ac retardentur. 41, 1. vide retineri. 50, 12. verſum hunc adducit etiam Priſc. lib. 8 vbi docet dici officio & officior. vtitur & retrahi pro abſtrahi. 41, 1. 163, 18.

RETORQVERE, f. id quod contortum eſt euoluere. hinc poëta noſter tralatè pro ſcriptus ac diſputationibus quidquam exponere vſus videtur: eadem eſt migratio in euoluere, explicare. vide & reparcere. ſic & relinere dixit Terent. ſed locus de mendo habetur ſuſpectus. 74, 6.

RETROCITA TVBA, vltro citróque ducta. 125, 9.

REVERTO. Nonius. 184, 17. 106, 27.

REVISERE AD ALIQVEM. vide viſere. ſic adire ad aliquē, quod & alibi indicauimus. Nepos in vita Hannibalis: tempore dato adiit ad regem. ſic ibi leg. ex. v. c. Plaut. Caſina: adiit extēplò ad mulierē Quæ illam exponebat. In eadem autem vita leg. ex eodem c. vet claſſe paucis diebus erant decreturi. & in extrema vita. Cn. Bębio Tamphilo. & mox M. Bæbio Tamphilo. ex. v. c. & Faſtis Capitol. vulg. Pamphilo. 168, 12.

REVOMERE, tralatè, vt alibi exſpuere, pro uomere. de aqua quę materiem in aquā magna vi deiectam, recellit. 42, 14.

RHADINE, ῥαδινὴ, mollis, tenella, & vt Catullus ait, tenellulo delicatior hedo. hac voce ſolitos vti ait poëta adoleſcentes, dum aſſiduam amicularum tuſſim & morbum extenuant. Heſych. ῥαδινὸν, λεπτὸν, ὑγρὸν, εὐκίνητον, ἁπαλὸν, εὐδιάσειστον. egregiè. nos euā eodem vtimur ὑποκορισμῷ. Teneram & teream amiculam laudat Varro Hecatombe apud Non. 144, 6.

RICTVM & RICTVS, veteribus dicebantur, teſte etiam Nonio. Cicer. VI. lib. in Verrem: Vſque eo iudices, vt rictū eius ac mentum paullo ſit attritius. loquitur orator de Herculis ſimulacro quodam. Sic autem in v. c. perſcriptum inueni, & Non. atteſtatur: ita ergo ibi lego. vulg. rictus. ſic pileum & pileus, piſtillum & us, puteus & puteum apud Varronem &c. & hic vultum. 181, 24. f. 231, 22.

RIDERE, tralatione venuſta vt & renidere, quaſi hilaritate quadam diffuſæ dicuntur res pulcerrimæ & quàm ornatiſſimæ. ita hîc domus, cauda pauonis, æther, Sycionij, calcei pulcri, tēpus vernum, rident. Catull. de nuptiis Pelei:
Quis permulſa domus iucundo riſit odore. ita γελᾷν veteres Græci etiam ſunt vſi. 37, 2. 51, 28 73, 29 & 30. 143, 6. 192, 6.

RIDERE de mari placato & tranquillo, quaſi ſplendere dicas. vt Virg.
— ſplendet tremulo ſub lumine pontus. Hinc Catull. maris cachinnos dixit: quamquam illud de motitatione & fluctuatione leuiore accipiend. potius exiſtimem. verſus laſciui poëtæ eſt iſte:
— leuiterque ſonāt plangore cachinni. quam explicationem iuuant Attii verſus è Phœniſſis:
Simul & circum magna ſonantibus excita ſaxis
Sæua ſonando cum crepitu clangentis cachinnant. Non. in Cachinnare. 1, 16. 63, 21. 179, 28.

RIDO, is, vt ſtrido, alia infinita de quibus vberiùs agit Priſc. lib. 10. Brutus de patientia. Irridunt horum lacrimæ. Diomed. lib. 1. 73, 30.

RIGARE, manare. 44, 13.

RIGOR PIGER. imitatus Ouid. ignauū & iners frigus appellat. hinc frigidus pro ſegni & ignauo. vide Nonium. 171, 26.

Rigor avri, id eſt, aurum. ita glacies æris &c. hinc Virg. 1. georg. rigor ferri, & Prud. æris ac ferri rigor. in quibus omnibus rigor pro duritie ponitur; teſte Seruio. 16,20.

Ritvs, qvo ritv, quomodo, quẽadmodum. ſic ritu gigantum & quadrupedum, id eſt more. vt Cic. 2. Philip. Erat ei viuendum latronum ritu. & in Lælio; pecudum ritu ad voluptatẽ omnia referre. Virg. Ciri.

Tum ſuſpenſa nouo ritu de nauibus altis &c. in quo carmine leg. puto:

Supprimite o paullũ turbati flamina vẽti. hęc notio ritus, pro more ſimplici ac modo, protrita non eſt. 152,7.230,14.

Robor, pro robur. de hac ſcriptura veterum Charis, & Phocas de nom. 71,16.

Robvr saxi; pro ſaxo: vt vires agricolarum alibi. alibi radix ſaxi. 28,24.

Robvr, genus ſupplicii, eculeus ſeu equuleus à poëta intelligitur, in quo inſidentes miſerrimè torquebantur homines. ita hîc robur videtur accipiend. in robore ergò ſedentes videntur torqueri ſoliti rei. quo facit quod Prudent. equuleum ſæpe appellet carceris ſtipitem. apud Lacedæm. in robore accumbere, aliud eſt. Robur aliâs locum in carcere quaſi caraſtam ſignificat, conſęptum olim robuſteis locis. nunc generaliter omne, vt ita dicam, barathrum, in quod demittuntur, & adſeruantur malefici; robur, ſeu, vt Cato & antiquiores loquebantur, (quod tamẽ Dionyſius Lamb. etiam hîc inſtituit contra v. l.) robus dicitur: Feſt. 105,15.

Roborare, de corporis firmitudine ac vitib. & Cic. ita ſæpe & Virg. 140,16.

Rodit flvmen ripas. latenter exedit. Horat. ita ferè. vel quæ fabuloſus lãbit Hydaſpes. & Virg. ſtringẽtem ripas dixit Tibrim. 156,18 & 20.

Rorare, ſtillare. 66,22.87,30.

Rorifera noctis vmbra. δροσοφόρος. hinc roſcidam lunam dixit Virgil. 3. georg. auctore Seruio, repugnantib. recentiorib. quibuſdam. 221,13.

Ros à veterib. pro humore, et aqua ponitur ſæpiſſ. quod obſeruatu dignum tamẽ fuit. interdum rorem aquæ, rorẽ liquorum dicit periphraſticè, pro aqua. ita rorem lacrimarũ dixit Naſo, & ſanguinis rorem Lucanus. Horat. maris rorẽ dixit, pro aqua marina. & alibi: Qui rore puro Caſtaliæ lauit crines ſolutos. Græcis quoque δρόσος id valet interdũ. Eurip. ἐναλίαν δρόσον dixit, & κρηναίαν &c. 25,10 & 16. &c.

Rota solis, pro ſole. Græc. Δίσκος. ſed obſeruatione dignum eſt, quod Δίσκος ſine adiectione vlla, corpus ſolis ſignificat Græcis. Alexand. 2. problem. ἐλάττων ἡ σελήνη τοῦ ἡλίου τυγχάνουσα τῷ μεγέθει, τὸν δίσκον πάντα κρύπτει ἐν δύσει. ſic locuti ſũt & Cic. Arato, & Virg. de ortu ſolis:

Emicat oceano Phœbi rota clara relicto.

Attius autem Bruto apud Cic. lib. 1. de diuinat. Lucret. Virg. & alii orbem vocant vulgo. 162,2.166,6.

Rvere, adfligere, proruere, & eruere. ruit arenã hîc dixit poëta. et Virg. 1. georgic.

—cumuloſque ruit malè pinguis arenæ.

vide Nonium, & hîc Clarare &c. hinc porrò corruere, pro cõgerere dixit Varro lib. 4. de lingua Lat. Corbes, inquit, ab eo quòd ſpicas aliudúe quid cõruebant. vide & hîc Corruere. 9,24.10,9 & 12.189,32.217,3.

Rvmpere silentia, id eſt, retenta proferre. Virg. lib. 10.

— quid me alta ſilentia cogis
Rumpere? —

vide Non. ita ῥῆξαι φωνὴν dixit Demoſt. 3. Phil. 183,22.

Rvssvs, ruber. verbum vetus & egregiũ, ſed pleriſque locis ita malè acceptum, vt maletractationis in grammaticorũ comitio agere iure poſſit. Apud Catull. in Egnatium ita leg. puto ex Appuleio 1. apolog.

Quod quiſque minxit, hoc ſibi ſolet mane
Dentem atque ruſſam pumicare gingiuã.

vbi mos ille Iberorum turpiſſimus etiã perſtringitur. 110,17.

S.

S extrita. olim ſolet hæc littera elidi ſępiſſimè in metiendo, vt: infantibus par-

uis,infantibu' paruis. hoc Cic. Quinct. & Victorinus etiam confirmant. tamq́ue eſt notum, vt putidum ſit,immorari. Interdum verò vnà cum proxima adiunctaque vocali exteri ſolet: id quod inſolentius eſt ac rarius. Lucil. lib. 30. apud Non.

Aut operatus aliquo in celebri cũ æqualibus fanó. in quo verſu vtraq; exterendi ratio eſt. Terent. Eunucho:

Iugularas hominē. quid ille? TH. mutus illico. niſi in ille quis alterum l in metiendo dicat liqueſcere, vt alibi ſæpe apud Terent. idem in Andr.

Numquã præponens ſe illis; ita vt facillimè

Sine venia laudem inuenias et amicos pares. ſic eos verſus legend. aſſero conſentientib. libris vet. Priſciano lib. 1. & aliis. Catull.

Primitus & tenera virens ſpica mollis ariſta. ſic leg: Virg. lib. 12. Æneid.

Inter ſe coijſſe viros & decernere ferro. ſic ibi v. q. l. itaq; Priſc. lib. 1. legit. & 7.

Hic ſpecus horrẽdus, & ſæui ſpiracula Ditis: ſic v. c. ait ipſe Seruius. & georg. 2.

Aut ouium fetus, aut vrentes culta capellas. ita enim & ibi o. ferè l. v. & grammatici legunt. Non temerè ſunt ſuis ſedibus permouenda antiquitatis inſignia, tam idoneis teſtibus ac tabulis corroborata. 136,7 f. 88,22. 175, 32. f. 183,22. 218,7. in potius, niſi potius facias diſyllabon, de quo alibi.

SACCATVS HVMOR CORPORIS, venuſtè ſuoq́ue more Titus pro vrina per corpus quaſi ſacco percolata. Arnob. lib. 2. Inter ſtercores hos vtres, & ſaccati obſcœniſſimas ſerias. Arnobio autem Lucretius perfamiliaris fuit. Ita verò & σακκιζόμενα vina dicuntur. 140,6.

SAECVLVM. vtitur hac voce poëta, pro genere, ſubole, multitudine. ſic hominum ſæcla, muliebre, ſcriptorum, ferarum. expreſſit credo poëta doctiſſ. Græc. γενεὰ, qua & xxx. annorum ſpatium, vt & ſæculo interdum, & genus ſignificatur. 1,38. 38,20. 67,8. 70, 30. 72,6. 92,30. 121,6. 173,6 & 20. 175,1,13 & 17. 178,2 & 22. 180,13. 181,19. 182,12. 216,31. 218,11. 228,32. 229,4. 232,15.

SAEPE, plerumque. vide perſæpe. 216,23.

SAEPTA DOMORVM. per ſæpta domorũ parietes videtur elegãtiſſ. accipere poëta. vocat etiã diſſæpta. niſi quis Græco more vt ſtrata viarum, munita viæ &c. malit. Sæpire autẽ, ſęptus, diſſęptus ſemper ſcripſi ex auctoritate vet. libr. hinc emendari poteſt liber Feſti: Penus vocatur, inquit, locus intimus in æde Veſtæ tegetibus ſæptus, qui. vide ibidem Penem, in fine. 221,8. 224,4.

SAEVVS valet veteribus durus, immitis, aſper, violentus, vehemẽs, acer, animoſus, & de quo alibi dixi, fortis, & vt pro vehementi fortis, ita pro forti ſæuus ponitur in bonã partem. Virg. Æneid. 1.

Sæuus vbi Æacidæ telo iacet Hector.—— poëta noſter ſæuum bellum dixit. Virg. lib. 10. durum. Lucilius vtrumque lib. 30. Et ſæuo ac duro in bello multo optimus hoſtis. idem ſæuas tempeſtates dicit, vt noſter ſæuas procellas. & Cicer. ventus ſæuus ac turbines ſæui. eleganter etiam Titus dixit ſæuas ſecures magiſtratuũ R. inexorabiles. Longè autem tetriùs eſt verbum crudelis. vide Noniũ. 16,3. 98,15. 104,26. 175,13. &c.

SAEVIBAM: vt alibi, ſcibam, aliaq́ue innumerabilia. Virg. 4. Æneid. Lenibant curas. Diomed. lib. 1 ait veteres verba hæc ſine e pronuntiaſſe. 179,26.

SAGAX ANIMVS. ſagaces inquit Feſt. appellantur, multi ac ſollertis acuminis. adducit hunc poëtæ noſtri locum & Afranii Brundiſina: Quis tam ſagaci corde, atque ingenio vnico? quæ verba me admonẽt, vt Ciceroni in libello de Senectute ſuum reſtituam nitorem, ſuamq; ni fallor elegantiam. quanta, inquit Cato, in L. Cœlio Metello; quanta in Atilio Calatino; in quem illud elogiũ vnicum: PLVRIMAE CONS. &c. ſic ex o. v. l. eum locum legendum & interpungendum puto. Vnicum veteribus video idem ſonare ac valere quod egregium, præclarum, & vt vulgò dicimus, ſingulare, ita Afranij ea

verba

verba accipio,& Ciceronis. Turpil.Demetrio: homo vnica eſt natura & ſingularia apud Non. ſingularia. Plaut. Aſinaria. Nam poëta es prorſus ad eam rem vnicus.& ipſe Feſtus: Sardanapalus, inquit, rex Aſſyriorum fuit vnicæ luxuriæ,&c.in verb.Sardanapalus. Qui autem eum locum ad Tuſc. quæſt. exigũt ſcripturam, non rectè faciunt.nam eadem ratione omnes omnium ſcriptorũ libri poſſent immutari: & ſunt multimodis inquinati. qua de re hîc pag.96. quædam diximus. Feſti autem explicationem cõfirmat Cic. lib.1.de diuinat. Sagire, inquit, ſentire acutè eſt. ex quo ſagæ anus, quia multa ſcire volunt. 62, 14.

Sal mervm, dicitur puella paruula ab amantibus. ſumptum id ex Afranio in Compitalib.apud Priſc.lib.5. Aut quidquid loquitur, ſal merum. Sal pro lepore & ſermonis στωμυλίᾳ tritiſſ. eſt. hinc De Caluo in Vatinium acri, & exigua ſtatura oratore Catullus: Di magni Salipuſium deſertum. ſic enim leg. puto, cùm in lib. vet.& Seneca ſit Saluputium; quod non intelligo. nam τὸ Salicipium, quod quibuſdam tantopere placet, longiùs recedit à vet. ſcripturæ veſtigijs. Ad Titi autem locum illuſtrãdum mirificè conducunt verba Plutarchi lib.5. ſymp.cap.1. Διὰ τοῦτο δὲ ἴσως καὶ κάλλος γυναικὸς, τὸ μήτε ἀργὸν, μήτε ἀπίθανον, ἀλλὰ μεμιγμένον χάριτι καὶ κινητικὸν, ἁλμυρὸν καὶ δριμὺ καλοῦσι. 144,11.

Saltvs Heliconis. ſaltu incluſit montem. Cæſar lib.1.de bello ciuili: celeriterque Pierenæos ſaltus occupari iubet. 77,13.

Salvs à Lucretio ſemper opponitur interitui, & aliis locis. vide & clades & periculum. 77,6. 216,31.

Samothracia ferrea. ita olim anuli quoddam genus vocabat, teſte Plinio. verùm è ſolido ferro facta indicat poëta. Plinius aliter ait lib.33. cap.1. vbi de anulis. Nec non & ſeruitia iam ferrum auro cingunt: alia per ſeſe mero auro decorant. cuius licentiæ origo nomine ipſo in Samothrace id inſtitutum declarat: Samothracia, vt ab eodem Samiũ, (quod eſt teſtę ſeu poculi genus)& hîc, alibi, Sicyonia orum, & Stymphala dicta puto ὀστρέων. 226,31.

Sangven pro ſanguis. Nonius & Soſipat. lib.1. Ennius: timido refugiat ſanguen. &: pergunt lauere ſanguen ſanguine. ſic alibi videtur vermen dixiſſe noſter, pro vermis. 27,12.

Sangvis maternvs. ſic appellat poëta menſtruum ſemen: vel à colore vel e philoſophorum quorundam ſententia, qui feminarum menſes cum ſanguine confundunt. 145,31.

Sangvis. Apud antiquos huius verbi poſterior ſpatio fuit anceps. id quod etiã obſeruauit flos Germaniæ Fabricius. ad illud Virg. ex lib.x. Æneid.

Vna eademque via ſanguis animusq; ſequuntur. quem locum mutarunt alij. reſtituit vir ille præſtantiſſ. Tiro etiam noſtro idem perpeſſo nos ſuccurrimus. Valer.lib.3.

— modò tela ſacerdos
Porrigat, & iuſta ſanguis exuberet vnda.

27,28.

Sangvinis. etſi ſanguis retinendum putem; videndum tamen ac tentandum putaui, an pro ſanguis, ſanguinis, quod in vet.lib. hîc etiam exſtare monui, admitti poſſit. video enim veteres multa nomina ita in recto extuliſſe caſu, vt nos in patrio. indicauit hoc olim Caper antiquitatis doctiſſ. ſcrutator, cuius vtinam obſeruationes aliquando tandem ederentur. ita immemoris Cæcil. apud Priſc.l.6. glandis fortaſſe Maro 3.georgic. apud Priſc. eodem lib.

Nec de concuſſa tantum pluit ilice glandis. memoris etiam, celeris, concordis, diſcordis, multaque alia in eundẽ modum veteres dixiſſe ex Capro adnotat Priſc.lib.7. Eodem referri poteſt quod plebes, trabes, adipes, ſcrobis eos dixiſſe omnes notum. ſic & ſupellectilis & ſenis, pro ſupellex & ſenex. mentis etiam pro mens dixit Ennius teſte Priſc. & Oſcinis pro Oſcen, Chariſio teſte. multiſque

tisque ſimilibus vſos veteres monuit Feſtus . Cato etiam vomeris dixit pro vomis; vomeris indutilis in lib. de re ruſt. vt Vict. admonuit, nec dum receptum eſt. His admonitus omnino reſtituendam Numæ legem puto;

SI HOMINEM FVLMINIS OCCISIT, NE SVPRA GENVA TOLLITO, id eſt, ſi fulmine occiſus eſt, ei iuſta nulla fieri oportet. ſic enim totum eum locum leg. puto apud Feſt. Occiſum. pro, & albi, repoſui, id eſt: cùm ſciam eam particulam ſæpiſſ. deprauatam eſſe. vt, in Feſt. Nuncupata, lex eſt XII. tab. CVM NEXVM FACIET MANCVPIVMQVE: VTI LINGVA NVNCVPASSIT, ITA IVS ESTO. id eſt, vti nominarit locutusque erit ita ius eſto. Vota &c. ſic leg. puto. & in Numero: Numquam numero matri faciemus volui. id eſt, numquã nimium &c. vulg. idem eſt. Sed hoc ab aliis rectè animaduerſum monuit vir clariſſimus Antonius Auguſtinus. ſic etiam peccatum erat in l. 20. D. de act. empti. vbi pro idẽ eſt, Fr. Hotomanus politiſſ. Ic id eſt, rectè reponendum docuit. ſic & in l. ſi arbiter D. de probat. & præſumpt. pro, & hoc ita, nos reponend. putamus, & hoc id eſt. vide hîc enim ita in Nonio Tricę: extricabor aliqua. inde ex imped. leg. id eſt, ex &c. Hæc commentatio etſi extra rem ferè ſit, neceſſaria tamen viſa eſt, vt antiqua illa meliùs renouarentur & conſtituerentur: videatque lector an ſanguinis eodem modo non potuerit dicere poëta pro ſanguis, ſeu ſanguen. 27,28.

SANIES. f pro ſanguine: vt & alii ſcriptores ſunt locuti. 28,10.

SATIAS, pro ſatietas. Lucilius lib. 29. Quid mihi proderit, quem ſatias iam omniũ rerum tenet. vide Nonium. 78,19. 149,25. 192,2.

SATYROS indicare cuiquam videatur poëta ſimos fuiſſe: quibus vulgo aduncos naſos attribuunt. ego de ijs nihil legi. puto potiùs adluſiſſe poëtam ad totam Satyrorum formam ridiculam & deformem; ſatiſque habuiſſe ſi proxima ſimis iũgeret Silenos verè ſimos: & mox Satyros æquè indecoros eorum quaſi comites illis adiunxiſſe. Heſych. σάτυροι, μορφαὶ ἀπρεπεῖς. ſimile quid monuimus vbi de Gratiis egimus. vide & Silena. 144,18.

SAVCIVS AMORE. Virg. 4. Æneid. At regina graui iamdudum ſaucia cura Enn. Medeã amore ſauciam dixit. 140,25.

SCAPHIVM. σκαφίον vas ex ære ad retrimẽta alui: muliebre ferè; vt laſanum virile. qui pro matula accipiunt, verbo abutũtur. Sellam vocat Varro, vt & patrio ſermone nos hodie. 227,1.

SCAPTENSVLA, μέταλλα Macedoniæ. vt Laurea Atticæ, Tarentinorum Crius. Feſt. & Heſych. & ita hoc verbum in vet. lib. & Feſto ſcribitur. Scapteſulam facit Lamb. ſed hoc oppidi nomen in Thracia ponit Stephanus: σκαπτησύλη, πόλις θρᾴκης μικρά, ἀντικρὺ θάσου. τὸ ἐθνικὸν σκαπτησυλῖται 219,3.

SCAPVS. videtur eſſe quod Græcis σπάθη, de quo Pollux; inſtrumentum textoris, cuius pulſu tela denſeri atque coartari ſolet. 190,28.

SCATERE, pro ſcatère. ita olere dixit Plau. Moſtell. initio. teſte etiã Priſc. l. 8. Non omnes poſſunt olere vnguenta exotica. alioquin ibi creticus admittendus eſſet contra ingeniũ iambi. vide & fulgere. 149,26. 167,6. 178,7. 222,8.

SCELEROSVS. ita Lucilius lib. 1. Non tamen ætatem, tempeſtatem hanc ſceleroſi Mirentur. Non. & Agell. 3,37.

SCEPTRA POTITVS inter poëtas Homerus. elegante tralatione. ſic regnare in foro dicebatur Cicero. & hîc. 106,4.

SCIBAM. pro ſciebam. ita alibi ſæuibam. Terent. Eunuch.

Scibis: principio eam eſſe dico liberam. vbi & Donat. id monuit, in Heaut.

Ita timui. CLIT. at ego nihil eſſe ſcibam Clinia. & Hecyr. prol.

Quia ſcibam dubiam fortunam eſſe ſcænicam. & in Phorm. act. 4. ſc. 1.

Scibam: illè ſi me alienus affinem volet, ita quidem tria illa loca in quibuſdam libris ſunt edita, verùm cùm vet. libri

o. repugnent, & Donatus vbique ſileat, qui tamen illud ſcibis obſeruauit, & ſtudioſè admonuit; nihil mutandum puto, & vbique leg. ſciebam. ita tamen vt epiſynalœpha quadam ſit diſyllabon. vt in Fiat diximus; vbi de Fuit omiſimus hunc Terétii verſum è ſc. 1. act. 1. And.

Liberiùs vluendi fuit poteſtas: nam antea. qui maximè eo facit. nam quem ſuprà adduximus, accipi poſſet etiam vulgariter. vide Reſpondeamus. ſic autem & Catull. dixit· cuſtodibant calathiſci. 177,21. 178,8.

SCILICET, ſcire licet. Donat. in Adelp. act. 3. ſc. 4. Videlicet, inquit, confirmatiuũ eſt: vt videlicet, videre licet; ſic ſcilicet, ſcire licet; ilicet, ire licet. Ter. Heau. Scilicet facturũ me eſſe. et ib. Cõtinuò iniecisse verba tibi Dromonẽ ſcilicet. Feſt. Sultis, & Cumalter. vide & Videlicet. 50,27.

SCINDERE, tralatè. de curis exedentibus animum, remordere dixit Maro lib. 1. Æneid. Non poſſum quin ex Plauto locum emendem, coniectura ductus, cuius verſum hunc in Pſeudolo, ita legend. puto: Nam ego cicilendrum quãdo in patina ſciſcidi. ſic ibi leg. puto, atque ita Afranium, Attium, Næuium, Ennium adductis locis, vetereſq; alios locutos monuit diligentiſſ. Priſcianus lib. 10. vulg. ſcindidi. quod nuſquam lectum eſt præterea. Scindo nunc ſcidi: ver. ſciſcidi, Priſc. aut ſceſcidi, Agell. 104,

SCINTILLARE. 214.17.(24.

SCIPIADES, Scipio. vſum eo inuenio Lucilium apud Feſt. ſcurrę: Cornelius Publius noſter Scipiades &c. 105,32.

SCRVPOSA RATIO, difficilis. ita & Ennius apud Nonium. 124,20.

SCYMNVS, catulus, propriè leonum. σκυμνός. Pollux lib. 5. καλεῖται δὲ τὰ μὲν τῶν λεόντων ἔγγονα, σκύμνοι. τὰ δὲ τῶν ἄρκτων, ἄρκτυλοι. &c. 180,28.

SE. pronomen iſtud elegãtiſſ. vſus eſt poëta quaſi παρέλκως. atque ita omnes vet. ſcriptores locuti ſunt. Terent. Eunuch. act. 2.

Eſt genus hominum, qui eſſe primos ſe omnium rerum volunt,
Nec ſunt. —— id eſt, primi eſſe volunt.

& in prologo:

Qui placere ſe ſtudeat bonis, quàm plurimis. Cic. 2. Tuſc. Eſt enim quoddam genus eorum qui ſe philoſophos appellari volunt. Terent. And. act. 4. ſc. 6.

Quæ ſeſe inhoneſtè optauit parere hîc diuitias. ſic v. l. quidam ibi ditias malè. diuitias eſt triſyll. vt fiat monoſyll. vide Fiat, Defiat. & in Heaut. act. 3. ſc. 2.

Vicinum hunc noſtin? at quaſi is nõ diuitiis
Abundet. —— ſic o. v. & Donat. mutatum ab aliis, ditiis. ſic Lucilius:

Græcum te Albuti, quàm Romanum atque Sabinum
Maluiſti dici: Græcè ergo prætor Athenis &c. vide & Me. Enn. Omnes mortales ſeſe laudari exoptãt. vide Me. f. 44,1. 75, 2 & 13. 100,28.

SECLVDERE. 172,1.

SECTA. SECTAM SEQVI. ita locutus eſt elegantiſſ. poëta de Berecynthia: Sectam meam exſecutæ duce me &c. 183,11.

SECVNDVM HAS RES, id eſt, poſt. ſed hoc multaque alia vulgaria ſunt & protrita, quæ tamen vt poëtæ elegantia eſſet in promptu, adnotanda putauimus. 74,11.

SED MAGIS, vt Græc. ἀλλὰ μᾶλλον, id eſt, ſed potiùs, quin potiùs. 16,9. 20,5.

SED VERO, ſed etiam, verum etiam. obſeruatione digna particula. 138,31.

SEGES pro agro poſuiſſe videtur. Sege inquit Feſt. dicitur ea pars agri quæ arata & conſita eſt. ſic veteres multi ſunt vſi. cuius ignoratio rei Horatij libro fuit fraudi od. 31. lib. 1. non opimæ Sardiniæ ſegetes feraces, id eſt, fructuoſa arua, ac lætas ſegetes. ita enim eum ſcripſiſſe teſtis eſt v. noſt. opt. & aliorum libri. vide & Non. apud quem verſus Attij Oenomao, ita leg. mihi videntur:

Forte ante auroram radiorum ardentum indicem,
Cùm ſomno in ſegetem agreſtis cornutos cicet

Vt rorulentas terras ferre perſidas
Próſcindát, glebaſque aruo ex molli exci-
tent. 191,15.

SEMIMARINVS. 176,11.

SEMINIVM ET SEMEN, pro eodem poſuit poëta, nempe pro fetura & pr gepie. Varro lib. 2. de re ruſt. vbi de apellis: De ſeminio dico eadem, quæ Atticus in ouibus. hoc aliter, ouium ſemen tardius eſſe, quo hæ ſunt placi o s. contra caprile mobilius eſſe. Atticus autem feturam dixerat. 96 5.

SEMPER-FLORENS. Donat. in An r act. 1. ſc. 2. & heri ſemper lenitas) An ſemper-lenitas, vt ſit ὑφὲν Lucretius: ſemper-florentis Homeri. ita ibi leg. vulg. honoris. ſic nec-opinato, non-ſenſus &c. hîc. ita propediem. teſte etiam Donato. Hinc probatur mihi eorum coniectura qui apud Virg. 1. eclog. legũt. Semper-deus. ſic dixiſſe Catullus videtur: Vbi iſte poſt-faſelus anteà fuit &c. ſemper-florens autem Græco ἀειθαλὴς reſpondet. Porrò de hoc Ennii ſomnio Cic. lib. 2. Acad. quæſt. Num cenſes Ennium, cùm in hortis cum Ser. Galba vicino ſuo ambulaſſet, dixiſſe; viſus ſum mihi cũ Galba ambulare: at cum ſomniauit, ita narrauit: viſus Homerus adeſſe poëta. Haud ſcio an eò referendum ſit quod apud Feſt. exſtat. memini (inquit Ennius) me firi pauum. ſic leg. enim puto. vulg. fieri pauum. de firi pro fieri Priſcian. lib. eodem id Perſij adlego: Quinctus pauone ex Pythagoreo. vt dicat Perſius ex pauone factũ Ennium ſeu Quinctum Ennium. Pythagoreum autẽ vocat pauonem, non quòd Pythagoras ſe pauonem aliquando fuiſſe dixerit; nam hoc falſum eſt; ſed quia eam μετεμψύχωσιν primus confinxerit Pythagoras. Sic eum locum Perſij leg. et explicãdum puto. 5,4.

SENECTVS, a, um. Sall. lib. 4. Omnes quibus ſenecto corpore animus militaris erat. 97,14. 176,5 & 15.

SENESCERE, τὸ γηράσκειν, id eſt, ſenecta. ſic Licere alibi. 158,10. (25.85,4.

SENSIFER, vt peſtifer &c. 80,25 & 30. 81,

SENSILE, id quod ſentit. Priſc. lib. 1. Ex præſenti, doceo docibilis &c. ex præterito, plauſi plauſibilis, ſenſi ſenſibilis vel ſenſilis. Lucret. &c. 63,30. 64,3 & 5. & 12.

SENSIT PERCVRRENS. vide participia. ita Ennius lib. 15.
Hiſtri tela manu iacientes ſollicitabant. 91.2.

SENSVS us, pro ſententia. Cicero ſenſa vocat de orat. quòd exprimere dicendo ſenſa poſſumus. 63,29.

SENSVS ANIMI, pro animo. vide tactus. 76,11. 91.11.

SENTENTIA DEMOCRITI; pro Democrito. Horat. ſententia dia Catonis, pro Catone. Tenere hîc me non poſſum quin emẽdem puriſſimi ſcriptoris Cornelii Nepotis in vita Phocionis locum, hoc modo: Hic ab Agnone accuſatus, quod Piræum prodidiſſet: ex conſilii ſententia in cuſtodiam cõiectus, Athenas deductus eſt. ita v. optimè. quid ſit, ex, ſeu de conſilii ſententia, omnibus notum eſt. vulg. ex conſimili. perabſurdè. Agnonem autem vocat, quem Plaut. Agnonidem. 167,30.

SENTISCERE. ità perſentiſcere alibi. 126, 19. 85,18.

SEORSVM CORPORE, ANIMA, pro ſine corpore &c. vt Græc. ἄνευ. mira & felix poëtę imitatio. Aduerbiis iũgebãt caſus præpoſitionũ veteres. vt Ter. clãculũ patres dixit Adel. act. 1. ſc. 1. poſtremò alii clãculũ Patres quæ faciũt, quę fert adoleſcẽtia. in cuius comędiæ inſcriptione legendũ, tibiis Sarranis. docui in noct. Atticis. Sed de Terentio aliâs fortaſſe accuratiùs. 90,29. 93,1.

SEORSVS pro ſeorſum dixiſſe antiquos admonuit Soſip. lib. 2. ita etiam turſus & rurſum, & Liuius demus pro demũ teſte Feſto. 162,18.

SEPELIRE, tralatè. penitus delere. 54,1.

SEPVLCRVM COMMVNE, TERRA. ſic Catull. ad Manlium, Troiam vocat commune ſepulcrum Europæ Aſiæque. vide Commune. 156,21.

SEPVLTVS, coopertus, abditus. 234,2.

Sepvltvs somno. Virg. Somno vinoque ſepultam. 178,30.

Serena vita, tranquilla, quieta. elegantiſſ. ab aëris ac cæli tranquillitate, & vt ita dicam, malacia, tralatio. 70,11.

Serena caeli, vt ſæpta domorum, profunda ponti &c. & alibi prompta & aperta cæli. 70,17.

Serere vvlnera. Tacit. libr. 21. Et ſequētibus diebus crebra pro portis prœlia ſerebant. Liuius lib. 32. Et temperatum ægrè eſt, quin miſſilibus, quia dirempti medio amne fuerant, pugnam inter ſe conſererent. Adluſum autē videtur ad id quod dicebant, manum cōſerere. Plaut. ſerere pugnos in faciem dixit in Aulul. Simili etiam dicendi genere librare vulnera dixit Statius, quaſi librato & iacto telo inferre. 188,29.

Serescere, ſiccari. atque ita etiam Nonius rectè accipit. nam ſerenus veterib. etiam ſonat ſiccus. hinc Virgil. lib. 1. georg.

—— vnde ſerenas
Ventus agat nubes. ——

quas alibi vocat arida nubila, id eſt, ſicca. Plaut. Mercat. hic fauonius ſerenus eſt, hic auſter imbricus. Origo autem huius verbi perobſcura eſt. puto veteribus ſerus pro arido, priore breui, in vſu fuiſſe, atque inde ſereo deductum: hinc porro ſereſco: à ſerus etiam manaſſe ſerenus. Sic non dubito quin vuus dixerint; vnde vueo, vueſco, & vuidus manarint: Arus, areo, areſco, aridus; rubus, rubidus, rubor. madus, mador, madidus, madeo, madeſco; humus, humidus, humeo, humeſco; torpus, torpidus, torpeo, torpeſco &c. Hæc vt ſuſpicer, facit Feſt. qui monet veteres protuliſſe torrus & antiquiſſ. torus, vnde toridus, torreo, ac torreſco apud hūc poëtam profecta ſint. Torrere, inquit Feſt. à torro deductum. ſic omnino leg. ibi adſtipulante v.c. vide & ibid. Torum: & formus, a, um, dixiſſe antiquiores, vnde poſteà factum ſit formidus. Sereſco igitur à ſero, vt toreſco à toro eadē ratione & vi deducta puto. nam & torus ac toridus, olim ſiccus aridusque valebant, vt & verbum torrendi. Feſt. nec eſt quod alia deductionis ratio quē turbet, vt quia à ſerus ſerenus, non ſerdus: itē & à torus toridus, non torenus ſiát. nam deductionis ratio multiplex eſt. vt à virus a, um, viridis, vireo, vireſco, deriuata putem. 10,26.

Sermo, pro familiari conloquio. eadem eſt vis verbi fabula. vnde fabulari. quod & elegans & veteribus eſt peruulgatū: hodie vix notum in eo ſignificatu. hinc Terent. Vt vno hoc verbo admoneam, lupus eſt in fabula, dixit, quod M. Attius, à quo ſuos omnes ferè ſales ſumpſit Terentius, Sticho, Lupus eſt in ſermone. Donat. & alij minus rectè accipiunt, niſi me fallit. 192,8.

Setigeri svis. & hoc ſumpſit Virgil. 12. Æneid. alibi ſpumigeros vocat 278, 25.

Severvm pro triſti vſos veteres adnotauit etiam Marcell. ita ſilentia noctis & ſigna noctis vocat ſeuera Titus. Varro Eumenid. Tertia pœnarum infamia ſtás nexa in vulgi pectore, fluctuanti, intonſa coma, ſordido veſtitu, ore ſeuero. hinc iudex à Cice. nunc triſtis, nunc ſeuerus dicitur ille qui inculpatus eſt. vide ſuprà Sæuus. 122,21 & 22.

Severvm mare, id eſt, ſæuum & implacabile. ita & Virg. lib. 3. georg.

Inuidia infelix furias, amnemque ſeuerū.

vide Nonium. 149,21.

Sevidere. f. nolim temerè noua procudere, aut alios in errorem inducere. tantùm indico me dubitare, potuerit ne poëta eo vti vocabulo; vbi nos vindicit repoſuimus, cùm in libr. vet. ſit, neq; enim ſe vidit hilum. quam facilè enim librarij, ſi eadem vox bis eſſet ab ipſo ſcriptore eodem loco poſita, alteram omittere conſuerint, norunt omnes qui veteres membranas triuerunt. & cur non liceret dicere ſeuidere, vt ſecernere &c. ſed nihil adfirmo. 101,7.

Sex, septem. elegans dictio. Horat.

Si quadringentis ſex ſeptem millia deſint;
Plebs eris. ——

& Te-

& Terent. Eunucho. 2.3. his menſibus ſex ſeptem prorſum non vidiſſe proxumis. ibi tamẽ in q. lib. Sex vel ſeptẽ. ſimile quid hîc alibi notaui. 126,10.

Sibi parelcon. videtur abundare & de more additum, ſibi. vt alibi tibi, nobis, dum &c. 92,7.101,12.

Sicyonia, orum, muliebre calciamenti et ſolearum genus nobile & venuſtum. Heſych. Σικυώνια, ὑποδήματα γυναικεῖα, καὶ ψιλά. Pollux etiam lib. 7. inter ὑποδήματα γυναικεῖα numerat Σικυώνια. ait τὰ Σικυώνια τὸ ὄνομα δηλοῖ πόθεν τὸ εὕρημα. Lucilius:

Et pedibus læua Sicyonia demit honeſta. hinc apud Cicer. lib. 1. de orat. Socrates: Sed inquit, vt ſi mihi calceos Sicyonios attuliſſes, non vterer, quamuis eſſent habiles & apti ad pedem, quia non eſſent viriles: ſic illam orationem &c. Sicyonia autem neutro genere dicebant, vt hîc alibi Samothracia pro anulis Samothraciis. 143,6.

Sideribvs fixvm caelvm, dicit doctiſſ. poëta, vt Virg. ſtellis aptum. hoc ab Anaximene philoſopho ſumptum: qui, vt eſt apud Plutarch. de philoſoph. decretis lib. 2. cap. 14. ſtellas clauorum modo cælo adfixas eſſe dicebat. hinc & Horat. ad Canidiam dicit, refixa ſidera. 186.5.

Sidere, inſidere. vide deſido &c. 85,7.

Sidera mvndi, id eſt, cæli. ita ſæpe poëta noſter, & Virg. et Attius vide Mundus. Varro etiam dixit, ſidera cæli. 27, 27.46,27.163,3.

Sier, ſit. ita antiquiores ferè loquebãtur, vt in ſcriptis Plauti, M. Catonis, Terentii &c. videre eſt etiam hodie. 76,14.

Signa. videtur poëta vſus pro commẽtariis ſeu ſcriptis aut philoſophiæ decretis. vt ſigna Epicuri, Platonis, id eſt, ſententiæ, dogmata. ſic ait eloquentiſſ. poëta ad Epicurum:

——— inque tuis nunc
Ficta pedum pono preſſis veſtigia ſignis.

tralatio fortaſſe ſumpta eſt à medicis, qui ſigna & σημεῖα vocant ea, quib. perſpectis & cognitis, alia porro faciliùs cognoſci poſſunt. aut ab eo quòd ntas & ſigna imprimebant ſcriptis. hinc & Cic. ſæpe litteris conſignare. Dicit autẽ poëta, ſigna preſſa, impreſſa: Græci τυποῦν & χαρακτῆρα vſurpant. 73,12.

Signifer aether. alibi igniferum dixit, vtrumque rectè. Lucanus item lib. 3. polũ vocat ſigniferum. 162,28.209,13.

Silanvs, tubus, fiſtula, aquæ ductus vel fontis. Celſ. lib. 2. cap. 19. confert etiam aliquid ad ſomnium ſilanus iuxta cadens. Feſt. Tullios, inquit, alii dixerunt eſſe ſilanos, alii riuos &c. ita enim ibi legendũ. Pluribus credo locis inueniri poſſet ea vox, ſi corrigentium manus exiſſet. Marull. hic pro: ſilanos, poſuerat, ſie amnis. 233,28.

Silenas vocant ſuas delicias amatores quæ ſimis ſint naribus. conſolantur ſe miſeri forma diuina licet maximè ridicula. De Silenorum repandis & præſimis naribus plena ſunt omnia. Non poſſum tamen quin præſtantiſſimi regis, naribus tamen ſimus, Antigoni aui Alexandri magni dictum autem verbis Senecæ ex lib. de ira adferam: Is igitur (inquit Seneca) cùm in paruulo quodam caſtello Græci obſiderentur, & fiducia loci contemnentes hoſtem, multa in deformitatem Antigoni iocarentur; & nunc ſtaturam humilem, nunc colliſum naſum deriderent: gaudeo, inquit, & aliquid boni ſpero. in caſtris meis Silenum habeo. Doctè autem iunxit Sileno Satyros poëta: nam & Saturorum turpiſſima erat et ridicula ſpecies. & eos Sileni habebant ſemper apud veteres, comites ac diſcipulos. Satyri auditores erant, Silenus doctor. atque ita in veteri tabula pulcerrimẽ expictũ vidi. Eo referendum quod Lycophron Menedemo fecit Silenum loquentẽ Satyris, ſuis, inquit, filiis. Adſcribam ex Athenæo verba, vbi de Menedemi philoſophi frugalitate agit. Μαρτυρεῖ δὲ ἡ περὶ τούτων Λυκόφρων ὁ χαλκιδεὺς, γράψας σατύρους, Μενέδημον, ἐν οἷς φησὶν ὁ Σειληνὸς πρὸς τοὺς σατύρους: Παῖδες κράτιστε παιδὸς, ἐξωλέστατοι. Ἐγὼ μὲν ὑμῖν ὡς ὁρᾶτε [illegible]

ἔτ' ἐν Καρίᾳ μὰ τοὺς θεούς.&c. Scilicet non gnorabat ille doctiſſ. ſcriptor Lycophron & fabulam de Silenis ac Satyris, & rationem. Ipſumque Menedemum facit Silenum; auditores, & ſectatores, conuiuas, Satyros. id quod imitatus feliciſſimus ille imitator Maro, in ecloga 6. Silenum introducit explicantem de rerum principiis ex Epicuri præceptis ac ratione. ſic enim illud accipiendum exiſtimo, quod Silenus ibi dicitur doctor. Verùm quòd vinctum faciat Silenum à pueris, aliaque adfingat quædã, ſumpta ſunt, vti puto, ex veteri illa narratione de Numa, quam egregiè commemorat è lib. 2. Valerii Antiatis Arnobius initio lib. 5. aduerſus gentes. Verba etſi pluria ſint, adſcribẽda putaui tamẽ, vt doctiſſimi poetæ conformatio intelligatur: In ſecundo Antiatis libro talis perſcripta eſt fabula: Numam illum regem, cùm procurandi fulminis ſcientiam non haberet, eſſetque illi cupido noſcendi, Egeriæ monitu caſtos duodecim iuuenes apud aquam celaſſe cum vinculis, vt cùm Faunus & Martius Picus ad id locorũ veniſſent hauſtum, (nam illis aquandi ſollemne iter huc fuit) inuaderent, conſtringerent, colligarent. Sed quo res fieri expeditius poſſet, regem pocula non parui numeri vino, mulſoque compleſſe, circaque acceſſus fontis inſidioſam venturis oppoſuiſſe fallaciam: illos more de ſolito bibendi appetitione correptos ad hoſpitia nota veniſſe: ſed cùm liquoribus odoratis offendiſſent fragrantia pocula, vetuſtioribus antepoſuiſſe res nouas, inuaſiſſe auiditer, dulcedine potionis captos hauſiſſe plus nimio; obdormiuiſſe factos graues. tum biſſenos incubuiſſe ſopitis, inieciſſe madidatis vincula: expergitosque illos ſtatim perdocuiſſe regẽ, quibus ad terras modis Iuppiter poſſet ſacrificiis elici: et accepta regem ſcientia rem in Auentino feciſſe diuinã, elexiſſe (f. elicuiſſe) ad terras Iouẽ, ab eoq; quæſiſſe ritum procurationis: Iouem diu cunctatum, expiabis, dixiſſe, capite fulgurita; regem reſpondiſſe, cæpitio: Iouẽ rurſus, humano: retuliſſe regem, ſed capillo: deũ contrà, anima: ſubieciſſe Pompilium, piſcis: Tunc ambiguis Iouẽ propoſitionibus captum extuliſſe hanc vocem: decepiſti me Numa: nam ego humanis capitibus procurari conſtituerã fulgurita, non capillo cæpitio. quoniam me tamen tua circumuenit aſtutia, quẽ voluiſti, habeto morem; & his rebus, quas pactus es procurationem ſemper ſuſcipies fulguritorum. Hæc ille. ex quo vides procurare & expiare ſæpe idem valere. & expergitus pro expergefactus, de quo ſuprà. Iam verò Virgilius nonne his gemina prorſus attulit?

Pergite Pierides, Chromis, & Mnaſylus in antro
Silenum pueri ſomno videre iacentem,
Inflatũ heſterno venas, vt ſemper, Iaccho.
Serta procul, tantùm capiti delapſa, iacebant,
Et grauis attrita pendebat cantharus anſa.
Aggreſſi (nã ſæpe ſenex ſpe carminis ambo
Luſerat) iniciunt ipſis ex vincula ſertis etc.

Sic puto ingenium ac diligentiam Maronis patefieri poſſe. Huc etiam pertinent Sileni Alcibiadis. Alcibiadi ille Silenus à Platone egregiè fingitur Socrates. Ceterum ab Horatio dicitur Bacchus eſſe Satyrorum doctor: libr. 2. od. 19. his verſibus:

Bacchum in remotis carmina rupibus
Vidi docentem, credite poſteri;
Nymphasque diſcentes, & aures
Capripedum Satyrorum acutas &c.

ſed & hoc optimè. nam vt Silenus, ita et Bacchus ebrius ſemper fingitur; quorum pectora nempe fuerint madida & plena doctrinis præſtantiſſimis. itaque locus ille Horatii explicandus mihi videtur. Iam cur Satyris attribuantur aures acutæ & longæ, perſpicuum eſſe puto. nã id auditoribus maximè eſt oportunum & vtile. Verùm ſatis euagatum. redeamus domum. Apud Plaut. Ciſtell. inuenio puellæ nomen Silenium, quod ad hanc rem facit vel maximè. vide & Satyra. 144, 18.

Silentia noctis, ambitu pereleganti, pro nocte.ita Catull.tacentem noctem: Virgil. ſilentem dixerunt. idem lib. 2. Æneid.

— tacitæ per amica ſilẽtia lunæ. 122, 21.

Silvae ferarvm, in quibus ferarũ ſunt luſtra ac domicilia.mira dictio,non abſimilis illi,ſpeculum oris, de quo infra. Sol cæli &c. 154,27.

Silvestris mvsa. imitatus Virg bucolico:

Siluestrem tenui muſam meditaris auena.
126,22.

Silvifragvs. epitheton venti. ita alibi fluctifragum litus. 9,27.

Simvl,pro ſimul ac,aut ſimul atque. Cic. ad Att.Simul aliquid audiero, ſcribam ad te. Varro:Sed nos ſimul in ſummã ſpeculam peruenimus. ita lego apud Non.Specula.Horat.ſerm.1.

Quæ ſimul inuerſum contriſtat aquarius annum.
4,11.&c.

Simvlacra belli.Liuius lib.29. Quo die venerunt, hoſpitio comiter accepti. poſtero die terreſtrẽ naualemq́ue exercitus non inſtructos modo,ſed hos decurrentes, claſſem in portu ſimulacrũ & ipſam edentem naualis pugnæ oſtẽdit.&c.ſimulacra crebar. 37,17.46,11.

Simvlacra sev imagines,figvras et formas vocat poëta ea quę Cati⁹ philoſophus ſpectra teſte Cic. Epicurus vocabat εἴδωλα, καὶ τύπους,et vt videtur ὄγκους: etſi ὄγκοι etiam pro ipſis corpuſculis accipi poſſint. De his ita eleganter Appuleius apolog. 1. Cùm, vt ait Epicurus, profectas à nobis imagines, velut quædam exuuiæ iugi fluore à corporibus manantes,cùm læue aliquid et ſolidum offendunt, illico reflectantur; & retrò expreſſę controuerſim reſpondeant etc. vide hîc totum librum 4. & maximè pag.109.& 135,23.Eo pertinet illa Caſſij ad Brutum conſolatio,quam Plutarchus in vita Bruti expoſuit: ὑμέτερος οὗτος, ὦ Βροῦτε λόγος,ὡς οὐ πάντα πάσχομεν ἀληθῶς,οὐ δ᾽ ὁρῶμεν &c.veſtra,inquit,hæc eſt ratio, Brute, nõ omnia nos percipere, vereq́uę videre &c. ſic enim ibi leg. & vertendum eſt. malè alij, noſtra ſeu ἡμέτερα.Caſſius Epicuri ſectator eiusq́ue rationum defenſor Bruto Academico ſuadet nullum tale viſum ei obici potuiſſe, nihil inquam vidiſſe Brutum: ſed vt in ſomniis apparent neſcio quæ viſa interdum , ex eo quod animus ea ſibi fingit,cùm reapſe tamen non ſint: item Bruto accidiſſe iſtud. nihil ergo timeret Brutus. Volunt Academici obici nobis ſæpe viſa quædam & ſpectra, quæ an vera ſint an falſa; aut inquam ea quidquam ſint,illi ambigunt: Epicurei nihil tale fieri poſſe contendunt:certiſſimos eſſe ſenſus,nihil iis accidere , quod non ſtatim ita ſit, & eſſe ſciant. Brutum porro fuiſſe Academicum , Caſſium Epicureum ; præter Plutarchum, locupletiſſimus eſt teſtis M. Cicero, multis in locis. Ita ergo intelligi debet ea Caſſii conſolatio, non rectè,vti puto,ab doctiſſimis Plutarchi interpretibus accepta . Id facilè videbunt qui in Epicuri rationibus , quas noſter poëta diligentiſſimè explicatas conſeruauit , non erunt prorſus hoſpites.vide totum lib.4.& 185,1 &c.

Simvlatvm, ſimile, alibi adſimulatum, pro ſimilatum. 22,23.

Singillatim. Lucil.lib.19.

Sic ſingillatim noſtrum vnuſquisque mouetur.
apud Non. 110,31.

Singvlariter, contractè ſinglar. vide Syncope. 227,22.

Si non, niſi. Grec. εἰ μὴ expreſſit, vt alias particulas multas. 37,15.

Sis,pro ſuis,Feſt.Sos.! 105,23.

Sistere, abſolutè, pro conſiſtere, permanere , eſſe. vide & conſtare,& ſtare. Cicer.5. Verr. Qui remp. ſiſtere negat poſſe , vi ad equeſtrem ordinem iudicia referantur. 32,30.24,7.

Sitvs, funebris vox. Cicer.libr. 2. de leg. 101,17.

Sitvs de quacumque re dicitur. Horat. lib.3.od.10.

Audis quo ſtrepitu ianua, quo nemus
Inter pulcrą ſitum tecta remugiat Ventis.

vbi tamen ex vetuſtiſſimo libro ſa-

rum(ſic enim ibi dicente)malim,14,13. 119,3.

SMYRNA. ita antiqui myrrham ſæpiſſ. vocatunt. Horat. murrheum crinem. vt v.c. Athenæus lib.14. τῷ δὲ τοῦ μύρου ὀνόματι πρῶτος ἀρχίλοχος κέχρηται λέγων:

οὐκ ἂν μύροισι γραῦς ἐοῦς ἠλείφετο.

καὶ ἀλλαχοῦ δ᾽ ἔφη:

ἐσμυρισμένας κόμας καὶ στῆθος ὡς ἂν γέρων ἠράσσατο. μύρρα γὰρ ἡ σμύρνα παρ᾽ αἰολεῦσι, ἐπειδὴ τὰ πολλὰ τῶν μύρων διὰ σμύρνης ἐσκευάζετο, ἥ γε στακτὴ καλουμένη διὰ μόνης ταύτης. Frequens apud Dioſcorid. Plin. & etiam Theophr. lib. 4. ſmyrnæ eſt mentio Hinc C. Heluius Cinna Ciia etiã ſcribend. vbique, nõ Ælius quod nomen malè ſemper acceptũ fuit. nã & imp. Heluius Pertinax vulgo Ælius, & Heluius. Mancia apud Quinctil. lib.6. & Valer. lib. 5. vulg. Helmius, Ælius ſcribitur) C. igitur Cinna elaborato poemati ſuo quo miſerã Myrrhæ libidinem deſcribetet, Smyrnæ fecit indicem. quod ex vno eius verſiculo qui eſt apud Priſc. lib. 6.

At ſcelus inceſto Cinyræ creſcebat in aluo: deprehendi. Cinyras enim Myrrhæ fuit patet Ouid. 51,30.

SOL FONS CALORIS ac luminis largifluus à poeta dicitur, quod ſine dubio ab Heraclito accepit, qui vt Macrob. lib. 1. in ſomn. Scip. cap. 20. commeminit, ſolem lucis cæleſtis fontẽ appellitabat. 167,6.

SOL CAELI, vt ſidera cæli, mundi: ſiluæ ferarum &c. 152,16.

SOLES pro æſtu. Horat. ep. 2.

Sabina qualis, aut perusta ſolibus
Peruincit vxor Appuli. —

Græcis quoque τὸ ἥλιοι idẽ ſonat. 156,14.

SOLES pro diebus. ita Virgil. Moeri:

— ſæpe ego longos
Cantando puerum memini me condere ſoles. et:
Tris adeo incertos cæca caligine ſoles
Erramus. — vide Seruium. 232,14.

SOLA TERRAE. ſolum terræ dixit vt Homerus οὖδας τῆς γῆς. Ennius lib. 3.

Tarquinio dedit imperium, ſimul & ſola regni. & alibi:

Sed ſola terrarum poſtquã permenſa parumper. & apud Cicer. idem Ennius:

Auſpicio regni ſtabilita ſcamna, ſolũque.

Arnob. lib. 2. excauate alia telluris ſola, in foſſilibus foueis iuſtamina ſibimet et cubilia præparare. Catull. de Berecynthia & Att. Etiã recente terræ ſola ſanguine maculans. 54,23. 188,28. 189,2.

SOLA LOCA, ſic veteres omnes vocant loca deſerta, infrequentia, quæ nemo inhabitet, ſed hoc promtũ eſt. Nepos in Eumene. Sin per loca ſola contenderet, ſperabat ſe imprudẽtẽ hoſtẽ oppreſſurum. In eadẽ vita, vt hoc vno admoneã verbo, ita leg. eſt. Hic in Paræracis cum Antigono conflixit, non acie inſtructa. ſed in itinere; eumq; malè acceptũ in Mediam hiematũ coegit redire. ſic planiſſ. in v.c. ſcriptũ erat. opt. in Paræacis, id eſt, in regione Parætacænæ, de qua Strabo. Steph. Plin. omnes. vulg. hic; in par ætatis quod certè alieniſſimũ eſt. nã annos iã habebat Eumenes ferè quadraginta, vt de ætate non debuerit fieri mentio. Sed hæc extra rem. Teren. ſolas terras dixit in Phorm. Virg. in ſolis nemoribus, ſola acta, montibus. Salluſt. ſolis viis. Auſon. ſolas oras dixit his verſib.

Quis fuit ille dies? non omnis longior ille eſt,
Attica quẽ docti collegit cura Metonis?
Deſertus vacuis, ſoliſque exerceor oris.

Verùm nequid erres lector, aliter ibi peruulgatũ eſt. id quod nos adducim⁹, debetur. P. Pithœo viro omnis antiquitatis calidiſſimo. 26,6 & 25. 206,24.

SOLICITARE, nihil eſt aliud quàm loco ſuo permouere. Solum enim quin locum ſignificet quis dubitat? inquit Donat. in Heaut. cuius hæc ſunt verba So licitos habui) variis officiis & miniſteriis diſtinctos, nihil ſignificantius dicere potuit. quid enim aliud eſt ſolicitare, quàm ſuo loco mouere? Solum autem quin ſignificet locum, quis dubitat? cùm exſules quoque dicantur ſolo patriæ ſuæ pulſi. Solicitos igitur habuit omnes domeſticos, qui hinc & inde ad miniſtrandum deſtinabantur.

Hæc

Hæc Donatus ad verbum ſumpſit ex Sex. Pompeio: Solicitare, inquit, quidam dictum putant, &c. Solicitare igitur motum in ſe continet; ſuiſque ſedibus quid emouere, valet. eaque vera huius verbi & prima eſt notio. Tibull.

Et tenet am ferro ſollicitauit humum.

ita Lucilius vſus eſt lib. 27.

Non cum benignitate ſollicitariet

Propoſito. vide Eadem vna. & Ennius lib. 15.

Hiſtri tela manu iacientes ſollicitabant.

ita Virgil. 12. Æneid.

—nequidquam ſpicula dextra

Sollicitat. elegantiſſimè Ouid. dixit ſtamina ſollicitare pollice, & arcu ſollicitare feras. 66,10.153,20.

SOLLICITVS, inquietus, mobilis, celer. ita Terēt. Heautont. Solicitos habui, id eſt, exercui eos. vide ſolicitare; & hæc princeps huius verbi vis eſt ac poteſtas. Virgil. 4. georg.

Vt mare ſollicitum ſtridet refluentibus vndis. 11,31.96,5.226,25.231,12.

SOLIDA vocat poëta corpuſcula prima. Epicurus πλήρη. Cic. in Lucull. Leucippus, inquit, plenum & inane. idē enim ſonat quod plenus. hinc quod Virg. 5. Æneid.

—& plena ſupplex veneratur acerra.

Prudentius (qui à Marone mutuatur multa) id extulit Apoth:

Nemo Cloacinæ aut Eponæ ſuper aſtra deabus

Dat ſolium, quamuis ſolidam perſoluat acerram.

ea ſcriptura videtur mihi veriſſima. exſtat in libris v. nihil ergo mutandum. de Epona ſtabulorum & equorum dea non eſt dicēdi locus. Non poſſum quin eiuſdem Chriſtiani poëtæ (cui quātum hæc commentandi ratio patitur, ſedulò interdum operam dedimus) proximos verſus adſcribam, vt in vet. lib. exſtant, eoſque ipſe legendos putem:

Conſule & hircoſus Cynicus quos ſomniat, & quos

Texit Ariſtoteles torta vertigine neruos.

optimè. impuri erant ac fœdi Cynici: neruoſi & in diſputationibus firmiſſimi ac acerrimi Peripatetici. hinc Cic. quid Ariſtotele neruoſius? 16,14.

SOLIS, ANNI LVSTRA. ita eleganter annos ſolares expreſſit. 10,31.177,18.

SOLSTITIVM doctiſſ. poëta appellat τὴν θερινὴν τροπὴν, vt brumā τὴν χειμερινὴν. hoc omnes veteres ſeruarunt, à minoribus deprauatū. Cic. l. 2. de natur. deor. ſolis acceſſus diſceſſuſque ſolſtitijs, brumiſque cognoſcitur. ſic & Virgil. dixit ſolſtitia eo verſu lib. 1. georg.

Humida ſolſtitia atque hiemes optate ſerenas. 167,26.

SOLIVM vas balnei. Feſt. ſella. leg. puto ſolia. vt Ancillæ, remillum, rauillæ, & ceſullæ. vbi alterum l in i mutandum eſt meo quidem iudicio, vti in Nonsa l C. Cæſarem dicemus. 219,13.

SOLVM pro pede, ſeu imo pede potiùs. Cicer. Tuſculan. lib. in epiſt. Anacharſis ad Hannonem: Mihi amictus eſt, Scythicum tegmen; calceamentum, ſolorū callum; cubile, terra. Varro lib. 2. de re ruſt. vbi de canibus: ſolo inquit, ne vt corneo, ne vt nimium duro. Feſt. Solea à ſolo pedis. 30,5.108,8.

SONERE pro ſonare. Nonius adducit Attium, Pacuuium, Ennium, & Lucret. ita tonere, &c. dicebant antiqui. 78,5.100,31.

SONOR. ſic alibi canor. apud Nonium Soni, lego: ſoniti, & ſonu, pro ſonitus, & ſono. 21,12.125,32 231,12.148,32.

SORDI pro ſorde. vt orbi, parti, vrbi, colli, &c. 234,2.

SORSVM f. pro ſeorſum, vt vemens, probeat, &c. 92,32.93,1.

SPATIVM AMORIS, elegātiſſ. curriculum & ſtadium amoris. id enim ſpatium veteribus etiam valere notiſſimum eſt. 145,13.167,26.197,9.

SPECIES pro ἐπιφανείᾳ, vel inſpectione. idē ferè quod facies. de quo Agell. alibi etiā vocat nitorem. Cicer. Arato:

Conſimili ſpecie ſtellas ſimilique nitore,

& pro αὐγείᾳ. 38,3.79,31.130,12.166 11,& 21.170,18.171,4.

SPECIES pro oculis ſeu adſpectu, & viſus

vi poſuit. hoc autẽ ad exemplum Grçci fecit ſermonis, vbi ὄψις etiã ita variat. 115,20,& 25.166,11.

SPECIMEN, argumentum, indicium, ἐπίδειξις. pereleganter vſus eſt. alibi vocat exemplare. 114,25.154,12.

SPECVLVM AERIS f. pro ſpeculo æreo. ex ære, & poſtea ex argento ſolẽt fieri ſpecula. Plin. lib. 33. cap. 19. Speculum autem æris dixit, vt Græc. τραπέζαν κάτρου, &c. 113,14.

SPECVLVM ORIS. ſic videtur appellaſſe ſpeculum, quod vſitatè & abſolutè plerumque ſpeculum dicitur, quo ora ac facies animantium rerumque reddun-tur. cęteroqui ſpeculum generale nomen eſt, vt ſpeculum vitæ, ſpeculum naturæ. omne inquam id ex quo quid (vt ita dicam) ſpecitur: conformatum vt ferculum, etſi locus hic de mendo ſit ſuſpectus. 113,4.

SPISSESCERE, cogi, concreſcere. ita Næuius forteſcere, &c. 199,28.

SPLENDIDVS propriè eſt lucidus, clarus. hinc noſter ſolem, oculos, ſidera, &c. vocauit optimè & puriſſimè ſplendida. & Horat. ſplendidam bilẽ. tribuitur quoque humori ſplendor à poëta noſtro, vt aquæ, ſudori. & Virg. dixit:

—ſplendet tremulo ſub lumine pontus.

Id ideo fortaſſe quòd vt lumen à poëta noſtro liquidum ac fuſum dicitur, ita contrà liquor ſeu humor ſplendidus; ſitque mutua inter ea tralatio, vt in volare, alijſque multis alibi diximus. 114,27.231,14. &c.

SPOLIVM ANIMANTIS, pellis. propriè & elegantiſſimè. 100,4. 178,9.

SPVMIGER SVS. ſic alibi ſetiger. 179,8.

SQVALIDVM, aſperum. vide Agell. 50, 27.

SQVALOR læuori ἀντίθεται, vt τραχύτης λειότητι, optimè. à ſqualus. vt æquor ab æquus. niſi à verbo malis cum Eutyche. vide Agellium, & Nonium. 49, 16.

STACTA vnguenti genus optimum, quod ex ſola myrrha temperari ſolet, teſte Athenæo lib. 14. dipnoſoph. 62,21.

STARE, pro eſſe. ita Græc. ἕστηκεν ἀντὶ τοῦ ἐστι, ſæpe. vide & conſtat, exſtar. 18,28.

STATVS PACATI AERIS. ita egregiè vocat ingenium nec feruidum nec frigidum nimis, ſed ijs interiectum, moderatum ſcilicet, in quo aër & calor ſit temperatus. fortaſſe poëta reſpexit ad Ennij ſui ſtatam formam, de qua in noct. Attic. 82,13.

STELLANS CAELVM dicit, vbi ſereno cælo ſtellant, id eſt, lucent ſidera ac ſtellæ. heroicè profectò Maro lib. 7.

Aurea nunc ſolio ſtellantis regia cæli
Accipit. 114,24.

STERILVS, antiqu. Feſt. vt ſublimus, &c. 62,19.

STINGVERE. monui iam ſæpe veteres verbis originis & verbis non iunctis vſos eſſe plurimis. in his eſt ſtinguo pro extinguo, vſum eo Cicer. Arato monuit etiam lib. 10. Priſcianus. verſus Marci ſunt iſti:

Quem neque tempeſtas perimet, neque longa vetuſtas
Interimet, ſtinguens præclara inſignia cæli.

& in prognoſticis:

Vt cùm luna means Hyperionis officit orbi,
Stringuntur radij cæca caligine tecti.

22,2.62,2.

STIPATVS, denſatus. vide Feſtum. 21,32. 38,9.

STRATA VIARVM, vię. vt ſtructa & exſtructa domorum, vtuntur omnes poëtæ, minores ſtratam etiam ipſam viam nominarunt. auctores ſunt libri iuris. & Procop. lib. 2. de bell. Priſc. ſimiliter & Horat. l. 4. od. 12. —amaráque

Curarum eluere efficax.

& l. de arte poët. —ſi forte neceſſe eſt
Indicijs monſtrare recentibus abdita rerum, &
Fingere cinctutis non exaudita Cethegis:
Continget, dabiturque licentia. &c.

ſic enim eum locum ex libro quodam peruetere ſcrib. & interpungend. puto. Continget, elegantiſſ. abſolutè, non male cadet: aut, iungetur cum licentia. In eodem

eodem lib. v. Verum operi longo fas eſt obrepere ſomnum. Eodem quoque in lib. verſus hi aliter quàm vulgo interpuncti ſunt:

—hæ nugæ ſeria ducent
In mala deriſum ſemel exceptumq́ue ſiniſtrè,
(Vt mala quē ſcabies aut morbus regius vrget,
Aut fanaticus error, & iracunda Diana)
Veſanum tetigiſſe timent, fugiuntq́ue poëtam
Qui ſapiunt, &c. & mox:
Hic dum ſublimis verſus ructatur.

id eſt, elat⁹, tumidus, & Suffenus quaſi. τὸ ſublimes, quod in vulg. eſt, vix Latinum puto: ſed hoc iam Canterus noſter monuerat. reſpondet τῷ ſublimis optimè quod adiungit poëta, decidit in puteum. ibid. v. [illegible] l. Qui ſcis an prudens huc ſe proiecerit. Prudent. quoque ita dixiſſe videtur, inſignia regum: niſi per inſignia ipſos accipias reges. verſus Chriſtiani poëtæ ex l. I. in Symmach. ſunt iſti:

Aſſiſtunt etiam priſcorum inſignia regū,
Dux Italus, Ianuſque bifrons, genitorq́ue Sabinus,
Saturnuſq́ue ſenex, maculoſo & corpore Picus.

ita vetus liber rectiſſimè. vulg. Tros Italus. non rectè: nam de antiquiſſimis Italiæ regibus agit, vt Saturno, Pico, Iano, Sabino, Italo. eumq́ue optimè appellat vt principem auctorem nominis terræ Italiæ. 11,3.

STRIDO. ita vido, claudo & claudeo, &c. dicebant. de quibus egregiè Priſcianus. 16,14.

STRINGERE ſæpe idem valet quod deſtringere, deradere, auellere. itáque Virgilius 9. egloga:

—hic vbi denſas
Agricolę ſtringunt frondes, hîc Mœri canamus.

aliiſque multis in locis. Stringere etiam oculos apud Valerium inueni libro 2. de maieſtate Marij: Sed claritate viri occæcatus, abiecto ferro, attonitus inde ac tremens fugit: Cimbrica nimirum calamitas oculos hominis ſtrinxit, &c. ita enim vet. codex habebat planiſſimè. & hinc perſpicuum eſt perſtringendi verbum id etiam valere. de quo vide & Nonium. 16,14.

STRINGOR A QVAE, vt rigor, pro frigore, quòd dentes perſtringat. mira nominis conformatio. 94,30.

STVPPA. Feſtus. Seruius etiam ſtipa ait dici epiſt. ad lectorem. 221,29.

STYMPHALA, orum. Stephanus ait Stymphalum vrbem eſſe Arcadiæ, campum, & fontem: vrbem & maſculino & feminino genere dici. Plin. vrbē etiā neutro genere poſuit, ſi modò emēdati ſunt codices. at noſter multitudinis numero & in neutro genere dixit Stymphala, orum, pro campo ſeu lacu agriſue vrbi circumiectis. vt Iſmara hîc & Virg. Propert. Boſpora. 149,17.

SVAPTE abſolutè, pro ſua vi & ſponte. 217,32.

SVAVIDICVS. ſic Cic. veridicus. Plautus, vanidicus & blandidicus. 113,28.

SVADERE. vide ſuēre. tetraſyllabum. Catullus ad Ortalum: Condita quin veri *pectoris euolüam. 114,16.

SVAVILOQVVS. vide ſuauiloquēs. 52,23.

SVAVILOQVENS CARMEN. ita Enn. ſuauiloquenti ore dixit Cethegum: ſed hic in q. l. erat ſuaue loquenti. vt apud Virgil. ſuaue rubens hyacinthus. vide tamen Omnituentes. dixit etiam ſuauiloquus vt Plautus. Cicero grandiloquus, & tamen grandiloquentia, quo idem vtitur Tullius, à grandiloquens manare videtur. ſic & beniuolus vulgatiſsimū eſt: beniuolens tamen veteres etiam dicebant. Cicer. lib. 2. vet. reth. extremo: Pietas per quam ſanguine coniunctis, patriæque beniuolens officium, & diligens tribuitur cultus. ita eum locum reſtituo. vulg. peſſimè, patriæque beneuolis. quid hoc ad rem? in patria & ſanguine coniunctis numeratur pietas, vt pluribus locis Cic. ita Pruden. dixit incruens, peri ſteph. de Laurent.

Sed martyris Laurētij nō incruēte prœlio.

ita

ita v.l.ibi & opulens dicebant. Cornel. Nepos in vita Chabriæ: neque animo æque pauperes alienam opulentium intuuntur fortunam. ita v.c. rectè. 108, 28.

Svavis. nomen eſt diſyll. hinc ſuauium pro oſculo deducũt vulgo. non vt opinor, rectè. nam in antiquiſſ. libr. Plauti, Ter Hor. Priſc. &c. ſauium conſtanter ſcriptũ exſtat. atq; ita prorſus ſcribend. puto. iudicent doctiores.

Svbare, vel ſubire. Feſt. ſuillum. hîc pro ἰδίως ad homines tralatum. 145,16.

Svbcavvs. hîc τὸ ſub auget, vt apud Prudent. ſubtacitus. 211,25. 215,23.

Svbditare stimvlvm. Liuius libr. 6. dixit ſubdere. 213,8.

Svb divo. vide ſuprà, Diuus. Nepos in Pauſania: Quo faciliùs ſub diuo interiret. ita v. rectè. & Horat. lib. 3. od 2.

Vitamq́ue ſub diuo. — ita enim vetuſtiſſ. codex habebat.

Svccidere artvs. ita Plaut. tenebræ oboriuntur, genua ſuccidunt. 78,5.

Svbiectare, ſurſum iacere. Virgil. lib. 12. Æneid.

— aut corpora ſaltu
Subiciunt in equos. —

vide Nonium. 216,9.

Svbigere, cogere, impellere. verbũ egregium, omnibusque veteribus familiare. Virg. Ciri:

Nec leuis hoc facere, neque enim pote, cura ſubegit.

ſic enim ibi leg. puto. te ob inciſum produxit; vt in eodem poëmatio:

Credere, quàm ſcelere tanto damnare puellam?

vide & Nonium. 217,14.

Svbivngere vno. pro vni ſubiungere, iungere & ponere ſub vno. duo inquit illa vocabula animæ & animi idem ſonent, idemq́ue valeant. Hîc autem, vt alibi monuimus, præpoſitio iũcta eundem habet caſum quem non iuncta: vide & Adiacere. ita & inſtare, quarto caſui ſolet iungi ab antiquis. Cornelius Nepos in Eumene: Neque eo magis ex prœlio exceſſit, ſed acriùs hoſtis inſtitit. ſic enim v.c. habet optimè. vulg. hoſtibus. in qua Eumenis vita ex v.c. ita etiã legend. puto: Tenuit autem ſe vno loco, quãdiu hiems fuit, quod caſtra ſubſidio habere non poterat. vulg. ibi peſſimè. ita verò & Virg. illud è lib. 4. georgic. defendi poteſt vt in v.q. exſtat:

Frigidus vt quondã ſiluas immurmurat auſter,

vbi vulg. ſiluis. Aut, certè vno, antiq. dictum erit, pro vni. vide vno. 86,14.

Svblime. vt apud Virgil. immane, id eſt, immaniter. 42,21. &c.

Svblimvs. Priſc. & Non. Salluſt. libr. 3. ſublima nebula cælum obſcurabat. ſic ſterilus, hilarus. et c. 11,28.

Svbesse, latere, intus & infrà eſſe: nouè & tamen vſitatiſſimè ac propriè. Plancus ad Cic. lib. 10. ep. Sed non poſſum non exhorreſcere, ſi quid intra cutem ſubeſt vulneris, quod prius nocere poteſt, quàm ſciri, curariq́ue poſſit. Virgil. etiam omnis antiquitatis fons vbertimus lib. 2. vbi de ſilueſtribus agit ſtirpibus:

Quippe ſolo natura ſubeſt. —

in quo libro, vt verbo, hoc antiquitatis veſtigium reprimam in doctiſſ. poëta, ita leg. puto:

Illa ferax olea eſt: illam experiere colendo. &c.

ſic habent libri veteres. & ita omnino legit Nonius: ait enim hîc Virgilium ſextũ caſum pro patrio poſuiſſe. 81,26. 82,5.

Svboles. non ſcribo quidem ὀρθογραφικῶς; reprimere tamen, meq; continere non potui, quin teſtatum relinquerem, hanc vocem vulg. perperã ſcribi, ſoboles, cùm in v. libris Lucret. Cic. Virg. Horat. Prudent. Pandectis Flor. Feſto, aliorum denique omnium, ſuboles, ſcriptum inuenerim. eamq́ue ſcripturam, notatio ipſa confirmat planiſſimè, nam ab oleſcere et ſub deductum eſt, teſte Feſto: vt adoleſcens, ab ad & oleſcere, id eſt, creſcere. neque ignoro harum literarum v & o magnam inter ſe olim fuiſſe permutationem: adeo vt omnino conſentiã illis qui adoleſcens veteres etiam ſcripſiſſe

adfir-

adfirmāt,libris vet. ei liquidò atteſtantibus: verùm in ſuboles nen idem admiſero, cùm veteres libri conſtanter repugnent. Hæc leptologemata ſunt, & ab aliis etiam admonita. ſcio. ſed ſæpe cogimur & minuta & ab aliis tractata inculcare. 146,17.&c.

Svbortvs, us: vt exortus &c. eleganter ſuboriri, in alterius locum oriri & exiſtere. 188,1.

Svbsidere verbum eſt ad res Veneris pertinens.femina dicitur ſubſidere.alibi ſuccumbere.Horat.epod.16.

Mirus amor,iuuet & tigres ſubſidere ceruis. in quo carmine ex v.l.leg.puto:

Eamus omnes execrata ciuitas. & mox:

Nos manet oceanus circumuagus arua beata:

Petamus arua &c. —— circumuagus arua venuſtè & antiquè. ſolent veteres verbi caſum ſæpe cognato adiungere nomini. & oceani certam partem indicare ſine dubio voluit poëta,nempe mare Atlanticum, vbi fortunatæ ſunt inſulæ. 141,15.

Svbsternere, efficere, ſubicere,comparare.tralatè. Arnob. lib.5. Deinde ſi illi rationis alicuius, & religionis metu myſteria illa conuoluere tenebroſa obſcuritate noluerunt;quantum nobis audaciç eſt,vt quod illi noluerunt,vos velitis intelligere;vos ſcire & cunctorum ſubſternere nationi, quod illi fruſtra verbis minus verum ſignificantib.occuluerunt. Atq; ita ferè Valerius, etſi hoc turpius quid ſonet:Spernis quos genuiſti,nubis effeta. teſtamenti ordinē violenti animo confundis: neque erubeſcis ei totum patrimonium addicere, cuius pollincto iam corpori marcidam ſenectutem tuam ſubſtrauiſti.ergo dum ſic te geris &c. eleganter ibi pollinctū corpus ſenis iam decrepiti & capularis dixit,ſic enim eum locum ex v.c.non male,vti puto,reſtitui.nam vulgatum polluto quid ad rem ? neque enim inquinarum et pollutum corpus, ſed ſenectute confectum , & iam propè ſepultum dixit grauis ille ſcriptor. & vtro tum illud de Septicia iudicium Augusti reſtituam,ſic lego ex v.c.Publicio ſeni admodum nuper teſtamento etiam vtroque præterito.A quibus aditus Diuus Auguſtus & nuptias mulieris, & ſuprema iudicia improba,quia nō creādorum liberorum cauſſà coniugiū interceſſerat,virū retinere vetuit. 36,29.

Svbtexere. ita & Virgil.3.Æneid.fumo cælum ſubtexere. 164,4.209,14.

Svapte. duo ſunt loca in hoc poëta, in quibus hoc Suapte reperitur ; verùm lege de peregrinis eiectum à Dionyſio Lambino. ego tamen libros omnes veteres ſequor,dū meliora didicero.multa Titi ſunt ſua, adeo vt dixerit fortaſſe ſuapte, pro ſua ſponte.multæ etiam veterum ſunt conciſæ locutiones hodie ignoratæ. quidquid ſit, ampliandum potius quàm damnādum iſtud Suapte cenſeo. 34,11.217,22.

Svbtvs. 34,11.221,14.

Svbvs,ſuibus. ita loquebantur ſæpe antiqui,vt & bubus.Varro lib.1.de re ruſt. cap.38. Ego arbitror præſtare ex auiariis turdorum ac merularum quod non ſolum ad agrum vtile, ſed etiam ad cibum, ita bubus, ac ſubus vt fiant pingues.ita ibi leg.ex v.c. Feſtus etiam Suculas hac voce vſus eſt. 224,27 & 30.

Svccedere,adſcendere. vt Virg. de oppido in monte poſito:

—— paruæ ſuccedimus vrbi.

92,9.206,30.

Svccedere soli,pro ſubire,& ſuccedere ſub ſolem. 157,16.

Svccinctae canibvs Scyllae. ita & Cicer. Virgil.id imitatus eſt. 176, 11, & 12.

Svccvrrere; vt alibi , ſuccedere ſoli. 172,13.

Svdare,perelegantèr; pro humidū eſſe. ita alibi,Flere. 6,23.223,28.230,6.

Svdor,pro humore. 50,23.143,9.210,1, 213,29.

Svere,triſyll.vt alibi Sūadere, tetraſyll. 64,13.119,25.175,31.

Svfficere,ſubminiſtrare. 95,9.

Svlcvs,pro natura mulicbri.alibi aruum vocat,

vocat, à Varrone in lib. de re ruſt. porca eodem ſignificatu dicitur, Ariſtoph. χοῖρος, Arnob. ſcrobs. hinc τὸ μύρον viri vomerem vocat. 147,25.
SVMERE verbum eſt dialecticorum vt apud Græcos λαμβάνειν. id valet ponere aliquid ſibi & ſuo quaſi iure tanquam firmum certumque ſumere. noſter etiam arripere dixit. Cicero etiam ſuas illim ſumptiones, id eſt, λήμματα conformauit. 53,10.
SVMMA. pro numero certo. 46,26.
SVMMA, τὸ πᾶν: quæ & ſumma ſummarum. 30,31.52,7.31,5.153,21.
SVMMA SVMMARVM. aliâs ferè ſummam vocat. 159,27.
SVMMA SVMMAE. 215,20.
SVMMA RERVM. τὸ πᾶν. 45,22 et 29.24,28.
SVMMA RERVM, AC MINIMA, pro ſumma ſeu maxima re & minima. quo loquẽdi modo ſæpe vtũtur Græci. 20,12.
SVMMATVS, vt primatus: ſummates, principes. Fulgent. 184,6.
SVMMITTERE, efferre, producere, procreare. quod certè annotatione fuit dignũ. in quo Sub idẽ valet quod in Subiecta re alibi diximus. ita Virg. eclog. 10.
Quantum vere nouo viridis ſe ſubicit alnus. i. creſcit. 1,16.7,9.163,31.219,31.
SVMME, valde. 111,6.
SVMMVM CORPORIS. ita vocat τὰ ἔξωθεν τοῦ σώματος, id eſt extremitatem corporis. ſi modò vera ſit ſcriptura. nam aliâs ſummum corpus ſemper dicit: atque etiam legend. puto. Tacitus tamen ſumma nauium dixit. 230,23.
SVPER AEQVORA. ita Enn. apud Macrob. lib. 6. cap. 1. nauis labitur ſuper vndas.
SVPER, deſuper. 164,7. (186,27.197,24.
SVPER dicebant veteres, pro ſuperus, multaque alia ſimilia. Cato de re ruſt. Prato ſicco decedat, vbi prius florere cœperit; prato irriguo, vbi ſuper inferque vicinus permittit, tum decedito &c. Similiter dixiſſe eos exter, infer, monuit Priſc. Cato: Citer agnus alligatus ad ſacra erit. exter etiam dicitur a Papiniano noſtro. & contra, Ciceroni de rep. lib. 6. proſperus. quod antiquitatis ignari circumſcribere non ſunt veriti repugnãtib. lib. vet. & Priſc. Deinde, inquit Cic. eſt hominum generi proſperus & ſalutaris ille fulgor qui dicitur Iouis. Atque ita Titus, ſuper ignis, ſuperus, cæleſtis. poſſet etiam ſuper aduerbialiter accipi, Græc. more, vt alibi infra locus & ſurſum loca. 21,19. & vide 172,11.
SVPER pro ſupra dandi caſum aliquando habet, vide præpoſitio.
SVPERA pro ſuprà, vet. vſitata particula. Cicer. Arato:
Iam ſuperà cernes Arcti caput eſſe minoris. 14,21.17,27.51,2.85;10.114,19.129,9.158,24.168,31.172,14.210,5.211,29.
SVPERA, præpoſitio antiqua, pro ſupra. Cic. Arato: Sed tantùm ſupera terras ſemper tenet ille Curriculum. ſic & Virg. locutum puto lib. 4. georg.
Illis ita modum ſupera eſt. &c. —
cùm in v. libris ferè ſit, ſuper eſt. vulg. ſupra. 85,10.202,18.211,9.210,5.
SVPERANTIOR, pro ſuperior. ita viridans, varians &c. vide participia. 160,28.
SVPERVS. 43,10 & 24 & 31.221,4 et 5.
SVPERANTEACTA AETAS. 94,9.235,8.
SVPERARE, ſupereſſe. 59,21.
SVPERARE, abundare. 173,21.
SVPERBA SCEPTRA. ſuperbus, auguſtus, magnificus. ita Virg. alii ſæpiſſ. 144,27.
SVPEREDITVS. 170,20. (184,1.
SVPERSTITIO. Lucret. videtur dicta, quod ſuperſtet, vel ſuperiſtet mortalibus horribili aſpectu, ſiue vt Seru. in l. 8. Æneid. ſuperſtitio & ſuperſtantium rerum, id eſt, cæleſtiũ & diuinarũ, quæ ſuper nos ſtãt, inanis et ſuperfluus timor. 3,7 etc.
SVPERINSIDERE, vt alibi ſuperanteactũ. 101,27.
SVPERTRE, obſeruatione dignum verbum. 105,29.
SVPPEDITARE, abſolutè, ſuppetere, vt præcipitare &c. 215,7.71,23.96,4.157.13, & 23 & 28.215,7.96,4,7.157.13 & 23 & 28.
SVRGERE, oriri. ita Virg. ſæpiſſ. 209,9.
SVRPERE, pro ſurripere, adimere, minuere. verbum hoc ita contractũ in vſu veteribus

teribus videtur fuiſſe, vt ſurgo pro ſurrigo. vtitur Horat. Quæ me ſurpuerat mihi. & alibi, vnũ me ſurpite morti. ſurpere motus, pro adimere. Sic præbere ſẽper ferè dicitur. Plautus tamẽ vſus eſt præhibere in Pſeud. Cuius mẽtio verbi facit vt locũ Cic. purgẽ de ſignis: Tamẽ tũ ſe in illo cõuẽtu c.r. dare, donare, dicare, cõſecrare Io. om. teſtẽq; ipſum Iouẽ ſuę volũtatis ac religionis perhibere. ita. v.c. opt. vulg. adhibere. & in Vlp. tit. 20. teſtimoniũ perhibetote, leg. puto. vulg. præbitote. 46,1.

SVRSVM LOCA, Græc. id eſt editiora loca vt Virg. l. 1. ignari ſumus ante malorũ. et hîc infra locus. vide et ſuper. 208,32.

SVSPENSVS, leuis. vt apud Terent. ſuſpenſo gradu. Virg. 1. georgic.

Arcturum tenui ſat erit ſuſpendere ſulco. 79,13. 181,29. 229,19.

SVSTOLLERE. Catull. de nuptiis Pelei:

Dulcia nec mæſto ſuſtollere ſigna parenti. 136,16.

SVVS ἴδιος, vt vulg. dicimus, pro prius. ſua lux notho lumini ἀπλίζεται. Ter. Eunuc. Viden os ſuum, et cibus quid faciat alienus? ita eum locũ leg. eſſe didici ab homine incredibili antiquitatis ſcientia inſigni & ad veterũ monumenta inſtauranda nato Dn. Karolo Langio. nam vel os vel oſſium quod editum eſt, quid aliud quàm riſum mouet? 172,17.

SYNCOPE. video veteres nomina multa mutilaſſe; integra tamen ſcripſiſſe, ſi fides habenda eſt vet. lib. vt hîc copulata, ſingulariter, vniuerſus. apud Horat. periculo &c. & apud Virgil. oraculum. Enn. aſpera. &c. 228,11.

T

TABES NIMBORVM, id eſt nimbi noxii & peſtiferi, eleganti periphraſi. tabes veteribus nihil aliud quàm peſtis valet ſeu pernicies. vide Feſtum. 26,13.

TABO. apud Cic. antiquus poëta: ſaxa ſpargens tabo, ſanie et ſanguine atro. 93,30.

TABIFICI RADII SOLIS, liquefacientes, τηκτικοί. Cic. lib. 2. de nat. deor. Itaque & aquilonibus, reliquisq; frigoribus adiectis, dureſcit humor; et idẽ viciſſim mollitur, tepefactus, & tabeſcit calore. vbi tamen & pro abſumi poteſt accipi. ita niuẽ tabidã dixit Liuius. & ſal tabeſcere Cato. hæc vulgo ignorantur. 217,14.

TACTILE. ſic alibi ſenſile, inſenſile. 153,9.

TACTVS ANIMI, pro animo, more Lucretiano. ponebãt enĩ philoſophi tactũ exteriorẽ & interiorẽ, corporis et animi. Cic. in Lucull. Quid de tactu & eo quidẽ quẽ philoſophi interiorẽ vocant aut doloris aut voluptatis. in quo Cyrenaici ſolo putant veri eſſe iudiciũ, quia ſentiatur. ita alibi tactus corporis, ſenſus animi, motus animi, pro animo. 68,28.

TACTVS CORPORIS, pro corpore. vt tactꝰ animi, pro animo. ſic vires agricolarum noſter poëta, & vires aceti Virgil. dixerunt. vſitatiſſimũ eſt & Virg. & noſtro poëtæ tali vti periphraſi, & Ennio principi: Olli reſpondet ſuauis ſonus Egeriaï. vide Periphraſis. 198,2.

TAMEN f. Pro tandem. Salluſt. lib. 3. Nam qui errare conati fuerant, icti ſępe ferramentis nauium: tamen aut vulnerati à ſuis, aut adflicti vndarum vi, mulcato fedè corpore, poſtremò periere. apud Marcel. Tamẽ. 54,27. 63,1. 90,18. 172,16.

TANDEM videtur poſitũ pro ſemper, etſi apud alios id nondũ legerim. idq; propterea obſeruatu digniſſ. eſt. 152,27.

TANTO MINVS, QVAM. 281,3.

TANTVM QVOD. vetus particula vulgo non ſatis nota. valet idem quod cõmodũ: vt: cõmodùm diſceſſerat, cùm adeſt. Cic. l. 15. ad Att. Hæc cùm ſcriberẽ tantùm quòd exiſtimabã ad te orationẽ eſſe perlatã &c. & l. 7. ep. ad Fab. Gallũ, 23. Tantum quod ex Arpinati venerã, cùm mihi à te litteræ redditæ ſunt. ſic ibi. v. l. habent, teſte Victorio & accuratè explicãte. Vſus eſt & Velleius l. 2. & rurſus Cic. in Verr. pro niſi: Vt quiuis intelligere poſſit, vnius hominis cauſſa conſcriptũ eſſe: tantũ quòd hominẽ nõ nominat. Hîc autẽ ponitur pro vt tantùm, vt ſolùm. 43,3.

TEGMEN CAELI. vt amictus alibi. vtitur Cic. Arato. 32,2. 56,28.

TEGMEN CORPORIS, pro corpore: tegmine ſaxi. Cic. 91,9 & 10. 92,4.

TELA

TELA æ. pro ipſo inſtrumento textorio, cui accõmodatur tela. vſus eſt hîc poeta & Tibull. lib. 1. eleg. 6. extrema.

Firmaque conductis adnectit licia telis.

Vitruu. noſtri poetæ perſtudioſus l. 10. cap. 1. Attendamus enim, &c. quemadmodum telarum organicis adminiſtrationibus, &c. vbi hunc locũ expreſſit Vlpian. cap. 70. initio, De legat. lib. 3. Lanę appellationem eatenus extendi placet, quoad ad telam perueniſſet. & cap 22. De auro & argent. Quod in tela eſt, nondum detextum: contextum appellatur. Telũ vult Lamb. contra hæc omnia, & vet. libr. 190,26.

TELA DIEI. ſic venuſtè & doctè appellat radios ſolis, quòd ijs tamquam telis in omnes partes proiectis, orbis terrarum compleatur & illuſtretur. imitatus Auſonius Moſella:

Luciferæque pauent letalia tela diei.

Hinc & Apollo à Græcis ἑκηβόλος & ἑκηβελέτης dicitur. ſic P. Varro iacula ſolis dixit: —cetera ſolis

Lumina, qua maior iaculis radiãtib9 exit.

& Prudent. Cathem. hymno 2.

Caligo terræ ſcinditur,

Percuſſa Solis ſpiculo. Certè radius Latinè nihil eſt aliud quàm haſtile, ſeu haſta ac telum ſiue ex ferro, ſiue ex materia. 5,27. 38,2.

TELVM pro ſecuri, aut ſimili inſtrumento. iuriſconſulti dicunt hanc vocem eſſe πολύσημον. ſic Homer. ἄλλα Iliad. 6. vſurpat ἀντὶ τῶν χαλκευτικῶν ἐργαλείων. 188,5.

TEMPESTAS CAELI LIQVIDA. tempeſtas ἐκ τῆ μέσου eſt, vt dolus, venenũ. 113,17. 206,22.

TEMPESTAS FLAMMAE. elegantiſſ tralatione, vt alibi flos flammæ. 214,15.

TEMPLVM poſuerunt veteres pro cælo, & rurſus pro quouis etiam loco, domo quauis, hominum & inferorum. vide Varr. lib. 6. de ling. Latin. hinc & contrà palatium cæli Ennius. & domum cæli noſter poſuit. vide & Acheruſia, vbi pro inferorum loco. & vt Virg. pro ſepulcto lib. 4.

Præterea fuit in tectis de marmore templum Coniugis antiqui.

Nonius. 4,32. 37,3. 74,1.

TEMPLVM pro loco edito, quem intueri liceat. Varro lib. 6. 32,28. 36,15.

TEMPLA CAELI Ennius:

Contremuit templum magnum Iouis altitonantis. 163,28. 154,27. 214,17.

TEMPLVM LINGVAE, palatum, egregia tralatione. οὐρανὸς Græc. & cælum, templũ eſt. 127,25.

TEMPLVM MENTIS. 151,25.

TEMPLVM MVNDI. 193,15. 186,5.

TEMPVS, κρόταφος, pro capite (in quo veteres non nulli animum ponebant) toto. ita & Catull epithal. Manlij, & Virgil. 4. Æneid. in vnitatis numero ſunt vſi. 37,20.

TEMPVS HORAE, TEMPORA ANNI. pro hora, anno, vt alibi punctum diei, & alius antiquus ſcriptor, punctum horæ. 32,30.

TENDERE CVRSVM, augere. ita alibi contendere. 168,7.

TENDERE OCVLOS, pro tollere & attollere ait vſum eſſe poetam Marcellus, ſed libris omnibus repugnantibus, eius ſcripturam in orationis ſeriem & quaſi contextum non dum admiſi. eodem tamẽ modo locutus eſt Aelius ille Tubero: In atras, inquit, & profundiſſimas tenebras eum claudebant, ac diu pòſt vbi erat viſus ſol ardentiſſimus, repentè educebant, & aduerſus ictus ſolis oppoſitum continebant, atque intendere in cælum oculos cogebant. ita variatum etiam apud Ouid. initio lib 15. Metam.

Squalidus ad ſuperos tollens reus ora, manuſque.

ita ferè v. l vulg. tendens. 3,10.

TENDIT SE MVNDI PLAGA, porrigit. 163, 19.

TENERASCERE, tenerum eſſe, inquit Nonius. 97,7.

TENERE, eſſe, habitare, incolere, abſolutè. 128,13. 221,11.

TENERE, pro impedire. 32,23.

TENERE, pro continere, id eſt, conſeruare incolumem. antiq. Feſt. ventabant. 52, 25. 99,8.

TENO-

TENOREM VNVM SERVARE. vno tenore dicunt ſæpiſſ. veteres. 164,14.

TENOR STOMACHI, conſuetudo, natura. 128,1.

TENTA TYMPANA. Non. 55,17.

TENTARE. elegantiſſ. vſus eſt poëta, pro eo quod Græc. ψηλαφᾶν, nos *taſten*, Romani etiam contrectare dicunt. ſic & Cic. pede aquam tentare dixit lib. 1. de legib. hoc admonui, nequis ſcripturam tentet. 115,18.

TENTARI MORBO, PERICVLO, DOLORE. ita omnes veteres loquuntur. venuſtè. 17,26.66,13,159,12.228, 17.229,7, & 28.233,14.

TENVES AVRES, non hebetes, aut obtuſę, ſed ſubtiles, acutæ. 136,22.

TERGERE, vt alibi pertergere, tranſire, radere. 198,3.

TERGERI, deradi, decedere. ſic alibi abſtergere dixit. 110,14.

TERGVM TERRAE, extremitas. ita Prud.

Vt terga calcans æquoris
Siccis mearet pedibus. & alibi:
Tergum pertumidum freti.

vt gremium pro medio. ita ſupercilium Virgil. 211,8.

TERMINVS HERET. vtque altè terminus hereat, id eſt, quamdiu res creatæ permanere poſſint, quando mutari & interire debeant, reſque ad extremũ creſcendi finem peruenerint. tralatio ducta à terminis ſeu ſtipitibus, vt ait Tibull. 1. eleg. in agris deſertis, id eſt, defixis, deſtitutis, deſtinatis, depactis. Virgil. 4. vbi Dido de Iouis mandato:

Et ſi fata Iouis poſcunt, hic terminus heret. id eſt, inquit Seruius, ſi hoc immutabile. herere enim contrarium eſt τῷ moueri. 3,21.151,12.

TERRAE. ita ſæpè numero multitudinis vocat poëta orbem terrarum, ſeu terrã ipſam. atque ita veteres omnes ſæpe ſunt locuti. 44,7.158,23.159,8, &c.

TERRAE ITALIAE. terra Italia dicunt veteres perſæpe. Calliſtratus 1c: Epiſtula, inquit, D. Traiani ita cauetur, vt extra terram Italiam decem annis relegétur. ita ſæpe Agellius. vt, verbi gratia lib. 1. cap. 1. Cetera quoq; ſtadia in terra Græcia, &c. ſic enim ex vet. cod. ibi reſtitui. Ennius etiam apud Varronem lib. 4. terra Græcia dixit: ſic enim lego. Hęc etſi vera ſint ac certa, non ideo tamen negandum eſt hoc loquendi genus non eſſe Latinum: terræ Italiæ, terras Ægypti, terrarum Græciæ, &c. pro regionibus Ægypti, ſeu regione. ſic ipſe Titus locutus eſt. dixit terrarum Italiæ, quod tamen ab alijs, inuitis libris vet. immutatum eſt in terraĩ. ſic idem dixit terræ Ægypti. & Silius terras Siciliæ lib. 14. Virgil. autem imitatus hunc locum de Sicilia & Ætna poëtæ noſtri locum, ſimili modo dixit:

Has autẽ terras, Italiq́ue hanc litoris orã
Proxima quæ noſtri perfunditur æquoris æſtu, Effuge.

Nihil ergo mutandum. 23,25.216,22.

TERRIGENAS vocat primos homines. ſic Graiugena. 192,22.193,6.

TERRIFICVS. vt lætificus. 55,31.

TERRIFICARE pro terrere dixit vt magnificare, &c. Virg. lib. 4. Æneid.

——cæcique in nubibus ignes
Terrificant animos. 5,13.109,14.

TETVLI, antiqu. ſic & antiquo & ſimplici ſermone Tityrus videtur dixiſſe: Verùm hæc tantùm alias inter caput extulit vrbes. pro effert. 215,13.

TETER, turpis. Horat. lib. 1. Serm. 3.

Nam fuit ante Helenam cunnus teterrima belli Cauſſa.

ſic ibi v.l. vulg. deter. & Satyr. 5.

Hîc ego propter aquam, quòd erat deterrima. ſic vet. lib. formis manibuſque deſcripti contrà apud Prudent. lib. 1. in Symmach. monet vt deterrimus error. ſic tres vet. libri, rectiùs quàm vt in vulg. teterrimus. in eadem ſatyr. Mænius abſentem Nouium, leg. ex v. cod. nam Næuius vt vulg. repugnat verſuũ rationi. ibidem ex v.l. interpuncta ſunt hæc:

Iracundior eſt paullo, minus aptus acutis
Naribus horum hominum rideri poſſit, eò quòd
Ruſticiùs tõſo toga defluit. 49,12.

TEXTA FERREA, opus ſeu res ex ferro contexta, confecta. Catul.

Pinea coniungens inflexæ texta carinæ.

Prudent. Romano:

—inque texta pontis ſubditi

Fundit vaporum flumen.

& Vincentio:

Funale textum conſerit.

Attius Nyctegreſia:

Scindit aurea laterum texta Volcanus vorax. ſic legendum puto apud Nonium, textus. 225,17. 227,9.

TEXTILE. 37,10.190,25.

TEXTVRA. idem vocat ſtatim textus vide poſitura. 128,26.

THALASSINA VESTIS. Plaut. Milite: Palliolum habeas ferrugineum: nam is color thalaſsicus. 143,8.

THRACE Græco more θρᾴκη. hinc Horat. Thraca. vulgo dicitur Thracia. ita Samothraca, Samothracia, & Catull. Samothrace. veteres etiam Thraeciam vocarunt. Nepos in vita Chabriæ. Itaque Conon plurimum Cypri vixit, Iphicrates in Thraecia, Timotheus Leſbo, Chares Sigaeo. ita vet. cod. ibi. in quo etiam paullò pòſt ita ſcriptum erat, vbi de morte. Chabriæ: Hinc refugere cùm poſſet, ſi ſe in mare deieciſſet, quòd ſuberat claſsis Athenienſium quæ exciperet natantis, perire maluit, &c. multo melius quàm in vulgatis. idem in Miltiade: Namque tum Thraeces eas regiones tenebant. ſic vet. cod. & in Alcibiade: At Alcibiades, &c. penitus in Thræciam ſe ſupra Propontidem abdidit. & mox: Nam Thræces poſtquam. ſic & alibi idem locutus eſt. ſed omnia mendoſa vulgo, de quibus alias fortaſſe. 149,15.

THYRSO PERCVSSVS. admirabilis hęc eſt migratio. olim thyrſo percuſsi à Libero patre, furore Bacchi ſtatim rapiebantur, eos Græc θυρσοπλῆγας, ναρθηκιῶντας, & quia νάρθηξ, ſeu thyrſus hedera ab extrema parte obducta erat, κισσοπλήκτους vocât. hinc Lucr. ſe quaſi thyrſo ictũ & furore quodã poëtico percitũ ait rapi ad immortale nomen ſibi comparandum. furor autem ſeu ἐνθουσιασμὸς quidam in poëta neceſſarius eſt auctore Platone in apolog. Ad hunc Lucretij thyrſum ſeu ἐνθουσιασμὸν alluſiſſe videri poteſt Papin. eo verſiculo:

Et docti furor arduus Lucreti.

De ijs ita Ouid. 3. Metamorph.

Ipſe (ſ. Bacchus) racemiferis frontem circumdatus vuis

Pampineis agitat velatam frõdibus haſtã.

Exiluere (ſic vet. lib.) viri, ſiue hoc inſania fecit,

Siue timor, &c.

Eius ictus metuebant olim grauiter ob furorem. Prudentius, vbi de Romano martyre:

Iniecit atram territis formidinem,

Vt fulmen aeris, ceu Tonantis, horreant:

Tremant venenum ſibilantis Gorgonæ:

Putent ephebum (ſeu vt vet. q. ephibum) poſt triumphos Indicos

Ferire thyrſo poſſe, cùm ſit ebrius.

huc facit elegantiſſimus locus, qui eſt in epiſtola Iuliani imperatoris ad Iamblichum:

Ἐπεὶ δὲ αὐτὸς ἡμῖν τοῦ μέλους τὸ ἐνδόσιμον μηνύεις, καὶ δὴ ῥάβδῳ ἐμοῦ κτυπεῖς καὶ δασείρεις καθεύδοντας. φέρε σοὶ καθάπερ ἐν τῷ Διονύσῳ τὸν θίασον κρούσαντι πρὸς τὴν χορείαν, αὐτοὶ φέρονται, οὕτω καὶ ἡμεῖς τῷ σῷ πλήκτρῳ τὸ ἴσον ἀντηχήσωμεν, ὥσπερ ἐν τῷ χορεύτῃ πρὸς τὸ ἀνάκλημα τοῦ ῥυθμοῦ συνομαρτοῦντες. 30,1.

TIBI PARELCON vt ſibi. 68,19. 109 9.

TIMEFACTVS, vt terrefactus. rarum eſt hoc verbum, egregium tamen. Pacuu. Peribœa apud Nonium: Triplici pertimefactus mœrore animus incerte errans vagat. D. Brutus Ciceroni lib. 11 epiſt. Nam de tuo periculo, crede mihi, iactatione verborum, & denuntiatione periculi ſperare eos, te pertimefacto, adoleſcente impulſo, poſſe magna conſequi præmia. ſic ibi vet. lib. habent, vt indicauit primus Victorius, & ipſe inſpexi, vt mirer eũ locum hactenus deprauatum manere: vulg. enim, te perterrefacto

teſacto. raritas verbi ſcilicet quoſdam mouit. verùm cùm & Titus noſter ita ſit locutus, quem tamen Marullus etiã vitiauerat,& ipſe Pacuu. de Cicerone ambigi non debet ampliùs. 37.18.

TINGVERE. ſic aliquando ſcripſi ex ver. lib.conſentientibus Grammaticis. Priſc. lib. 10.Tinguo vel tingo tinxi. ſic vnguo vel vngo.ita apud Horat.in vet.ac. vidi lib.3. od.14. pontificum ſecurim ceruice tinguet. vbi etiam ſcriptũ erat: Molliuit auerſos penates. Prudent. de Caſsiano:Tinguant magiſtri,&c.& Romano: Scalpella tinguit,&c.& Hippolyro:Tinguere iuſtorum,&c.de Petro, & Paulo apoſtolis: Supernè tinguet vndas.& hamartig.prologo: cæde tinguit impia.ſic vbique vet. cod. quæ nolim perduci.vide & vrgueo. 30,3,& 25. 108,17.109,2.

TINGVERE LOCA LVMINE, illuſtrare, vt rigare, inrigare, & continguere alibi. 199,25.

TITILLARE. ita eleganter expreſsit Epicuri γαργαλισμὸν. Athenæus lib.12. ἢ ἀφαιρῶ τὰς καταυγισμοὺς λέγω, καὶ τὰ ἐπιτρώματα, ὅπερ πολλάκις προφέρεται ὁ Ἐπίκουρος, καὶ τὰς γαργαλισμοὺς, ἢ τὰ νύγματα.ita enim ibi legendum eſt.verbum illud Lucretianũ Cic.diligenter in his rebus retinuit.lædere,ſeu læſiones vocat ἐπιτρώματα. 49, 20.

TMESI.vtitur poëta plurimis locis, imitatus Enniũ,& maximè Lucilium, de quo illud Auſonij obſeruatione dignum.

Reſciſſo diſce componere nomine verſũ:
Lucili vatis ſic imitator eris.

TOLLERE OCVLOS CONTRA.expreſsit ni fallor,Græc. ἀνταίρειν, quod verbum eſt pugilum manus tollentium,ac ſurgentium in aduerſarios : etſi de oculis noſter,Græci ferè de manibus intelligant. 3,10.

TOLLENS.videtur abſolutè poſitũ, quaſi ſuperans,præſtans.etſi mendi arguatur locus. 202,25.

TONARE TYMPANA.ita Varro: Tibi tympana non inani ſonitu Matris deûm tonimus.vbi Nonius,tonimus,inquit, poſitum,ſonamus cum modo,à tono. frigidè vt puto. etſi Phrygios modos ſeruaſſe eos non ignorem.nam Catull. ait:Vbi cymbalûm ſonat vox,vbi tympana reboant.ibi fort.leg. cymbalo inſonat vox. 55,17.

TONDERE,carpere herbas.vt capellæ, oues,&c.ttalarione perdulci. remotiùs. egregiè tamen Cic.Tuſcul.

Conſilijs noſtris laus eſt attonſa Laconũ. 46,4.56,26.

TONITRVS pro tonitru. Plaut.Amphit. Strepitus,crepitus,ſonitus,tonitrus.Nonius. 192,16.

TONITRALIA TEMPLA CAELI, id eſt,cælum in quo tonitrua fiunt. admirabile nomen.reiciant hoc alij,ego à libris veteribus non recedo: nec indignum Lucretio verbum. 35,16.

TONSAE,remi. 53,27.

TORMENTA AETATIS, vt iniuriæ cæli. 158,15.

TORPEDO CVRARVM,mora.curæ te torpedine ſua quaſi infixæ, & inherentes exedunt. 104,24.

TORQVERI NECE, pro iam ſentire mortem,ac illi vicinum eſſe. eleganti tralatione & Epicureo congruente. vide & tortari. 125,10.

TORNVS, AD TORNVM. ſic vocat poëta ſtructuram rotundam. ita Vitruuius l. 9.Circum eorum cardinum oculos, tãquam circum centra vt in torno perfecit,qui Græcè poli nominantur, per quos peruolitat ſempiternò cælum. Heſych. τόρνος ἐργαλεῖον. τεκτονικὸν, ᾧ τὰς στρογγύλας σχήματα περιγράφεται. 119,17.

TORRERE ad animum tralatum.Arnob. lib.3. extremo : Omniaque hæc mala, quibus vror,torreor, vexor,veſtri numinis auerruncate clementia.ita leg.puto.vulg. tetreor. Catull.ad Mallium:

Nam mihi quã dederit duplex Amathúſia curam
Scitis,& in quo me torruerit genere.

ſic ibi legendum puto cum doctiſſimo Turnebo. vulg. corruerit. in quo genere,id eſt, quemadmodum, quod nouè

dictum eſt. vide & hîc Quod genus. 105,17.

TORRESCERE, torreri, vri. 101,16.

TORTARE, torquere. Pompon. Et vbi inſilui in cocleatum equuleum, ibi tolutim tortor. Pacuuius item tortum pro tormento dixit. 93,30.

TOTVM, τὸ πᾶν, omne aliâs vocat. 38,32.

TRACTARE VITAM, trahere, ducere. 177, 19.

TRACTARI, dilaniari, à traho. vt raptari à rapio, vexari, &c. Ouid. lib. 3. Metamorph. vt in v. lib. exſtat pereleganter:

—tractata comis antiſtita Phœbi
Non profecturas, &c.

de ijs verbis in Agel. verbum tractandi in hac notione rarũ & inſigne eſt. 101,15.

TRACTVS AEVI, interuallum & longitudo temporis, ac vitæ. trahere enim & extrahere tempus veteres dixiſſe certũ eſt. atque ita cùm tractus ferè ſit longa rerum aliarum extenſio, etiam ad tempus id retulit nouitate quadam inſigni. 32,18.

TRACTVS LONGI FLAMMARVM. expreſſit eleganter Arati ῥυμὸς, longos temones. ἀπὸρρώας vocant vulgò. imitatus Vergil. 1. georgic.

Flammarũ lõgos à tergo albeſcere tractus.

ſæpe nimis familiariter Tito noſtro vtitur Maro. ſimili tralatione doctiſſimus poeta vocat ſulcum ipſum fulmen lib. 2. Æneid.

—tum longo limite ſulcus
Dat lucem.

ſic eum locum accipio, & hoc voluit Feſt. Sulci. ibi, fulmen quoque &c. 42,22.

TRACTVS CORPORIS. f. pro corpore, quod profectò mirè dictum eſſet. ſed vide tactus. venuſtè etiam dixit Cornelius Nepos in vita Miltiadis: Namque arbores multis locis erant raræ: hoc conſilio vt & montium altitudine tegerentur, & arborum tractu equitatus hoſtium impediretur, ne multitudine clauderentur. tractum arborum vocat ductum & ſitum ac propagationem longiorem. & quia hæc attulimus, libet politiſsimi illius ſcriptoris vitam imperatoris præſtantiſsimi aliquot maculis inquinatam vindicare. lego ergo: Neque eo ſecius Athenienſibus à quibus erat profectus, officia præſtabat. Quibus rebus, &c peſsimè ibi vulgò & ineptè. mox: Hîc cùm crebri afferrent nuntij, &c. &: ne à fortuna datam, &c. &: Cuius ratio etſi non valuit, tamen magnoperè eſt laudanda, &c & mox: Phydippumque curſorem eius generis qui hemerodromoe vocantur. De hemerodromis, qui etiã δρομοκήρυκες dicebantur, deo volente dicemus in commentarijs de r. p. Athenienſium. Græc. ἡμεροδρόμοι dicuntur. vulg. ibi hemerodromi: ſed malè. conſuerunt Romani eam Græc. diphthongon etiam extremam ita ſæpe ſua œ reddere. ſic rectè in Feſt. ſcriptum exſtat, Demoe δῆμοι. ita nos apud Cic. 6. Verr. in commentarijs illis noſtris reſtituimus, Canephoroe ipſæ vocabantur: & ibid. Canephoros. vulg. Canephoræ, &, Canephoras. ſimiliter apud Plaut. Caſina in prologo: Clerumenoe vocatur hæc comœdia Græcè, Latinè Sortientes. ſic leg. puto: nam pater & filius inter ſe ſortiuntur. ſors adiuuat ſenem, verùm decipitur dolis, vt ait ibidem perioche. ſic in Terẽtij codice ſcribendum omnino aſſero Adelphoe Terentij, conſentientibus etiam libris calamo exaratis, quos & alij & nos inſpeximus. tribuamus quæſo aliquid antiquitati, ipſique veritati. Vt redeam autem ad Nepotem, in eadem porrò vita legendum: vtrum mœnibus defenderent, an obuiam irent hoſtibus, acieque decernerent. & mox: eius ergo auctoritate. vulg. peſſimè ibi. verùm iam defeſſi, reliqua alij loco reſeruemus. 198, 2. 42,22.

TRADERE, tranſicere. 117,22. 219,3.

TRAFERRI. ita ſcribebant ſæpe veteres. Cic. lib. 5. epiſt. ad Rufum: docuerunt enim me periti homines, in his cùm omnium peritiſſimus, tum mihi amiciſſimus C. Camillus, ad Voluſium traferri nomen à Valerio non potuiſſe. ſic

vet.

vet.lib. vt etiam monuit doctiſsimus Victorius.& lib.4.ad Lentul. Cauſſam enim frequenti ſenatu non magna varietate, magnaque inuidia eorum qui à te cauſſam regiã aliò traferebant, obtinebamus. hæc profectò mutanda non ſunt,quod hîc tẽtauit Matullus,in alijs ſcriptoribus alij. adſerit eam ſcripturã etiam Donat. in Phorm. Silius l·14.

Ardet & Europe niuei ſub imagine tauri
Victa Ioue, ac prenſo tranittens æquora cornu. 89,14.

TRAHERE pro contrahere,vt minere,&c. 224,20.

TRAICERE OCVLOS. tralatio ſumpta à telis miſſilibus. muros traicere ſagittã dixit Liuius. 121.17.

TRALATIONES GEMINATAE SEV DIVERSAE.Grammatici veteres vitioſum eſſe aiunt tralationes permiſcere,& in vno ambitu alienas includere tralationes: potius perſeuerandum in eadem tralatione. miror vnde eum canonem excuderint, cùm veteres ſcriptores eũ minimè ſeruarint. Catull.

—nam Cytorio in iugo
Loquente ſæpe ſibilum edidit coma.

1,13.94,18. 106,5.&c.

TRALVCERE. 117,88.

TRAMEARE, dixit vt traferre,&c ſic & Varro lib. 4. de lingua Latina: Trama quod trameat filum. dẽſum,genus veſtimenti,à dentibus, &c. ſic enim ibi nos reſtituimus. vt & ibidem paullo ante, inſcitia (apud Arnob. lib.7.iſicia) ab eo q. 1.c. v. 1.c.s. eſt; quod in e.d. n.profectum Murtatum a.m.q.e.l.fartum.Inteſtinum craſſum , Lucanicam. hæc etſi cum alijs olim communicarim priuatim,quia tamen ab ijs non ſatis rectè accepta video,publicate volui. 127,3.& f.105,9.

TRAMITTERE CAMPOS,tranſire. Virgil.
Tranſmitunt curſu campos.
Macrob. 46,13.

TRANARE,tranſire,tralatè. ita Cic.Arato: 28,2.127,2.227,7.

IN TRANQVILLO. ita Terent. Eunuch. act.5.ſcæ. Meo fratri gaudeo amorem eſſe omnẽ in tranquillo.Lucil. Quòdque te in tranquillum ex ſæuis tranſfert tempeſtatibus. 148,29.

TRANSPICERE.vt tralucere,&c. 116,23 & 24.

TRANSPECTVS,διόρασις.vide coniectus. 116,24.

TRANSTVLERVNT. vide præterita.77,15.

TRANSVOLARE,tralatè,vt tranare. 125, 24.

TRAVLIZEI,Τραυλίζει. poëta minus quiddam eſſe vult τραυλίζειν quàm balbutire.illud *liſpen*,hoc *ſtamelen* dicimus Germanicè. 144,13.

TRAVIARE. vſus videtur hoc verbo copioſiſſimus poëta,pro tranſire. vt obuiare dicimus ἀπαντᾶν,& viare. etſi de mẽdo ſuſpectus ſit locus. 205,9.

TREMERE,moueri. 212,31.

TREMOR,propriè pro motu,Græc.τρέμος. 166,28.211,15.213,13.& 29.

TREMOR IGNIS, micatio. 166,28.157, 28.

TREMVLI IGNES SOLIS.vide Macrobiũ lib.6.cap.4.Virgil.

Splendet tremulo ſub lumine pontus.
Ennius:
Lumine ſic tremulo terra,& caua cærula candent. 120,29.

TREMVLVM IVBAR SOLIS. ita alibi tremorem ſolis dicit.ſic & Cic. in ſecundo conſulatu dicit:

—claro tremulos ardore cometas.170,9.

TRIPECTORVS,pro tripector . ſic vnicolorus pro vnicolor dixit Prudent. hamartig.

Sic animas cæli de fontibus vnicoloras, &c.ita vet. cod. ibi vt alibi verſicolorus paries. 149,13.

TRITONIS, Pallas. vide Feſt. non rectè quidam conati ſunt mutare apud eundem,Itonida·quaſi legendum eſſet Itonis. vetuſtè enim Itonida , vt caſsida, &c. 217,27.

TRIVIA VIRGO. epitheto aptiſsimo ornauit Dianam poeta. nam id ſibi illa ab Ioue optarat , vt eſt apud Callimach. hinc doctiſsim. Maro:tria virginis ora Dianæ.& appoſitè M. Cicer.6. Verr.

Verres temperariſsimi, ſanctiſsimique viri monimẽtum, Dianæ ſimulacrum virginis, in ea domo collocabit, in qua ſemper meretricia lenonum flagitia. ſic in v.c. erat, rectiùs, vti puto, quàm quod editum eſt, flagitia verſantur. ex eod. autẽ cod. initio eiuſdẽ libri lego: Rem vobis proponam: vos eam ſuo, non nominis pondere penditote. hoc non dubito quin ipſe Cicero ſcripſerit. non vult Cic. ex nomine rem & ſcelera perpendi aut ponderari; ſed ex ipſius rei ac facinorum atrocitate ac ponderе. Minerua porrò virgo etiam dicta fuit. vnde Cic. ibidem: Hic ornamenta Mineruæ virginis in meretriciam domum tranſtulit. 3,28.

TROIVGENA, Troianus. vide Graiugena. 15,25.

TRVCIDAT NVBES IGNEM. ab animalib⁹ ad inanima facta tralatio. ſic & interficere meſſes dixit Virgil. fragmenta panis, Lucil. herbas Cic. noſter elegantiſſ. nam ignis viuere dicitur migratione venuſta & celebri. 198,31.

TVA SINE PARTE PERICVLI. ſic doctiſſ. poëta exẽplo Græc. locutus eſt elegãter. Euripid. Phœniſſ. τὴν ἐμὴν ὠδίνων πόνον, pro τὸ πόνον ἐμῶν ὠδίνων. ſic & aliâs ſæpe illi. tua ſine parte periculi, id eſt, ſine parte tui periculi: quod ad te attinet, ſine periculo. hanc phraſim Marul. hîc ſuſtulerat. alij non aſſecuti videntur. 36,13.

TVRBO pro motu & vertigine ac circumactu elegantiſſ. vſurpatur à Caro: à Virgilio etiam ſæpe. è Græco fonte hauſit hoc noſter, vbi ῥόμβος idem ſonat. 164, 10.167,30.168,8.

TVDITARE. Feſt. Tuditantes, tundentes negotium, id eſt, agentes ſignificare ait Cincius. Ennius lib. 2. Hæc inter ſe torũ tuditantes, & Lucret. Tuditare nihil aliud eſſe puto, quàm propellere, protrudere, impellere. Eadẽ tralatione dixit alibi procudere, quaſi malleo impellere. nã à tudes tuditis (quod malleũ ſignificat) tuditare, vt ab eques equitis, equitare dictum puto. 71,27. 85,19.

TVM PORRO. particula Tito perfamiliaris, vbi alterum fortaſſe abundat more veterum. vide licet quamuis. 60,26. 63,28. &c.

INTRA MOTVS, pro in motus coire. ita intra viſcera, pro in viſcera, intra venas. admonuit hæc etiam Priſc lib. 14. 58, 19.71.3.

TVOR, παθητικῶς. vide Priſc. 119,17.

TVOR pro tueor. Feſt. Vix & contuor. 10,20.115,8.158,16.223,15.

TVRBARE. abſolutè, vt mutare, &c. Sic Virg. 6. Æn. turbant trepida oſtia Nili. 164,8, & 10.205,30.

TVRBARE pro errare, vagari. Donat. in Phorm. turbent porrò quem velint. & ipſe Lucret. mox vocat errorem. ſic & mox turba pro nauigatione. ita accipio illud Virgil. lib. 9.

Impaſtus ſeu plena leo per ouilia turbãs. 40,4.40,5.49,29.

TVRICREMAE ARAE. imitatus Virgil.

Vidi turicremis cũ dona imponeret aris. 47,8.

TVRRITVM CORPVS ELEPHANTORVM. putat vulgus arces & caſtella corporibus eorum imponi poſſe, aut ſolita eſſe. errat. turres imponebantur, quæ erant machinæ quædam, vnde armati milites depugnabant, vt omnibus notum eſt. 189,9.

V

VACEFIERI, pro vacuũ reddi, fieri: vt calefieri, &c. verbum rarum. ſed multa ſunt huiuſmodi in Tito, vt veteres dicebant, gloſſemata: quæ ſtatim ſuis è ſedibus nõ debẽt ſolicitari. 225,24.226,4

VACESCERE. f. idem quod vacefieri & ijſdem in locis. nam variat in codicibus ſcriptura.

VACILLO. hoc verbum vulgo primam habet breuem. Titus videtur produxiſſe. & certè dubium eſſe non debet, quin veteres poëtæ in verbis quibuſdam ſyllabas aliquas habuerint longas, aut breues, quibus poſteriores aliter ſint vſi. vide hîc verſus in T. Sãguis, glom⁹, ferus, Britannus, Re, Pro. Sic Plauto, Terẽtio, veteribus comicis, ſuſpicto, ſuſpicioſus, quod immutant quidam non rectè in ſuſpectio, ſuſpectioſus, contra libros omnes vet. prologus, fieri, &c. ita μῆνες,

ἀάϛϵα,&c. produxit Homer. ſic ergo in Perſio leg. ex omnibus vet. Cãtare credas Pegaſeium melos. non vt ſubiecit Politianus, nectar. quam viam ingreſſus Lamb. & hic pro vacillans, ſuppoſuerat Talipedans: ſed hæc nimia eſt licentia. vide taliped. monui etiam ad oram libri poëtam fortaſsis vacillantem feciſſe verſum, vt ſententiæ congruerent numeri, quod aliàs factum ſæpiſſimè. vide Verſuum numeri. hoc inſuper addo, in v.q. ſcriptũ eſſe vaccillans. quod etiam recipi poteſt. ſcio enim veteres non rarò litteram vel ſyllabam addidiſſe, vel ademiſſe verbis quibuſdam. qua de re ita Quinctil. lib. 1. Tertium eſt illud vitium barbariſmi, cuius exempla vulgò ſunt plurima, ſibi etiam quiſque fingere poteſt, vt verbo cui libebit, adiciat litteram, ſyllabamúe, vel detrahat, aut aliam pro alia, aut eandẽ alio, quàm rectum eſt, loco ponat. ſed quidam ferè in iactationem eruditionis ſumere illa ex poëtis ſolent; & auctores quos prælegunt, criminantur. Scire autem debet puer hæc apud ſcriptores carminum aut venia digna, aut etiam laude duci: potiuſque illa docendi erunt minus vulgata, &c. at in eadẽ vitij geminatione Metieo Fufetieo dicens Ennius, poëtico iure defenditur. Ita dixit Ennius pro Metio Fufetio. hęc equidem non ignoro, verùm cautione hic opus eſt, ne quid temerè contra v. l. & elegantiam confingamus. Relligio relliquiis, alituum, bucer.æ, teii, tellatũ, repperi, & ſimilia quædam admittã facilè, vt Grec. ὅττι. &c. apud Hom. rẽmotus, vaccillo, ſubbigit, reſſugere, reccidere, Apulliæ, & etiam redducere non item. verùm ſuo quiſque hîc vtatur iudicio. neque enim res hæc tanti eſt, vt concertare propterea cum quoquã velim. videtur enim neſcio quid Titus hîc ſibi indulſiſſe. hinc & cuppedo, ſatis noue. 89,t.

VACVVM INANE. nitum ne: tamen otioſum epitheton. plenum enim ſeu nec vacuum inane eſt illud quod à corpore occupatum eſt; quod etiam tum inane dicitur, ſed, vt dixi, non-vacuum, quod à Virgilio in Aetna dicitur ſolidum inane, vbi de terra loquitur:

Quod ſi ſpiſſa foret, ſolidoq. inſtaret inani.

idem alibi noſtrum imitatus dixit:

Tum lapis ipſe viri vacuum per inane volutus.

& Prudent. Cathem.

Nec ſi vaga flamina & auræ
Vacuum per inane volantes.

idem alibi dixit inane concauum degula. 17,19.40,29.

IN VACVVM CADERE, AVT FERRI. 21 5, 26.226,1,& 6.

VADA LETI ADIRE. mori. geminata tralatione. vide tralationes. 186,32.

PER VADA TRANSIRE PONTVM, vado. 7,15.

VAGARE, pro vagari dicebant antiqui. ita auguro, opino, execro, &c. de quibus diligentiſsimè ex Capro Priſc. lib. 8. Nonius de verbo Vago adducit Plautum, Attium, Pacuuium, Ennium, Turpilium, Pomponium, Varronem, & multò ætate poſteriorem Serenũ. quo loco Nonij ita leg. puto: Turpilius Leucadia: Vecordi vagas inſania. Enn Hector. &c. mos: Põponius Pappo prętereito: populi voluntas, &c. ſic enim & Nouius fabulæ fecit titulum, apud eundem Marcellum, Capulum, vbi ſic leg. Nouius Pappo præterito: dum, &c. & quia cepi, reſtituam etiam alios indiçes in verb. genitiuus caſus, &c. lego, à te veretur maximè. Att. Gratula. &c. & in Collabel. Laberius Anna Perannai Collab. &c. & in Amnem: Attius epinauſi machę: Cum Andrum vndique ſalo cinctã obtexi ſanguine, atque acernos, &c. in præſente: Non. Mania medica: Te volumus, &c. vt in Piſtillus: Nonius Mania medica. Manius, & Mania prænomen Romanis vſitatiſsimum. Prudentius etiam hoc vagandi verbo in ea terminatione eſt vſus Cathemer. hym. 6. vt rectè v.l. & vulg. q.

Liber vagat per auras Rapido vigore ſenſus, &c.

92,29. & f. 112,9.

VAGOR pro vagitu. Enn. lib. 16. Qui clanios

nios oppugnantis vagare volanti.ſic legendum puto apud Feſtum. meminit & Nonius. apud Feſt. autẽ ibi in verbo Victimam leg. aut quæ ob hoſtis, &c. vulg. ad. ſæpe ad, ab, ob commutarunt locum, vitio librariorum. in Feſt. Abijſſe, leg. obijſſe. Ob pro ad vtebantur. ſic apud Priſcian. lib. 5. Trogus lib. 22. Papiſius propter mortem Flaminicæ, Flaminio abiit. ſic ibi leg. Et vt hãc emanſionem expenſam feramus totã Feſto. in verbo Vindiciæ ſic leg. opinor: at Ser. Sulpicius nomine iam ſingulariter formato, vindiciam eſſe ait, qua de re controuerſia eſt, ab eo quod vindicatur. vt in duodecim: *Si vindiciã falſa n tulit, rei, ſiue litis arbitros tres dato. arbitrijs fructi duplione damnum decidito*, vel *deciditor*. verùm lex hæc à doctiſſimis viris, mihiq́ue amiciſſimis iampridem eſt reſtituta. 54,7.

VALERE, pro eſſe, ſupereſſe, eſt vſus, vt alibi vigere. 24.

VALESCO. iam ferè conualeſcere dicimus ſeu inualeſcere. ſic clarate, &c. 30,20. 108,25.

VAPOR pro calore apud optimos quoſque ſcriptores, Lucret. Varr. Virgil. Horat. &c. ſæpe ponitur. Virg. lib. 5. lentuſque catinas Eſt vapos. Horat. epod. 3. Nec tantus vmquam ſiderum inſedit vapor Siticuloſæ Apuliæ. 40.28, & 31.166,9.182,23.202,27.224,18.

VAPORARE, calere, ardere. Horat. lib. 1. epiſt. ad Quinctium:

ſed vt veniens dextrũ latus adſpiciat ſol;
Læuũ diſcedens curru fugiente vaporet.

vbi ὑπερπτικῶς, pro calfacere poſitũ. vide & vapor. 183,27.

VAPOS pro vapor. ita & colos, multaq́ue dixerunt alia. Ennius dixit clamos. vide hîc vagor. & apud Varr. lib. 6. de lingu. Latin. idem Ennius:

Clamos ad cælum voluendus per æthera vagit.

ſic legend. puto. labos apud Salluſt. Catilin. igitur talibus viris non labos inſolitus, &c. ſic ex vet. cod. leg. Næuius Lycurgo. Iam ibi nos implicat aduenîẽtis (pro, tes) timos, vapoſq́ue. ita leg. niſi quis ex doctiſſ. Iunij libro malit, timos, panos: quod & ego malim. vide Non. vapos, & hîc colos. 224,5. & 18.

VARIANS, pro varius. vide participia. 174,8.

VARIANTIA. non debet hoc verbum notari vt minus Latinum & elegans, cùm ea conformandi ratione antiquis nihil magis ſit vſitatum. hinc apud Ciceron. negantia, repugnantia, decentia, profluentia, audientia, deſpicientia, coherẽtia, curantia, diſcrepantia. Salluſt. properantia, loquentia. Attius, fauentia apud Non. Plaut. incogitantia. vide & Nonium. 21,21.83,7.

VAS pro corpore. ſatis mirè ac nouè dictum. Horat. comparatè, Sincerum eſt niſi vas. Prudentius autem eodem planè modo, peruenuſtè peri ſteph:

Pone hoc caducum vaſculum
Compage textum terrea, &c.

quo in libro omnino leg. adſero, vbi de Romano: Tundatur, inquit, terga crebris ictibus. ſic enim omnes vet. lib. & ratio metri idem poſtulat. namque in eo carmine præſtantiſſimus Clemens hoc ſeruauit perpetuò vt quarta ſedes haberet iambum, Tundatur. I. Romanus terga. Græcus eſt ſermo, vt ibid.

Foreſque primas virgo cuſtodit Fides
Innexa crines vinculis regalibus. Virg.
Os humeroſque deo ſimilis. Ouid.
Ipſa comas pectam, galea caput ille premetur. 152,27.

VASVM pro vas dixiſſe antiquos certum eſt. Cato: Neque mihi ædificatio, neq. vaſum, neque veſtimentum, &c. Pictor lib. 16. Polubrum ſiniſtra manu teneto, dextera vaſum cum aqua. Capella l. 3. Vaſum an vas dici debeat quæritur, &c. ſed hoc nomen per anomaliam declinatur, & erit ſingulari vas, genitiuo vaſis, &c. Lucretius tamen genitiuo vaſi, vt: ratiq́ue facit lateramina vaſi. 201,21.

VBERA LACTIS, pro lacte, poſitum quadam metonymia videtur. ita ferè Virg. 3. geog.

Quàm

Quàm magis exhauſto ſpumauerat vbere mulctra,
Læta magis preſſis manabunt vbera mámis.

ſic legi debet poëtę illius doctiſſ. locus ex v.l. vide & hîc, Quàm magis. 28,29.

VBI, relatè ponitur ſæpe. Virg. 1. Æneid.
Sæuus vbi Æacidæ telo iacet Hector.

ita hîc; vbi, id eſt, in qua re, in qua ratione, præceptus, via, philoſophia. 74,4.

VBI ENIM, pro cùm enim, Græco more, ὅτι γὰρ. ita Cæcina videtur vſus in epiſtula ad Cicer. Vbi hoc omnium patronus facis; quid me veterem tuum, nunc omnium clientem ſentire oportet. etiam leuia & minuta perſequi rariora non eſt improbandum. 78,11.

VEGERE. coniectura ductus reſtitui hoc verbum Lucretio: nam vt apud Non. ita & hîc in vigere proximum omnino ſcriptura & notione verbum migrarat. vigere autem eſt abſolutum, vegere actionem notat. valet autem, incitare, impellere, vegetare, mouere, agitare. Enn. Ambracia: Æquora ſalſa veges ingentibus ventis. Varro ὄνος λύρας:
Quem mobilem dinú lirás ſol, harmoge
Quadam gubernans motibus dijs veget.

ita pręclarè nobis eũ locum reddidit eruditiſſ. mihique amiciſſ. Hadr. Iunius, apud Non. diis. Ennius apud Feſt. Metonymia: Cùm magno ſtrepitu Volcanum ventus vegerat. Sic legen. videtur apud Nonium, prouegere, non, vt vulg. prouidere: & in verbis Pacuuij, prouegeam gradum. etſi videndi verbum etiam curare interdum ſonet & efficere, comparare. 165,6. 189,5.

VELATVS COLORE. obſeruanda tralatio. 61,3.

VELIVOLAE NAVES, quod elegantius eſt, quàm mare veliuolum. vide Macrob. & Seru. in 1. Æneid. 193,21.

VELA PENNARVM, egregiè. Aeſch. Agam. remos pennarum dixit, πτερύγων ἐρετμοῖς. atque ne diſſimulem τὸ pennarum etiã potius ad remigij vocem, quæ hîc apud poëtam noſtrum eſt, referẽdum videtur. de quo in remigium. 217,20.

VEMENS pro vehemens. ita hîc in vet. q. c. ſcriptum admonui. ſic & apud Cic. Arato ſcribendum videtur:
—iam verò clinata eſt vngula vemens.

& in Flacco lib. 2 ep. 2. ex vet. cod.
Vemens & liquidus, puroq́ue ſimillimus anni.

ſimile quid in Probeat indicauimus. atque ita prendo, caldum, &c. dicebant ſæpenumero. ſic etiam lamma videntur extuliſſe veteres pro lammina. hanc enim ſcripturam veriorem puto, quàm quæ vulgò habetur, lamna, & lamina. quòd eam miro conſenſu confirment chirographa. vt apud Hor. lib. 2. od. 2.
Nullus argento color eſt auaris
Abditæ terris inimice lammæ
Criſpe Salluſti, &c.

ſic ibi vet. cod. Prud. lib. 1. in Symmach.
Si formam ſtatuæ lammis cõmiſit ahenis
Lima terens.

ſic & ibi vet. c. & de Vincentio:
Igni, grabato, & lamminis
Exerceatur quæſtio.

ita ibi vet. lib. immò omnibus alijs quibus ea voce vtitur Clemens, conſtanter item exaratum in vet. lib. vidi. docti iudicabunt, de re licet exigua. vide & I. & de Epiſynalœpha verſuum. 78,1.

VENANTES pro venatoribus. ita alibi medentes, &c. vide participia. 139,4.

VENAE pro arterijs, in quibus eſt motus corporum viuorum. Cicer. de Fato: Si cui venæ ſic mouẽtur, is habet febrim. Perſius: Tange miſer venam. 91,8.

VENENVM. alibi peſtem, cladem vocat, contrarium ſaluti. 81,24. 31,30.

VENENARE CAELVM, corrumpere, inficere. Matius pro colore contingere poſuit: quos concha purpura imbuens venenauit. 220,1.

VENTIS PROFVNDERE VERBA. Ἀνέμῳ διαλέγειν. ita alibi vento captare ſeu raptare ſimulacra, fruſtra, incaſſum. videndum autem an non rectiùs legi poſſit ac debeat in elegantiſſ. poëta Catullo:
Sed mulier quod dicit amanti
In vino & rapida ſcribere oportet aqua.

Xenarch. Pentathlo: ὅρκον δ᾽ ἐγὼ γυναικὸς

ὑς ὅπη γράφω. de aqua meminerunt omnes; de vento nuſquam puto reperiri. nihil tamen mutand. temerè: ego nihil aliud quàm doctiores excito. 137,9. 142,9.

VENTORVM VIRES. vide vis ventorum.

VENTIGENI CRATERES. ita egregiè appellat fauces illas in ſumma Ætna fumos ac nebulas & auras copioſè euomentes & exſpirantes: κρατῆρας; enim etſi ignem ac fauillas eiectent, hoc tamen maximè fit animarum ac ventorum vi & impulſu, vt multis verſibus oſtendit Maro. Etſi autem locus hic de mendo ſit ſuſpectus, Adriano tamen Turnebo adſentior libentiſsimè. nam quod ab alijs euulgatum videmus, Marulli eſt. & illud, Item, nõ eſſe eo loco Latine ſatis poſitum puto. Quid ſi παθητικῶς Ventigenum accipiamus. vt primigenius interdum accipi videtur; & cæcigenus apud noſtrum; quaſi indicaret poëta craterum originem. nam quin ex vehementia ventorum terræ motu concuſſus fuerit mons, ac diſturbatus, ſeu diuulſus, & ita dirupto monte facti ſint crateres illi ſeu fauces, nemo dubitat. & eleganter exponit ibidem Maro, & noſter poëta his luculẽtiſsimis verſibus:

Eſt hæc eiuſdem quoque magni cauſſa tremoris
Ventus, vbi atque animæ ſubitò vis maxima quædam
Aut extrinſecus, aut ipſa ab tellure coorta
In loca ſe caua terraï coniecit, ibique
Speluncas inter magnas fremit ante tumultu,
Verſabundaq. portatur: pòſt incita cũ vis
Exagitata foras erumpitur, & ſimul altam
Diffindens terram, magnum concinnat hiatum.

& hæc poſterior explicatio melior videtur. 216,10.

VENVS pro ipſa μίξει. vide & res Veneris. ſic accipi videtur iſtud Terentij,
Sine Cerere & Libero ſriget Venus.
nec diſſentit Donat. 142,20.

VENVS VERIS COMES. vide Macrob. de Adonide. 171,17.

VERATRVM. ait poëta veratro pingueſcere capellas. 128,9.

VERBERA VENTORVM, colliſio, cõcurſatio, qualem Virgil. initio Æneid. deſcribit. Græci eam ἀνέμων πληγὴν vocant eleganter ἀνεμοφθορίαν. Columell. Hortulo:
Verberibus gelidis iręque obnoxia cauri. 178,12.

VERBERA RADIORVM. 182,32.

VERBERARE. eleganter dicit poëta pontum verberari põto, & alibi aliter. vide & hîc verbera. Plaut. non abſimili ratione dixit in Amphit. vox aures mihi verberat. magis mire Q. Cicero: Verberaui te cogitationis tacito duntaxat cõuitio, &c. & Valer. vbi de neceſſitate: Itaq. Cãpanę vrbis qui punicã feritatẽ delicijs ſuis cupidè fouit, in propinquo ſitum Caſilinum modò rarum, virtute clarum perſeuerantis amicitiæ pignore, impios oculos verberauit. ita leg. puto ex v. vbi etiam ex vet. cod. ita ſine dubio ſcripſiſſe Valerium puto: Canenſis clades adeò vrbem noſtram vehementer confudit, &c. mox: addictorum etiã & cap. &c. mox: Quæ ſi per ſe adſpiciãtur, aliquid ruboris habeant, &c. vulg. contudit adiudicatorum roboris. primum retineri poteſt; altera duo minimè: nam addictorum multo eſt elegantius. qui ſint addicti, omnibus notum eſt. 9.23.

VERBI CAVSSA. ita venuſtè veteres. quod vulgò ſemper exempli cauſſa, vel pro vt, efferunt. Cic. lib. de fato: Siquis verbi cauſſa, oriente canicula natus eſt, is in mari non morietur, & alijs multis locis. idem dicit verbi gratia. 86,15.

VERGERE, in ſacris inferorũ; in ſuperorũ libare, hoc patera rẹcta manuq́ue ſupina; illud inuerſa & in læuam partem conuerſa fiebat. hinc generaliter interdum pro fundere. vide & inuergere apud Ouid. & Virgil. 6. Æneid. vbi Seruius, & hinc Galli ſuum *verſer* habẽt. vide Liquidus. 42,27. 180,1.

VERIDICVS. Attius, falſidicus. 194,19.

VERMINA SAEVA, indicat poëta vermib. con-

conſumptos multos ob medicinæ inſcientiam.nam vulneribus putreſcentibus vermes exiſtũt paullatim toto corpore. ὠλὰς vocant Græci. Herodot.de Cyrenẽs.reginæ Pheretima: ζῶσα γὰρ ἐξέζεσε ὠλέων .Tales hîc deſcribit primos homines Titus.Suid.ait has ὠλὰς dictas κατὰ θρία. hinc rectè Vermina ſęua. obſeruatione digniſſ.quòd vermẽ dixerit pro vermis, vt ſanguen alibi. 179,20.

VERRENTES AEQVORA VENTI. hac oratione plurimùm vtitur Maio. vt vereat ne rectè ſe habeat verſ9 ille de Æolo, euerritq́. æquora ventis.ac leg. potius ſit,euerritq́ue. ſic in noctib.Attic. lib.20.capit.vltim.Namque illi omnes & eorum maximè Græci multa & varia lectitantes,in quas res cumque inciderent,&c.conuerrebant.vulg.conuertebant. euertere percellere ſonat. doctiores conſiderabunt. ceterum vt hoc ſtrictim admoneam,eleganter luſit Cicero in Verris nomen.omnes norunt. itaque leg.fortaſſe eſt apud Cic.3.Verr. Quibus probemus iſtum in quæſtura pecuniam publicam Cn. Carboni conſuli auerriſſe.& l.5.Quid ſi doceo non minus domũ iuã auerriſſe, quã Romã miſiſſe.ſic.n.& Macer pro Tuſc. Quos oportuit amiſſa reſtituere,hiſce etiã reliquias auerrerunt.id adducit Priſc.l.10. 160,22.

VERRIT VENTVS IMPERATOREM.id eſt, iactat.ita Virg.lib.1. cælum ac terram verrit ventus 186,27.

VERSABVNDVS.vt errabundus,qui multum verſatur, voluitur,agitatur. vide Agellium lib.11.cap.16. 213,29.

VERSATILE CAELVM.vt Plin.verſatilem molam dixit, 193,15.

DE VERSIBVS HEROICIS ET RARIS EORVM NVMERIS, ACCVRATA EXPLICATIO.

ETSI ſæpenumero iam promiſerim aliquam de verſuum ratione commentationem, iamq́ue tempus eſſe videam, me vt,fidemq́ue meam apud omnes liberem:monitos tamen velim lectores me non omnia quæ de verſibus, aut etiam de ſolo hoc verſuum genere dici poſſent, perſequi conſtituiſſe: ſed breuiter indicare ea quæ ſunt rariora, minuſque peruulgata: De numeris dico & pedibus rarioribus, & vulgò ferè ignotis. Quod propterea mihi faciundum hîc fuit,vt caſtigandi T. Lucretij ratio omnis planè pateſiat lectoribus.ſæpe enim ex numeris creata menda deprehendi & ſuſtuli, idq́ue non apud Titum ſolum, verùm etiam in alijs quibuſdam poëtis prę̃ſtiti.quod ne quis miretur,aut ſtatim damnet,volui hac de re quidquam accuratius cõmentari.ex quo id etiam videbunt illi qui antiquitatis cognitionem admirantur,& ad veterum regulam ſuos exigere verſus cupiunt: quàm licenter numeris vſi ſint maiores.Diſcent, inquã, antiquos illos elegantiæ omnis magiſtros,de doctrina & elegantia in verſus, vt ita dicam,conferendis & illigandis,plus laboraſſe, quàm de anxia numerorũ aut pedũ obſeruatione. videas plurimos contrà qui vt grammatic. de numeris ac pedibus,ſyllabarumq́ue interuallis canones omnes curioſè ſeruẽt, mirificè eſſe ſolicitos, adeò vt in pedũ obſeruatione toti occupentur: eaq́ue re malint eruditionis & elegantiæ amittere inſignia, quàm vt verſum procuderent ſcabroſum, non bene,vt illi loquuntur,currẽtem aut ſonorum. Alia certè erat,vti dixi, antiquorum ratio, non quòd poëtæ eſſe nollent,aut certis ſua non adſtringerent numeris: ſed vt doctrinam magis quàm numeros in verſibus ſuis quærendam & ſpectandã oſtenderent. Idem ſpectarunt comici, verùm licenter nimis & contra morẽ maiorum, hoc eſt, Gręcorũ,quos imitabantur.de quibus nihil aũt pauca hîc dicturi ſumus,quòd & veteres & recentiores multi de ijs ſcripſerint, & res ſit à noſtro inſtituto alienior.hoc tamen quin admoneam,continere me non potui: minimè illorum mihi probari rationem,qui contra antiquorum Grammatico

maticorum obſeruationes, quos hîc plurimû laboraſſe multos video. Scaurum, Firmianum, Probum, Baſſum, Victorinum, Terentianum, Aſperum, Rufinum, Priſcianum, &c. alios pedes aut numeros comminiſcuntur in verſibus iambicis aut trochaicis: deinde qui vt ſuis certis regulis aut numeris Plauti, Terentij, aut aliorum veterum adcommodent verſus, ſcripturam quę in vet. codicibus conſtanter exſtat, facilè immutant, & verba traiiciunt. nam alterum arrogantiùs, alterum videtur fieri audaciùs quàm par eſt: & tamen hîc tam liberè quoſdam egiſſe video, vt profiteri auſim in ſolo Terentio me poſſe oſtendere ſexcentis locis (more Romano loquor) id eſſe admiſſum. Huius iudicij noſtri rationem & veſtigia quædam in his Conlectaneis paſſim impreſſa reliquimus. accuratiorem explicationem aliud tempus, locus alius poſtulant. Nunc igitur ad noſtra. quæ prius etiam quàm proferam, monitum iam rurſus cupio lectorem, me dum rariores hos numeros & pedes inuſitatos veteres vſurpaſſe volo ac doceo, nihil tamen ſine veterum Grãmaticorum auctoritate acturum, & teſtimonijs verſibuſque auctorum aliorũ: vt eadem ratione & de fide noſtra lectori cõſtet, & aliorum etiam ſcriptorum loca confirmentur, vel reſtituantur. Vt autem planiùs hæc & breuiùs conſtitui poſſint, in tria membra hanc tractatiunculam partiri melius viſum fuit. primùm enim dicemus de ijs verſibus, vbi quid videatur ex vulgari verſuum ratione deſiderari; vt ſi iambus, choreus, tribrachus, vel quis alius pes eius interualli reperiatur. Deinde de ijs in quibus ſuperſit quidquam, nempe vbi Creticus, palimbacchi⁹, Moloſſus, aut alij pedes maiores exſtant. Poſtremò de alijs, vt ita dicam, verſuum adfectionibus (nam Euſtathius πάθη μέτρων venuſtè appellat) generatim, cuiuſmodi ſunt de Inciſo, Hiatu, Epiſynalœphe, Syncopa. Noua quãtitatis ſeu ſyllabarû quarundam interualli ratione, & quædam alia generis eiuſdem. Primi generis tres ſunt verſus, Miuri, Acephalœ, & Lagari.

Mivrvm versvm vocãt antiqui, in quo extremo iambus eſt loco ſpondei, aut chorei. nomẽ habet παρὰ τὸ μειοῦσθαι τὴν οὐρὰν, quòd quaſi cauda illi ſit deminuta. i. extremitas claudicet. de quo egregiè Athenæus lib. 14. his verbis ita ait: Ὅτι δὲ πρὸς τὴν μουσικὴν οἰκειότατα διέκειντο οἱ ἀρχαῖοι, δῆλον ἐξ Ὁμήρου, ὃς διὰ τὸ μεμελοποιηκέναι πᾶσαν ἑαυτοῦ τὴν ποίησιν ἀφροντιστὶ τοὺς πολλοὺς ἀκεφάλους ποιεῖ στίχους, καὶ λαγαρούς, ἔτι καὶ μειούρους. Ξενοφάνης δὲ καὶ Σόλων, καὶ Θέογνις, καὶ Φωκυλίδης, ἔτι δὲ Περίανδρος ὁ κορίνθιος ἐλεγειοποιὸς, καὶ τῶν λοιπῶν οἱ μὴ προσάγοντες πρὸς τὰ ποιήματα μελῳδίαν, ἐκπονοῦσι τοὺς στίχους, τοῖς ἀριθμοῖς καὶ τῇ τάξει τῶν μέτρων, καὶ σκοποῦσιν ὅπως αὐτῶν μηδεὶς ἀκέφαλος ἔσται, μήτε λαγαρὸς, μήτε μείουρος. ἀκέφαλοι δέ εἰσιν οἱ ἐπὶ τῆς ἀρχῆς τὴν χωλότητα ἔχοντες:

Ἐπειδὴ νέας τε καὶ Ἑλλήσποντον ἵκοντο,
Ἐπίτονος τετάνυστο βοὸς ἶφι ταμένοιο.

Λαγαροὶ δέ εἰσιν ἐν μέσῳ, οἷον.

Αἶψα δ' ἄρ Αἰνείαν υἱὸν φίλον Ἀγχίσαο,
Τὼ αὖθ' ἡγείσθην Ἀσκληπιοῦ δύο παῖδες.

Μείουροι δέ εἰσιν οἱ ἐπὶ τῆς ἐκβολῆς, οἷον.

Τρῶες δ' ἐρρίγησαν, ὅπως ἴδον αἰόλον ὄφιν,
Καλὴ Κασσιέπεια θεοῖς δέμας ἐοικυῖα.
Τοῦ φέρον ἐμπλήσας ἀσκὸν μέγαν ἐν δὲ καὶ ᾖα.

De ijſdem etiam quædam adnotauit Euſtathius in Iliad. Terentianus autem eleganter verſum miurũ ita deſcribit:

Dactylici finem verſus ſi claudit iambus,
Hoc eſt pro longa breuis vt penultima fiat.

Deinde hæc addit:

Auribus acciderit nouitas inopina, melius
Verſus vt hic reſonare poteſt, ita ſi cecineris:
Ite domum ſaturæ, venit heſperus, ite ſaturæ.
Nile pater propera, ſitiunt ſata, Nile propera.
Heus puer vt mea ſint tibi vilia carmina vides.
Si nuſquam hoc aliquis lectum putat, ecce dabitur.

Verſus

Verſus Homericus Auſonio reſonans ita modo,

Quem μείουρον Achaica gens vocitare ſolita eſt:

Attoniti Troës viſo ſerpente pauitant.
Liuius ille vetus Graio cognomine ſuæ
Interit Inonis verſu puto tale docimen.
Præmiſſo heroo ſubiūgit namque μείουρον,
Hymnum quando chorus Feſto canit ore Triuiæ:
Et iam purpureo ſuras include cothurno,
Baltheus & reuocet volucres in pectore ſinus,
Preſſaque iam grauida crepitent tibi terga pharetra:
Dirige odoriſequos ad cęca cubilia canes.

Eadem ferè habet Victorinus lib. 2. de ratione carminū, vbi de vitijs verſuū. qui hoc quoque addit, hunc verſum etiam Teliambum, quòd iambo claudatur, vocitari, & Homerum non tantùm in duobus corpuſculis Iliados & Odyſſ. his verſibus Teliambis frequenter vſum, ſed & in eo carmine cui Margite nomen eſt, eundem herois hexametris trimetros iambicus iamquam pares numero miſcuiſſe. Hodie in Homeri rapſodijs pauca exſtant, deprauatis credo multis locis, quod & huic noſtro & alijs poëtis accidit, vſus eſt enim Ennius aliquando his verſibus, vt lib. 7. apud Feſt. Sos.

Dū cenſent terrere minis, hortātur ue ſos.

& alibi apud Cicer. Catone maiore:

Ille vir haud magna in re. ſed plenus fidei.

ſic leg. ex v. eſt ibi hiatus de quo mox. audio eſſe qui hunc peruulgatum Ennij verſum putent miurum,

Vulturis in ſiluis miſerum mandebat homonem.

& ita legi debere: (minem.

Vulturis in ſiluis miſerum mandebat ho

quibus equidem neutiquam adſentiri poſſum. nam Priſc. lib. 6. adducto hoc verſu docet veteres homo homonis extuliſſe. mihi ſi quid liceret, ita liberet ſcribillare:

Vulturus in ſiluis miſerum mādebat hemonem.

Vulturus, habent antiqui libri Priſc. & Seruij. hinc porrò manauit vulturius, vt ab Octauus Octauius, &c. nam vulturis omnino Latinum eſſe nego. deinde hemonem puto ſcripſiſſe Ennium, admonitus à Feſto. Eodem refero illud Lucilij:

Tantalus qui pœnas ob facta nefātia luit.

apud Non. nefantia. vbi malè editum contra lib. vet. nefantia pendit. Cicer. quoque reperio Teliambo vſum in Arato. ait enim:

Quos tenet Aegæo defixa in gurgite Chius,
Bacchia quam viridi conueſtit tegmine vitis.

ſic enim legend. eos verſus puto. Arat.

Ἑλκῆσαι πέπλοιο χίῳ ὅτι θήρια πάντα, &c.

vulg. ibi Echineis. Brachia. vini. quæ nō intellego, & falſa eſſe puto. Bacchia pro Bacchica more Romano. Item Laconius dixit Horat. lib. 2. od. 18. ad auarum, vt in vet. cod. repperi:

Nec Laconias mihi
Trahunt honeſtæ purpuras clientæ.

& Virg. Mæotiam vndam dixit, quam Græci μαιωτικήν. verſus doctiſſimi poetæ eſt hic è 3. georg.

At non qua Scythiæ gentes, Mæotiaque vnda, &c.

ſic certiſſimè ibi ſcribend. ex vet. lib. conſenſu. Auſim pænè adfirmare Maronem etiam vſum verſu miuro lib. 2. Æneid.

Quamquam animus meminiſſe horret luctuque refugit.

qui numerus ibi mirè congrueret. ſed aliter Seruius. iudicabunt eruditi homines, qui ſciunt poetā eum antiquitatis ſtudioſiſſimum, & pedes adhibuiſſe rariores ſuis interdum verſibus, vti hîc vulgò docemus. Hic porrò miurus verſus dicebatur etiam Hexameter Catalecticus, teſte Victorino lib. 3. 116, 15. 137, 30. 151, 24. 207, 17. vbi tamen e potius producitur ob ſequentes conſonātes pl. vide E. 219, 18.

ACEPHALOE VERSVS dicuntur ij quorū initium pro condicione propriæ legis nequa-

nequaqnam integrum proceſſerit; quaſi capite imminuto. vt ſi anapæſtus initio ponatur vice dactyli, aut ſpondei, quod in verſibus longis vſitatius fuit antiquis quàm vulgò putant. Ennius lib. 1. Annal.

Cedunt ter quatuor de cælo corpora ſancta

Auium, præpetibus ſeſe pulcriſque locis dant. & lib. 10.

Veluti ſi quãdo vinclis venatica Venox. Horat. lib. 2. epiſt. 2.

Vehemens & liquidus, putoque ſimillimus amni.

quamquam ibi ſcribi rectiùs debeat vemens, de quo hîc, vel epiſynalœphe fieri poſſit ſpondeus, vt & in illo Virg. 1. georg. Fluuiorum rex Eridanus, &c. vt fluuiorum ſit triſyllab. vide hîc paullo infrà. etſi Victorinus anapæſtum ibi velit, neque ego repugnem. idem hîc vult eſſe anapæſtum: Adicias, nec te vllius violentia vincat. de quo in noctib. Attic. Homer. etiam anapæſto eſt vſus. vt Ιλ ι.

Βορέης καὶ Ζέφυρος, τώ τε Θρήκηθεν ἄητον. & Ιλ. ψ.

Στὰς ἀπάνευθε πυρῆς δοιοῖς ἠρᾶτ' ἀνέμοισι

Βορέῃ καὶ ζεφύρῳ. & ὀδ π.

φθινύθουσιν νύκτας τε καὶ ἤματα δακρυχεούσῃ.

enimuero vt liberè dicam quod ſentio, non puto Acephalum eſſe verſum, vbi pes æqualis cum dactylo interualli reperitur primo loco, cuiuſmodi eſt anapæſtus, adeò vt falli Victorinum exiſtimem. Tum verò Acephaloe mihi verſus eſſe videtur, cũ pedes ſpatio impari eo loco ſunt poſiti. hoc ex Athenęo colligo, qui exẽpli loco adducit duos Homeri verſus, quorum in altero primus pes iambus, in altero tribrachus eſt. eos adduximus modò, vbi de Miuris. Tales eſſe puto qui primo loco habent choreum: quod genus eſt Lucilii lib. 30.

Quod tuas laudes culpes, non proficis hilum. vt apud Non. exſtat Hilum. & apud eundem Nonium, priuum ex eodem lib. Lucil.

Culcitę accedunt priuę centonibus binis. vbi tamen alij reponunt, Culcitulę. ſi ex fide vet. c. rectè. alioqui non temerè mutandum. & eodem lib.

Publica lege vt mereas, pręſto eſt tibi quęſtor. niſi malis, Publicia. eiuſdem claſſis eſſe cenſeo hunc Ennij verſum,

—virosque valentes

Contudit crudelis hiems.

licet Priſc. l. 10. velit à vetuſtiſſ. productam penultumam præteriti tutudi, adducto hoc verſu Ennii. mihi non probat. talem & hunc eſſe puto eiuſdem Ennij lib. 2. Annal. vnde etiam aliter ſe explicat Priſc.

Annuit ſeſe mecum decernere ferro.

ex eo numero eſt Virgil. verſus iſte 2. georg.

Tmolus adſurgit quibus & rex. &c. ſic ferè o. v. c. huiuſmodi apud Lucret. Acephaloe ſunt pag. 111. 11. vbi choreus eſt vice dactyli, qui tamen locus de mẽdo etiam ſuſpectus habetur. ita f. 56, 28. Buceræque. vide hîc Buceriæ. Ceterum de anapæſto quia dicere inſtiterã, id etiam hîc pertexam. Virgil. eo pede ſemel vſus putatur hoc in verſu:

Fluuiorũ rex Eridanus campoſq. liquẽtis. verùm poteſt ille aliter etiam accipi, vt fluuiorum ſynæreſi quadam reddatur triſyllabũ, vio ſit vna ſyllaba, vt hic in fiat, & infr. de Epiſynalœphe, & tũ prima ſit longa. vt hîc in fluuidus; atque ita primo loco ſit ſpondeus. vſus eſt & noſter eo numero, 2. loco. pag. 64, 19. & 1. loco pag. 140, 4, & 3. loco f. 188, 6.

Versvs lagari dicuntur, qui, vt Victorinus ait, in media parte ſunt læſi: puta qui in medio verſu, id eſt, non in primo aut vltimo loco ſiue ſede pedem habent non tanti interualli, quanti vel ſpondeus eſt vel dactylus; vt ſi iambus, choreus, aut tribrachus, ſint pro ſpondeo aut dactylo. quales modò protuli ex Homero duos, cùm tractarem de verſu Teliambo. nam prior tertia ſede iambum habet ſpondei vice: poſterior quarto loco choreum vice dactyli aut ſpondei. quibus addi poteſt & iſte Il. ε.

ἣ τὴν μέγ' ἰάχυσα ἀπὸ ἕο κάββαλεν υἱόν.

vbi 4. loco tribrachus. ¡Talem facit Victori.

Victorinus hunc Virg.

Anchiſen facio certum.&,

Claſſe veho mecum. quæ tamen excuſari ab alijs dicit. huc referri poteſt ille Virgilij è 2.georg.

Vi propria nituntur opis haud indiga noſtræ.

ſic v.q.l. quamquam aliter excuſari id etiam poſſit. vide verſus in is. talis eſt Virgilij ille lib. 9.Æneid.

Rumpe moras omneis, turbataque arripe caſtra.

niſi hiatum hîc malis. & 2.georg.

Muneribus tibi pampineo grauidus autumno. ſed vide mox de verſibus in vs. ſic Ennii apud Auſonium Monoſyl. clauſula:

—replete letificum gau.

ſic apud Titum noſtrum 74,22. fera voluntas; vbi tribrachus erit pro dactylo, niſi in fêrus productam priorem ſyllabam dicamus. vide Ferus. & pag. 118, 13. ſi legas, gerere bellum. ſic pag. 89,1.

Tum quaſi vacillans; ſecundo loco iambus erit pro dactylo, ſi non producas va in vacillans. vide Vacillo. vſus eſt & tribracho pro dactylo in 2 ſede. 69,10.

VERSVS DIPHILIVS SEV CHOERILIVS eſt herous, cui vna deeſt ſyllaba, vt:

Alma parens genitrix diuûm decus Oceano.

Talis fortaſſe eſt ille Ennij apud Cicer. de ſenectute:

Antehac dementes ſeſe flexere via?

& eiuſdem alius apud Priſc.l.5.

Æſtatem autumnus ſequitur; pôſt acer hiems.

ſed apud Seruium in l.6.Æneid. legitur hiems fit. & certè mihi ipſe nô ſatisfacio in huius verſus tractatione, quando Victorinus requirat ſemper tertio loco ſpondeum, & loca omnia, etiam ipſius Titi, de mendo vt quæ maximè ſint ſuſpecta. nihil ergo affirmo, & tamen quid magis mihi probetur, indicandû putaui. 102,8.

HACTENVS ea verſuum attulimus πάθη, Victorin. quę vitia appellat: quę fortaſſe alij copioſiûs tractaſſent. nos ſuo quidque loco reſeruamus. & quæ vitia vulgò putentur, non eſſe varijs oſtendimus in locis. Quare videndæ erunt ſuprà vocales a. e. o. fac, & infrà de in is, us, & t deſinentibus, deinde de hiatu. Nunc ea perſtringamus πάθη (ſi modò hæc ita dici debent) quæ augent numeros heroi verſus.

HYPERMETRI primùm. ſic vocant eos verſus in quibus extremis ſyllaba abundat. idque tum demum licet, inquiût, ſi proximus verſus à vocali incipiat: vt ea redundans ſyllaba trahatur, & abſumatur à vocali proximi verſus. Virg.

Iamque iter emenſi, turres & tecta Latinorum

Ardua cernebant iuuenes.

Hoc perpetuò ſeruari volunt Grammatici vulgò. ego plurimum ſanè dubito; tum quòd veteres grammatici plerumque ſcribant ita fieri; quaſi indicarent, aliquando inueniri aliter: tum quòd pes Moloſſus in verſu heroico loco dactyli, vel ſpondei, veteribus in vſu fuerit, vt mox dicam: atque ita nihil vetet, cur in extremo verſu tam productum pedem non admittamus interdum: tum denique quòd in hoc poëta noſtro duo ſint loci de mendo imprimis ſuſpecti; qui è veteris lib. veſtigiis optimè reſtitui poſſent, ſi tales hypermetros probemus. prior eſt pag. 54,29.

Quos memorant Phrygios, inter ſe forte cateruatim

Ludunt.

Sic enim legendum putarem. alter pagina 190,14.

Vt nunc ſæpe boues Lucæ ferro malè mactatæ

Diffugiunt, &c.

Ita & ibi legerem. nihil hîc adfirmo. tantum quid dubitem, eruditis & diligentibus hominibus expono. Neque verò video cur Moloſſum, vel palimbacchium extremo loco ponere non liceat, quos alijs locis ſine dubio vſurparunt veteres omnes. qua de re mox. de vulgaris hypermetris nihil eſt

Operæ

operæ multa dicere, aut loca adducere. 174,32.&c.

Svnt alii versvs ſuperioribus conſimiles, qui initio abundant ſyllaba quam præcedentis verſus vltima vocalis præcidit. talis eſt Horatianus iſte:

—vagus & ſiniſtra
Labitur ripa, Ioue non probante,
Vxorius amnis.

& alius eiuſdem melici lib.3.od.2.

Virtus repulſæ neſcia ſordidæ
Incontaminatis fulget honoribus.

ſic in v.l. repperi. itaque leg. puto. vulg. intaminatis, quod Latinum fortaſſe nô eſt, ex eoque manauit, quod hæc abſumendi primam ſyllabam ratio non ſit omnibus nota. Enn. apud Cic. de orat.

Suarum rerum incerti, quos ego mea ope
Ex incertis certos, compoteſque conſili
Dimitto.

Terent. prolog. Eunuch.

Qui bene vertendo, & eas deſcribendo malè
Ex Græcis bonis, Latinas fecit non bonas.

ſic ibi o.v.l. optimè. & in prolog. Hecyr. vt in vet. lib. eſt.

Ego interea meum non potui tutari locũ.

& in vet. epitaphio.

Obteſtor manes meritę ſanctęq. patronę,
Et comprecor vt leni terra tegat tumulo.

malè quidam contra vet. lib. & morem maiorum ſyllabam eam quæ abſorbetur, & quam initio ſequentis verſus collocandam diximus, appingunt verſui præcedenti. hoc etiam doctiſſimus Fabricius obſeruauit. poëta quoque noſter eſt vſus. 138,21.

Dactylici versvs. hoc & generis, & formæ nomen eſt. nam cùm omnes heroi ita vocantur, tum hi propriè, qui loco vltimo pro ſpondeo pedem habent dactylũ. de quibus nos hîc pauca nunc perſtringemus. Seruius, Priſcianus, Bedas, omneſque ferè veteres qui de verſibus ſcripſerunt, huius verſus meminerunt. vſus eſt, vt à principe auſpicemur, eo Homer. vt ὀδ. ι.

Τοῦ φέρον ἐμπλήσας ἀσκὸν μέγαν, ἐν δὲ καὶ ἦια
κωρύκῳ.

niſi ſi quis ἦια diſyllabon faciat. quod ego certè malim, qui videam eo nomine plerumque ita vſum poëtã, vt ὀδ. β.

ὥπλισσέν τ' ἦια, καὶ ἄγγεσιν ἄρσεν ἅπαντα.

& ὀδ. ε.

Ὡς δ' ἀκμῆστι ζαὴς ἤιων θημῶνα τινάξῃ
καρφαλέων.

Ita Ennius:

At tuba terribilem ſonitum procul excitat horrida.

Talem ait Seruius eſſe Virgil. è lib. 3. georg. iſtum:

Et ſpumas miſcent argenti, viuaque ſulpura.

ſic & lib. 2.

Inſeritur verò ex fetu nucis arbutus horrida.

quamquam iſti verſus ita ſint dactylici, vt ſi quis concertare velit, poſſit aliter excuſare. nam proximi verſus incipiunt à vocalibus, quibus extrema ſyllaba abſorbeatur. Verùm hũc oportet facias verè dactylicum, lib. 6.

Bis patriæ cecidere manus. quin protinus omnia
Pellegerent oculis.

ſic enim ibi ſine dubio leg. ex v.q. Priſc. & Macr. qui verſus depravatus fuit, vt alij multi, ignoratione numerorum. ita etiam leg. fort. ex v. cod. l. 4. georg.

Conſedit ſcopulo medius, numerumque recenſuit.

vulgò recenſet. & 6. Æneid.

Per campos paſcuntur equi. quæ gratia curruum.

& ſi aliter ibi excuſari poſſit. vide Priſc. lib. 7. extremo. ceterum alios eiuſdem poëtæ verſus, vt:

Hic finis fandi. ſoliorum Iuppiter aureo,

& conſimiles, quia epiſynalœpha vulg. excuſantur non incommodè, hîc præteribimus. vſus eſt autem Titus noſter hoc numero perſæpe, niſi & ſynęreſin in quibuſdam velis. 3,21. 58,21. 59,19. 75,28. 78,6. 202,11. 177, 10. 180,15. & f. 66,27.

De cretico.

Et hoc pede conſtat augeri numeros hexametri verſus, ſi admittas. quem ſanè doctiſſ. grãmatici veteres in hunc verſum receperunt. Memineris autem (inquit Victorinus vbi de verſu heroico agit) ſæpe Græcos huic metro Moloſſũ

& Pa.

& Palimbacchium, & creticum loco dactyli ſub lege ſyllabarum communium admiſcere. nã et apud nos ſimilis verſus reperitur, in quo primus amphimacrus eſt. vt eſt,

Inſulæ Ionio in magno.

qui tamen certa ratione creticus non eſt. nam tertiam longam, id eſt, æ diphthongũ quæ creticũ pro dactylo dedit, ſequens ſyllaba à vocali incipiens, dum tempus prioris ad ſe trahit, produci non patitur: atque ita productam vocalem ſuperueniens alia elidit. hæc Vict. cuius poſteriorem ſententiam in eo quidẽ verſu amplector. de quo mox. Terentianus verò elegantiſſ. verſibus ita:

Leges quippe datas heroica carmina poſcunt,
Quis acta Homerus heroum cùm ſcriberet,
Verſibus oſtendit: quas æquè ſermo Latinus
Cuſtodit omnes, & pedes ſolos probat,
Quos ſuprà poſui. Græcis & Creticus aptus.
Bacchius etiam ponitur pro dactylo.
Creticus in noſtris, ſi læuia carmina pangas,
Rarò inuenitur: qualis hic Maronis eſt:
Inſulæ Ionio in magno, quas dira Celæno.
Creticus offendit pes primus & aſperat aures.
Dabo & latentem creticum;
Solus hicc' inflexit ſenſus: nam primus & iſtic
Pes longiorem tertiam dat ſyllabam:
Cc geminum quoniam ſermonis regula poſcit,
Vt fiat, hicce plena vox (excluditur
Vocalis) dabitur: nec conſona pellitur vlla,
Niſi quæ duabus obſtat vna vocibus.

Victorinus ergo in eo verſu Virg.

Inſulæ Ionio &c. probat Creticum. & lib. 4. ita legit:

Solus hicc inflexit ſenſus, animumque. &c. Et ſic alii etiam vet. grammatici ibidem legunt. erit ergo & ibi Creticus. Eodem [illegible]s eſt numero Virgilius lib. 8.

Quod fieri ferro, liquidoúe poteſtur electro. ſiquidem v.q.e. ſequaris. & lib. 1.

Ilionea petit dextra, leuaque Sergeſtum.

Sic omnino leg. puto lib. 4. geor. ex v. l.

Stellio, & lucifugis congeſta cubilia blattis. poſſet tamen & hîc eſſe ctaſis vocalium. vt apud Ouid. 11. metamorph.

Dixerat, induitur velamina mille colorum
Iris, & arcuato cælum curuamine ſignãs
Tecta petit. —

v. l. habent ferè arcuto. Sed arcutus ab arcu deduci commodè poſſe non puto. reſtitui ergo arcuatus. quod eſt vſitatiſſ. bonis ſcriptoribus vocabulũ. vulg. ibi arcatus. peſſimè. q. vulg. arquatus. ne hoc quidem rectè, tum quòd ſit contra v. l. tum etiã quòd arquatus aliud valeat. niſi arquatus tetraſyll. facias ab arquus pro arcus. quem vetuſtum morem hîc affectaſſe Naſonem veriſimile non eſt. ſed de epiſynalœphe infr. Ceterùm lib. 5. & 8. Aen. non dubito quin ſcripſerit poëta Conuolſum remis, roſtriſque ſtridentibus æquor. Sic enim ferè o.v.c. & numerus ille mirificè congruit vndarum fragori & ſonitu, qua de re infra. erit ergo ibi Creticus, aut etiam Moloſſus ob ſtr. Atque eo pede vſum puto Homerum in 1. verſu.

Μῆνιν ἄειδε θεὰ πηληϊάδεω Ἀχιλλῆος.

licet alij aliter ſe explicent. Ennius quoque vſus eſt apud Feſt. ſas.

Virgines nam ſibi quiſque domi Romanus habet ſas. Mirum ergo videri non debet, ſi & noſter eo pede ſit vſus. Planè in comicis eum minimè admiſerim; cùm omnes grammatici veteres repugnent, & res aliter explicari poſſit commodè, vt ad mutationes, aut ſyllabarum traiectiones contra libr. v. quod minimè probo, etiam non ſit cõfugiendum. exempli gratia apud Terent. Andr.

Eius morte ea ad me lege redierunt bona. eaad in metiendo fit vna ſyllaba

vt Ennius. Eorúdem nec etc. & ibidem:

Quidnam eſt? puerile eſt. quid eſt? nihil. quin dic, quid eſt. vbi quid eſt? fit eliſio litteræ d. vt admonui alibi. in eadem fabula:

Adeon' impotenti eſſe animo, vt præter ciuium &c. in impotenti prima eſt breuis, vt in tympanum apud Catull. de Berecynth. ſimile de reliquis omnibus eſto iudicium. nam ego hîc veteres plurimos grammaticos exſequi, quàm recentiores paucos, qui hanc explicandi rationem fortaſſè nó viderant, malim. verſus noſtri poëtæ eſt iſte:

An cælum nobis vltrò natura corruptũ.

Quidam hîc cruentum, alij alia ſupponunt. Ego τὸ corruptum retinendum dico. ne verſum contra v. l. fidem corrumpamus. 229,26. & f. 116,4 & f. 188,6. vbi tamen Syncopen præſtat recipere. vide Syncopen.

DE MOLOSSO.

Et hunc pedem non excludit verſus heroicus, vti ex Victorino modò oſtẽdimus. Homer. 1. loco, eſt vſus eo pede, ἰδ.η.

ἐσσήκων. μηδ' ὕτω φίλεν δῶ πατρὶ γένοιτο.

Apud Latinos nondum inueni, niſi forte in Virg. verſu de quo modo, eum pedem malis. admonẽdum tamen & hoc fuit, vt nequis de aliis pedibus rarioribus tractationem hanc noſtrâ damnet.

DE PALIMBACCHIO, ET BACCHIO.

Docui ſuprà ex Vict. et Terentiano, hos pedes vſurpaſſe antiquos pro dactylis aut ſpondeis in herois. De Bacchio nihil dum apud alios repperi. Titus ſemel eſt vſus pereleganter, qui locus vulgo tamen eſt immutatus. 167, 17. Palimbacchio vſus eſt etiam noſter vno loco, qui ab aliis quoque adhuc mutati fuerant. 42,8 & f. 36,26.

PAEON.

De hoc pede non meminerunt, quod ſciam, grammatici veteres. poëtas tamen vſos comperior. Enn. apud Feſt. Sibinam:

Illurici reſtant ſicis ſibiniſque fodientes,

ſic ibi leg. & apud Nonium:

Sic mulier erubuit, ceu lacte & purpura mixta: ita leg. Lucil. lib. 30.

Quid date, quid ſumpti facere ac præbere potuiſſet. Sic leg. apud Non. Sumpti & apud Plin. lib. 35. in antiquo epigr.

Marcus ludius Eotas Ætolia oriundus.

In quibus omnibus tamen ſynizeſi adhibita vulgares pedes efficere quis poſſit; vt, fodientes, potuiſſet, oriundus triſyllaba fiât; mulier, duarum ſyllabarum. qua te expediendi via etiam hîc vti poſſis: nam pag. 67.4. oriundi triſyll. pag. 110, 14. acier diſyll. & 18. ferruginea tetraſyllab. eſſe poſſint. Vnus eſt apud Virgil. libr. 4. georg. locus, vbi talis elabendi ratio non eſt:

Miſcentur, tenuemque magis ac magis aëta carpunt. ſic enim v. q. l. habent. ſed melior videtur vulgata ſcriptura magis magis, ἀσυνδέτως. vt contrà apud Ennium:

Ergo magiſque magiſque viri nunc gloria claret. Sic leg. admonui alibi. Vnus eſt item locus hic vnde te aliter etiam non expedias, quàm ſi ipſa poëtæ verba commutes. Docti conſiderabunt. 138,13.

CHORIAMBVS, ET IONICVS.

Ne de his quidem meminerunt antiqui grammatici, Iouem lapidem tamen vt dicitur iurare auſim ijs vſum poëtam Virgilium lib. 3. Æneid.

Cauloniſque arces & naufragum Scyllaceum. ſic verſus ille in optimis quibusque manu exaratis codicibus inuenitur deſcriptus. etiam in peruetere illo qui Louanij in bibliotheca artium adſeruatur. Et numeri, vt ita dicam, fracti & naufragi optimè loco & ſententiæ conueniunt. quod certè poëtas interdum quæſiuiſſe mox indicabo. De Ionico duo ſunt loci apud Virgil. nam lib. 1. Æneid. o. v. l. habent:

Acceſtis ſcopulos: vos & Cyclopeia ſaxa accommodati omnino ibi ſunt confragoſi; & , vt ita dicam, ſcopuloſi numeri. quale eſt verbum Acceſtis. Deinde lib. 2. Æneid. extremo:

Euentiunt nec te comitem hinc aſportare

Creuſam. ſic & ibi v. q. l. & Seruius. cuius hæc ſunt verba. Hic verſus caret ſcanſione. vnde multi, hinc; multi as ſyllabam detrahunt. ſi tamen vis fide ſeruata hunc ſcandere, fit conuerſio vt:

Eueniunt nec te hinc comitem. —

& poteſt ſcādi per ſynalœpham. aliter nec eclypſim, nec hiatum, nec ſynalœpham recipit. An talis admittenda ſit conuerſio, eaque ſit fides, quæ ſeruari debet in ſcriptis veterum; haud ſcio an conſentiant eruditi.

Hi ſunt ergò pedes rariores omnes, quibus veteres interdum vſos exiſtimo. quibus addi poterũt etiam illi qui dicuntur ſpondiaci verſus: de quibus iam paucula.

PROCELEVMATICVS.

Hunc vicem dactyli aut ſpondei aliquando tenere norunt omnes. Ennius apud Nonium:

Capitibus nutantes pinos, rectoſque cupreſſos. Virgilius hoc pede ſicubi vſus creditur (putatur autem ſæpiſſimè.)in 4. 5. 6. tantùm verbis eſt vſus, tenuia & tenuis, abietibus & abiete, parietibus, reice, ariete & arietat. vt:

Velleraque vt foliis depectant tenuia Seres. et:

Tenuis vbi argilla, & dumoſis calculus aruis. et:

Abietibus, iuuenes patriis, & montibus æquos. et:

Ædificant, ſectaque intexunt abiete coſtas. et:

Herent parietibus ſcalæ, poſteſque ſub ipſos. et:

Mœnia, quique imos pulſabat ariete muros. et:

Arietat in portas, et duros obice poſtes.

Verùm commodè nec inſolenter accipi verba ea ita poſſunt; vt tenuia, abiete &c. ſint triſyllaba, népe vt in tenuia n littera applicetur vocali præcedenti, ten: & u proxima fiat conſonans, ui monoſyllab. ten-ui-a. & ſic ab-ie-te, ar-ie-tat etc. reice verò ſit diſyllab. Huius rei argumentum habeo firmum ex Tito noſtro. qui extenuantur quatuor ſyllabarum fecit pag. 147, 15:

Atque aliis extenuantur, tabentque viciſſim. niſi anapæſtum quis hic eſſe dicat. quod equidem non puto. & alibi vide &c. 111, 13. 131, 1. 142, 9. 146, 27. 230, 29. 231, 15 &c. ſic eicit diſyllabon fecit noſter. 101, 3, 147, 26.

SPONDIACI VERSVS.

Vitioſum putant vulgo ſi duo ſpondeî ponantur vltimi non præcedente dactylo. vt hic: 142, 16.

Ponderibus ſolidis, neque quidquam à tergis obſtet. falſa eſt ea grammaticorũm præceptio. quæ multis bonorũ ſcriptorum locis fuit fraudi. nam docti etiam viri ea inducti, poëtarum veterũ loca ſæpe immutarunt. verbi gratia verſum, quem modò adduxi, M. Marullus ſcripſerat, contra v. l.

Ponderibus ſolidis, neque quidquam à tergibus obſtet. Multa ſunt alia loca in hoc poëta, quę mox indicabimus. Falſa eſt ergo ea grammaticorum regula, cùm veteres ſæpe iis numeris vſos videamus. non tamen nego modũ adhibendum. Homer. ιλ. α.

Πρός τε θεῶν μακάρων, πρός τε θνητῶν ἀνθρώπων. & β.

ὃν τέκεν Ἀστυόχεια βίη ἡρακληείη. & π.

Τὸν δ' ἐπικεκλομένων προσέφης Πατρόκλεες ἱππεῦ. &c. Ennius. 7. annal.

Tempore commodus & verborum vir paucorum. & lib. 2.

Dum cenſent terrere minis, hortanturq; ſos. & lib. 6.

Arbuſtum fremitu ſiluaï frondoſaï. Virgil. 3. georg.

Saxa per & ſcopulos & depreſſas conualles. in bucol.

Iſmarus aut Rhodope, aut extremi Garamantes. & lib. 7.

Aut leues ocreas lento ducunt argento. 7, 25. 38, 30. & 92, 21. 95, 11. 98, 1, 142, 18.

INCISIO SEV INCISVM.

Sic vocant Cic. & Vict. quam vulgo cęſuram non malè, Græc. τομὴν & κόμμα. Eius genera apud grammaticos extãt. Volunt ferè eam eius eſſe vim ac pote-

ſtatem, vt ſyllabam breuem corripiat. quod apud veteres grammaticos legiſſe non memini. & haud certè conſtitui verum'ne ſit axioma illud an ſecus. Videtur habere veri ſpeciem, quòd in multis verſibus id tenuiſſe videantur poëtæ. proferam aliquot, qui ferè deprauati ſunt in libris peruulgatis, propterea quòd correctores eam poëtarum conſuetudinem non conſiderarint ſæpenumero. Virg. lib. 1. Æneid.

Fert humero, gradienſque dea ſupereminer omnis. ita v.q.vul. deas, & ibid.

Litora iactetur, odiis Iunonis iniquæ. in q.v. iacteturque. ibid.

Qui dapibus onerant menſas, & pocula ponunt. ita ferè v.l, vulg. menſas oner. lib. 2.

Androgeus offert nobis, ſocia agmina credens. ſic v.o. vulg. Androgeos. ibid.

Súpplicis erubuit, corpus exſangue ſepulcro. vulg. corpuſque contra l. v. ferè. lib. 3.

Liminaque lauruſque dei &c. ibid.

Effugimus Ithacæ ſcopulos, Laërtia regna. ita vulg. & q.v. ſed alii ſcop. Ithacæ. lib. 5.

Oſtentans artem pariter arcumque ſonantem. ſic v.pl. & Aſper. lib. 12.

Multa manu, nec non animus aurumq; Latino eſt. ita q.c.v. ſed pl. vt vulg. animuſque. Ouid. lib. 10. met.

Liliaque pictaſque pilas, & ab arbore lapſas. Sic v.q.c. rectè. ibid.

Illa ſilet, primoque patris in vultibus hærens. ita opt. v.c. vulg. primo patriſque. & lib. 11.

Peleuſque, comiteſque rogant. —— ſic v. l.o. vulg. Et Peleus. Prudent. in Symm. lib. 1.

Plena puellarum patribus ergaſtula ſæui Principis. ——

ſic omnino leg. ex v.l. & lib. 2.

—— calcataque ſacra domare

Difficilis operis fuit, immenſique laboris. ita optimè v.l. & ibid. ex v.l. lego:

Hos tu Nile colis, illos tu Tybris adoras. & ibidem:

Pauper & infirmus, & ſummo indignus. in Pſychom.

Contigit exſtincta multo certamine ſæua

Barbaties &c. ſic v.c. de Hippolyto:

Ergo ſit Hippolytus, agitet, turbetque iugales. ita v.l. vulg. quatiat, non ſatis Latinè, vt puto. in Apoth.

—— vetus illa tamen de crimine auorum

Dicitur illata, quoniam concreta veterno eſt. ita v. c. rectiſſ. vt puto. Protuli teſtimonia tantùm ea, quæ in codicibus vulg. aliter perſcripta exſtant. ab aliis abſtinui, quæ omnibus ſunt in promptu. potuiſſem verò pluria etiam adferre. Sed quia recentiorum ille canon mihi non omnino probetur, & breuitati ſtudemus ad ea quæ de quarundã ſyllabarum interuallis mox dicturi ſumus: reliqua reiiciemus: nam quæ modò adduximus, omnia eo etiam pertinent.

HIATVS.

Amarunt hunc antiqui plurimum poëtæ. Cic. in oratore, vbi cùm dixiſſet voces hiulcas eſſe non debere nec aſperas; & Græcos vocum illa concurſatione delectatos, quam tamen vt vitioſam fugerit. Demoſtenes, ait: Sed Græci viderint: nobis ne ſi cupiamus quidem, diſtrahere voces conceditur. Indicant orationes illæ ipſæ horridulæ Catonis; indicant omnes poëtæ, præter eos, qui vt verſum facerent, ſæpe hiabant. vt Nęuius:

Vos qui accolitis Hiſtrum fluuium, atque Algidam. & ibidem:

Quam nunquam nobis Graij atque barbari. At Ennius ſæpe:

Scipio inuicte. Et quidem nos.

Hoc motu radiantis eteſiæ in vada ponti. Hoc idem ſæpius noſtri non tuliſſent quod Græci laudare etiã ſolent. Hanc vet. poëtarum multi dum nõ animaduertunt, multa in eorum libris peccarunt. Attuli quędam teſtimonia ſupra A, E, I, O. nunc plura adſcribam. Terent. Eunuch. act. 1. ſc. 2. dies noctesque me ames, me deſideres. ita vet. lib

Adelph.

Adelph.act. 5.ſc. 7. Quid tu ais Æſcine? AES.ſic opinor. D. multo rectius eſt. ſic ibi ex v.c.leg. non poteſt quidem ille verſus ita reſtitutus eſſe ſenarius: ſed propterea contra lib. v.traicienda non ſunt verba.nam ſæpe ſenariis verſibus adiunguntur verſus qui pedem vnum aut dimidiatum habeant amplius, teſtibus ver. grāmaticis ad vnum omnibus. Perperam faciunt, meo quidem iudicio, qui verbis contra v.l. inuerſis aut traiectis,ſæpe vnam , vt ita dicam, ſcænam complent integris ſenariis aut octonariis.ſed hac de re alias.& in Eunuch.act.3.ſc.3.

Ita me ab ea video aſtutè labefactarier.
ſic v.l.Virg.eclog.2.

Addā cerea pruna, honos erit huic quoque pomo. vulg.& honos.eclog.5.
frigida Daphni boues ad flumina vlla. &c.ſic v.l.vulg. nulla. ibid.

Ecce duas tibi Daphni, duo altaria Phœbo. ſic vet.libr.ferè. vulg. duoq́ue. eclog. 8.

Carmina e cælo poſſunt. —
ita v.q.ſed q.c.v.& e cælo.vulg.& etiā Seru.vel cælo. 1.georg.

Sit pecori, apibus quanta experientia paruis.ita v.l.vulg. atque apibus. eod. lib.

Tum pingues agni ,& tum molliſſima vina.ſic leg.ex.o.v. vulg.agni pingues. lib.2.

Impleuere;tenent oleæ, armentaque læta.vulg.oleæq́ue.lib.3.

Deficit;abde domo, & turpi ignoſce ſenectæ.ſic eum locum reſtituit doctiſſ. Canterus noſter. vulg. ibi nec turpi.& ita etiam v.l.& Seru. ſed ſenſu contrario.& lib.12.Æneid.

Promiſſam eripui genero , arma omnia ſumpſi. ita leg.ex.v.l.vul.q.atq; arma. q. & arma. Sic in Prudent. lib. 2.in Symm. ex.v.l. leg.puto:

Spemq́ue in me omnem ſtatuat.
& in præfat.in Pſychom.

Parente natus alto & ineffabili. vt in v. q.l.exſtat.Lucilius apud Noniū. Samium,vt leg.puto: (ſcelere eius;

Hanc vbi vult malè habere .vlciſci,pro

Teſtam ſumit homo Samiam, ſibi inlico telo

Præcedit caulem, teſtisq́ue vna amputat ambo.Perſ.ſat.6. dic clare. haud audeo inquis.ita v.q.& ſaty. 3.

Diſcite ô miſeri & cauſas cognoſcite rerum. Sic leg. puto.vulg. Diſciteq́ue ô & in v.c.q. Diſcite & o. an non ſubolet mendum ? Poſſent huc referri ea in quibus M non exteritur. Sed ad ecthlipſim nos illa relegamus.Egregiè etiam Iohan. Riuius in verſibus comicis de hiatu commentatus eſt.

ECTHLIPSIS ET DEM NON EXTRITA.

Sic vocant veteres cùm eliditur conſonans cum ſua vocali.vt:

Multum ille & terris &c. —

De S. vt;veteres eam interdum abiecerint,diximus & in epiſt.ad lectorem,& in littera S.

De M etiam pauca attulimus,quemadmodum ſæpe non ſolear elidi, in littera M. de qua nunc addemus paucula teſtimonia à nobis ex. v. c. reſtituta. Lucil. apud Nonium Attendere lib. 29.

Præterea vt noſtris animum attendere dictis. ita leg. puto. idem lib. 7. apud Non.Contendere:

Huncne inquam Hyacintho hominem cortinipotentis
Deliciis(f.Deliacis)contendi?&. 30.apud Non.dicare.

— ſic vbi ad aures
Fama tuam pugnam claram adlata dicaſſet.

Varro Eumenid·

Qnid quaſi non curat tantidem Ariſtoteles.Prudent.in Romano:

Natura veſtrûm atque origo cælitum.
ita v.q.rectè. ibidem:

Hydrina ſuetus vſtum ire vulnera.
ita vet. lib. optimè. vſtum ire, id eſt, vrere.q. vet. vſtuire.etiam rectè. & rectius fortaſſe . vt in iure ciuili creditum, debituiti &c. de quibus. Ant,

Auguſt.l.2.cap.2.vulg.vſtulare, quod ex gloſſa contra vet.l.irrepſit.in eodem Romano:

Nil in deorum oblatrarer dedecus.

ſic lib. vet.3. rectè. vulg. oblacterarer, quod illi loco minimè conuenit. imò oblaterare dicimus.vide Feſt.blaterare. etſi deblacterare ſcribatur in eod.Feſt. malè. Lucilius lib.30.

Deblaterat blennus bonus ruſticus, concinit vnà,

apud Nonium, deblaterare.& lib.2.in Symmach.

Muneris auctorè ipſo de munere pendas.

Sic leg.ex vet.lib. ſequitur enim æternus,mortalis,& ibi eſt muneris.Teren. Eunuch.act.3.ſc.2.Vnà irè cum amica imperatorem in via. ſic leg. ex vet.l. & ſc.3. Nō maior:Thais, quam ego ſum, maiuſcula eſt. ſic ex vet. leg. vt multis aliis locis vulgò mutatis.Lucil.lib.1.

Prætextæ ae tunicæ Lydorum opus ſordidum omne. Ennius lib.10.

Inſignita ferè tum millia militum octo.

Virgil.lib. 6.

—purumque reliquit

Ætheteum ſenſum, atque auræ ſimplicis ignem.

ita ferè ver. lib. vulg. tamen, & Probus,aurai.idem lib.1.

Troas relliquias Danaum, immitis Achilli. ita vet.ferè.vulg.atque i.Achillis.& lib.4.georg.

Et caput vnde altus primùm erumpit Enipeus. ſic veter.q. alii vt vulg.ſe erump.etiam rectè,immò elegantiùs.

SYNECPHONESIS, SEV EPISYNALOEPHA.

ITA appellari dicit Victorinus cùm duæ vocales in vnam ſyllabam coeunt, & coguntur, vt P.Varro:

Cùm te flagranti deiecit fulmine Phætō. & Virg.

villis onerofum atque vnguibus aureis. & lib.5.

Puniceis ibant euincti tempora tæniis. ibidem:

Implenturque ſuper puppes ſemiuſta madeſcunt Robora. lib.11.

Ac velut Edonij boreæ. ſic vet.lib. & ibidem:

Filia prima manu floreos Lauinia crines. ita vet. q. vt & Seruius air. vulg.flauos.lib.3.

Fama eſt Enceladi ſemiuſtum fulmine corpus. ſic omnes vet.vulg.ſemuſtum. Prudent.Diptychio:

—iam deerant vina miniſtris.

ſic leg.ex ver. cod. Catull.de Cœlio,& Quinctio:

Flos Veronenſium, depereunt,iuuenum. ſic ver.cod.rectè. ſic etiam legend.puto illum eiuſdem ad Caluum:

Curram ſcrinia, Cæſios,Aquinios.

vulg. Aquinos. Aquiniorum gentem apud Romanos fuiſſe ex eo etiā liquet, quod Macrob.lib.1.Sat. cap.16.Aquinij cuiuſdā auguris, &, quod maximè huc facit, ipſe M. Tull. Aquinij huius vt mali poëtæ commeminit lib.5.Tuſculan.adhuc(inquit) neminem cognoui poëtam(& mihi fuit cum Aquinio amicitia) qui ſibi non optimus videretur.Sic & Virgil. dixit: Vis & Tarquinios reges. vt τὸ Tarquinios ſit triſyll. Et quia apud Catullum hanc gentem reſtituimus, illuſtremus apud eundem & aliam.ait lepidiſſ. poëta:

Marrucine Aſini manu ſiniſtra,&c.

Aſiniam hanc gentem apud Marrucinos fuiſſe nobilem conicio ex epir.Liuij 73.Sed &(inquit Florus)C.M.prœlio Marſos fudit, Hirnio (f. Hirco) Aſinio prætore Marrucinorum occiſo. prætorem vocat ibi ϛρατηγὸν recta eſt ergo eo in loco v. c. ſcriptura, vbi ſubiecerunt alij, Inter cenam Aſini,vt apud Sophoclem ἐν δεῖπνοις παρ' ὅσον. ſed nihil mutandum facilè ſine v.l. Nunc ad rem.in vet.epitaphio:

Luctuoſumque mihi,quid ſcio quid fuetis. & in alio:

Vnanimi Calpurniano ſociata marito.

Lucil.Maluiſti dici Græcè ergo prætor Athenis. Cic.lib.2.de conſul. Semianimum & uaria,&c. Prudent.Pſychom: pulcerque topazion.ita leg. ex vet.cod.

πτά-

τοπάζιον & πάζιον lapis pretioſus. vide Heſych. vulg. ropazō. malè. Hor. l. 2. Sat. 2.

Luſcinias ſoliti impenſo prandere coëmptas. idem lib. 1. Sat. 7.

Vindemiator, & inuictus, &c.

Sic vet. lib. & in Perſio Satyr. 2. leg. puto ex v. cod. ——ô ſi

Ebulliat patrui præclarum funus.

nam vulg. Ebullet Latinum non eſt. Ebullire dicimus, non, ebullare. & ſat. 6. fortaſſe rectiùs legatur ex v. c.

Hereat in ſtultis breuis vt ſemiuncia recti. & Satyr. 3.

Iampridem hunc ſepelij.

in eod. c. Sat. 5. Cliumque ad Virbij.

Magiſter artis, ingeniſque largitor.

Verùm de huiuſmodi caſibus & duobus ii, concurrentibus, an exprimi in ſcriptura debeant, diligenter ſcripſit Io. Pierius in libr. 1. Æneid. ibi:

Hic tamen ille vrbem Pataui. &:

Oenotrij coluere viri.

aliiſque in locis, quibus hoc addas licet Martiani iudicium: M littera etiam neutra finiuntur. vt telum, ſcamnum. Sed hoc animaduertamus, cùm nominatiuo i. ante vltimam ſyllabam habent genitiuo ſingulari, item datiuo & ablatiuo pluralibus eandem geminare debent, vt lilium, folium, &c. Sed conſuetudo (inquit) & auctoritas veterum ingeni, conſili, imperi per tres ſyllabas maluit dicere. De hac ſynecphoneſi exempla quædam repeti poſſent ex ijs quæ de dactyl. verſu, & alijs quibuſdam rarioribus pedibus diximus; ſi quis ita malit.

DE INTERVALLIS VOCALIVM RARIORIBVS.

Ostendi ſuprà A ſæpe produci. adiciam vnum aut alterum teſtimonium. Ennius lib. 8.

Iamque ferè puluis fulua volat. Virg.

Dona dehinc auro grauida, ſectoque elephanto.

Vide hîc & de E. & adde hunc Prudentij verſum periſteph. hymn. 4.

Ciuitas quæque pretioſa portans.

De E aduerb. breui adde & hos numeros 71, 1. vbi perficè. & 114, 10. vbi mirè corripuit. vide etiam teſtimonia quędam in o. Verùm hoc admonitione digniſſimum hîc viſum, quod vetuſtiſſimi, vt inquit Priſcianus libro 7. in quibuſdam Latinis, quæ nominatiuum in es productum terminant, pareſque cum genitiuo habent ſyllabas, in tertia declinatione ſolent producere ablatiuum more quinctæ declinationis, vel more Græc. Euphrate, Ariſtotele, &c. vt, à mole, fame, tabe. Virg. in 6.

—ille fame rabida tria guttura pandens.

Huius rei exemplum repperi inſigne apud Prudent. in Romano, qui ſorde produxit. ait enim:

Sorde tumeſcit, liquitur, fœtet, dolet;

Inflatur ira, ſoluitur. &c

Sic reſtituo eleganter, vti puro, adiutus à veteri codice. vulg. ſordet, malè. de tabe vide hîc. 26, 13.

IN R. DESINENTIA.

Existimo veteres interdum longa hæc verba feciſſe, nulla habita ratione ad inciſionem, aut litteram quam aliam, ſeu elabendi rationem. Enn.

Interea fugit albus iubar Hyperionis curſum. & lib. 16.

Qui clamor oppugnantis vagore volāti. & lib. 17.

Imbricitor, aquiloque ſuo cum fulmine contrà. ibidem:

Tollitur in cælū clamor exortus vtriſque. &: Poſtilla germana ſoror errare videbar. Lucil. lib. 10.

Languor oppreſſitque pigror, torporque quietis. Virg. lib. 5.

Olli ſerua datur, operum haud ignara Mineruæ. ibidem:

Oſtentans artem pariter arcumque ſonantem. & lib. 2.

Noſtrorum obruimur, oriturque miſerrima cædes. idem ecl. 9. (agamus,

Deſine plura puer, & quod nunc inſtat multiſq. alijs locis r. finita breuia fecit Maro. Prud. Roman. Quos lana terret diſcolor in ſtirpe. ita leg. ex v. l vti alibi dixi. Lucil. apud Non. Interfici: Intereūt labūtur, eūtur omnia verſum. ita leg.

IS TERMINATA.

Puto hæc nunc breuia nunc longa habita apud antiquos, vt & hæc alia. niſi ſi quis aliam rationem ſequi malit, vel ob inciſum vel ob h litteram, quam vice conſonantis poſitam ſæpè, ait Bedas. Enn. lib. 8.

Iamque ferè puluis ad cælum vaſta videtur. idem alibi:

Et quis exſtiterat Romæ regnare quadratæ. Virg. lib. 9.

— vallis accommoda fraudi. ſic v. ferè. idem lib. 2. georg.

Vi propria nituntur, opis haud indiga noſtræ. & lib. 1. Æneid.

Per terram; & verſa puluis inſcribitur haſta. Contrà, Prudent. in es finita ſæpe facit breuia. vt in pſych.

— Spoliatque ſuos fames impia natos. & Vincentio:

Conlucees inſigni ſtola. — ſic enim v. c. ibi.

VS TERMINATA.

Et hæc ſæpe producta inuenio, niſi itè ad vulgares excuſationes & effugia cõfugias. Enn. lib. 2.

Præpetibus hilares ſeſe, pulcriſque locis dant. & lib. 9.

Filius is dictus ollis popularibus olim. Virg. eclog. 6.

Ille latus niueum molli fultus hyacintho. & 2. georg.

Iam canit effetus extremos vinitor antes. ſic leg. puto ex v. l. vulg. extremos effetus. lib. 12.

Multa manu, nec non animus, aurumque Latino eſt. ita v. q. ſed pl. v. vt vulg. aurumque, animuſque. idem libr. 2. georg.

— tibi pampineo grauidus auctumno. lib. 5. Æneid.

Emicat Euryalus, & munere lætus amici. lib. 2.

Et direpta domus, & parui caſus Iuli. ibidem:

Inualidus etiamque tremens. — & lib. 8.

Terga fatigamus haſta: nec tarda ſenectus. & lib. 4.

Pectoribus inhians &c.

T DESINENTIA.

Martianus ait ea, quæ in T finiuntur verba, ancipiti interuallo habita eſſe. quod multi viri eruditi etiam probát; mihique veriſſimum videtur. cuius rei confirmandæ cauſſà proferam aliquot loca. Enn. lib. 3.

Inde ſibi memorat vnum ſupereſſe laborem. & lib. 1.

Nec pol homo quiſquam faciet impunè animatus. & lib. 2.

Siquid me fuerit humanitus, vt teneatis. & lib. 6.

Alter nare cupit, alter pugnare paratus. & lib. 10.

Senſit voce ſua, nictit, vlulatque ibi acutè. & lib. 11.

Infit o ciues; quę me fortuna fero ſic &c. lib. 14.

Configunt parmam, tinnit haſtilibus vmbo. & lib. 16.

Tunc timido manat ex omni corpore ſudor. lib. 17.

It eques, & plauſum caua concutit vngula terram. alibi:

Vosne velit an me regnare hera, quidúe ferat fors. &:

Quæ nunc te coquit, & verſat in pectore fixa. &:

Menſes conſtituit, idemque ancilia. Prudent. in Romano.

His membra pergunt vrere, vt igniuerint. ità v. q. vulg. vtque. & in Hippolyto:

Prorumpunt alacres cæco & errore feruntur. ſic & ibi v. c. vulg. terrore. malè. error cæcus dicitur, non terror. Lucil. lib. 17.

Cetera contemnit, & in vſura omnia ponit. & lib. 30.

Quid ſibi vult, quare fit intro verſus vt ad te

Spectent, atque ferant veſtigia ſe omnia prorſus. ſic leg puto apud Non. ferre. Terent. heaut. act. 1. ſc. 1.

Putauit me & ætate, & beniuolentia. ſic leg. ex v. l. o. Varro apud Non. Proprium:

Qua

Qua murum fieri voluit, vrgemur in vnum. Virg.lib.4.georg.

Atque Ephyre atque Hebrus & Actias Orithyia.ſic enim v.q. vulg. atque Actias.ibidem:

Eumenides,tenuit inhians tria Cerberus ora. vulg.tenuitque.lib.5.

Cum clamore Gyas reuocabat ecce Cloanthum. ita leg.ex. v. l. vulg. & ecce. ibidem:

Arduus, effractoque illiſit oſſa cerebro. ſic v.l. vulg.in oſſa.lib.9.

Multa deos orans onerauit æthera votis. ſic ferè v.l.vulg.onerauitque.lib.7.

Suſtinet,ae natæ, Turnique canit hymenęos. lib.9.

Dum trepidant,it haſta Tago per tempus vtrumque. & lib.10.

Nec tibi Tymbre caput Euandrius &c. Ouid.lib.1.met.

Sub Ioue mundus erat, ſubiit argentea proles. ita omnino leg. adſero. vulg. Subiitque.malè.ſic & apud Valer. lib. 2.ex.v.c.leg.autumo:

Portum demus, ait, hæc hoſpita credite puppis
Adueniet Lemno; leuior deus æquore flexit
Huc Mynias. —— τὸ adueniet vaticinanti conuenit optimè. Hęc de interuallis, ſiqui cæſuræ adſcribere malit omnia, ſuo quidem is vtatur iudicio: mihi non facilè probabit. Quæ præterea huc faciunt, in aduerſarus hîc & illic admonuimus.

ABSVRDIORES QVIDAM NVMERI, NON OBSERVATA INCISIONE.

Hoc etiam admonere volui. Video enim quoſdam ea re turbatos, mutare ſcriptorum veterum libros. Ennius & Lucilius, ſæpe: Lucretius,Horat.& Virgil. interdum ſunt vſi. Ennius in Scipione:

Sparſis haſtis longis campus ſplendet & horret. alibi:

Fraxinus frangitur,atque abies conſternitur alta. lib.7.

Poſte recumbite,veſtraque pectora,pellite tonſis. & lib.8.

Amplius exangere obſtipo lumine ſolis

Labitur vncta carina,volat ſuper impetus vndas.

Tardaque veſtigare & quærere te, neque poſſe

Corde capeſſere, ſemita nulla pedem ſtabilibat. Lucil.

Nec ventorum flamina flando ſuda ſecundent. & lib.11.

Primò adoleſcens, poſterius directiùs ſeſe. alibi:

Pulmentaria vt intybus, aut aliqua id genus herba. &:

Scito enim bene longinquum mortalibus morbum

In vino eſſe, vbi qui inuitauit dapſilius ſe. ſic leg. puto apud Non. Inuitare. Virgil.

Addam cerea pruna & honos erit huic quoque pomo.

NVMERI CONGRVENTES SENTENTIAE.

Hæc ſola particula integrum occuparet librum, ſiquis pro re tractare & explicare vellet.nos faculam tantùm pręferre volumus ſtudioſis. Video autem veteres mirificè hac in re luſiſſe: neque ſolum in numeris, verùm in verbis id ſeruaſſe decorum,vt grauioribus rebus & perſonis tribuerent grauiora verba et numeros. In hoc autem excellere mihi videtur Virgilius. Ennius:

Capitibus nutantes pinos. capite nutat ibi verſus,vt arbores mobiles. quā grauiter de Egeriæ deæ reſponſo idem ait:

Olli reſpondet ſuauis ſonus Egeriai.

idem remigum pulſum et laborem expreſſit,dum ait:

Poſte recumbite,veſtraque pectora pellite tonſis.de ſonitu arborum:

—— omne ſonabat
Arbuſtum fremitu ſiluaï frondoſaï.

Virgil.lib.1. georg. elegantiſſimè grandinis ſalientis crepitum expreſſit:

Tam multa in tectis crepitans ſalit horrida grando.quam horrendè illud:

Monſtrum horrendum,informe,ingens,

cui lumen ademptum. & magnificè l. ſexto:

Porta aduerſa ingens, ſolidóque adamante columnæ. Mezentiū & conſiſtere facit hoc verſu:

Hoſtem magnanimum opperiens & mole ſua ſtat. tremorem haſtæ expreſſit hoc verſu:

— ſtetit illa tremens, vteróque recuſſo

Inſonuere cauæ, gemitumque dedere cauernæ. & equitum curſum:

Quadrupedante putrem ſonitu quatit vngula campum. idem ſcopulos & impedita loca deſcribens, mire intricatum fecit carmen lib. 1.

Saxa vocant Itali mediis quæ in fluctibus &c. Quàm grauiter Iupiter:

Tros Italusúe fuat. —

& Iuno ad Venerem:

— nunc qua ratione quod inſtat

Confieri poſſit. — ſed admirabilis in eo genere, vt dixi, eſt Virgil. qua etiā laude non caret noſter poëta. vacillantem verſum fecit alibi ob ſenſum, & procubantem.

De monoſyllabis porro quibus veteres omnes liberrimè vſi ſunt in extremis verſibus, de Tmeſi, de Syncope, aliiſque nonnullis quia hæc farrago nimium excreuit, & tēpore excludimur, neque res magni eſt momenti, dicere plura ſuperſedimus.

Vertere pro euertere. Virg. 1. Æneid.
—Tyrias olim quæ verteret arces.

Multis iam locis admonui veteres originis, & non iunctis verbis vſos ſæpenumero. Tale eſt illud Prudentij admirabile ſanè, lib. 1. in Symmach.

Et quem panis alit gradibus diſpenſus ab altis.

id eſt, diſpēſatus, diſtributus. agit enim de annona quam plebi diuidebant ædiles. vt lib. 2.

Quæ regio gradibus vacuis ieiunia dira Suſtinet.

In eo autem Prudentij loco rectè ſcriptum eſt in vet. lib.

Iam quid plebicolas percurram carmine Gracchos.

non poplicolas, vt in vulg. q. nam Gracchi plebi potius quàm toti populo ſtudebant. Intelligit autem ibi familiam Gracchorum illuſtrem ea ætate: inuenio enim Gracchum P.P. imperantibus Valente, Gratiano, & Valentiniano, l. 3. C. Th. de Quæſtionib. In eodem autē lib. ex vet. cod. legend. puto rectiùs:

Vitricus anteuenit tardum præferuidus ortum.

vt in apoth. Imperat: anteuidet, perpendit, &c. ſic enim & ibi v.c. vulg. aliter. & vt Clementem purgemus, ſi poteſt, omnino: legend. dico ex vet. cod. lib. 2. in Symmach.

Sed nec difficilis fuit, aut ſatis ardua gēti
Natæ ad procinctus victoria, frangere inertes, &c.

vulg. Natæ procinctus. malè. vbi paullo antè Palladem Argiuam intellige, quæ σάλπιγξ dicebatur & colebatur Argis, de qua Euſtath. in lib. 6. Iliad. in hymn. de Hippolyto ex ver. cod. leg.

Martyris ad pœnā verbera, vincla, feros.

Id ſanè apud Chriſtianum hunc poëtā obſeruatione dignum eſt, quòd feros pro equis ponat, nō addito nomine. etſi paullo antè dixerat:

Intereatq́ue feris dilaceratus equis.

Sic illud de Eulalia accipi poſſet:

Aut laniabere membra feris.

vulg. hic, vincla, feras. malè: tum quia v. l. repugnat; tum quòd ferarum nomen eſt nimis generale, nec equis rectè conuenit: tum denique quia ſequitur:

Hi rapiāt artus, tu rape Chriſte animā.

Sic & ibi leg. ex vet. l. vulg. rapiunt. malè. id quod ſine dubio de equis intelligi debet. In Agne porrò dixit ſubiectus, us, ſatis noue. ait enim:

Vno ſubictu nam caput amputat.

ita vet. malè & barbarè vulg. Sub ictu. ita ſubraciius dixit alibi, & Titus noſter, ſubcauus. 4, 17.

Vertere ad res ſacras olim pertinebat hoc verbum. Conſuerunt enim deos veneraturi ethnici dextrouerſum ſe vertere: immo aras circuire dextrouerſum, ſeu ἐπὶ δεξιά. Plaut. Curcul. Si deos ſalu.

ſalutes, dextrouorſum cenſeo apud Athenæum lib. 4. Poſſidonius de Celtarũ moribus: οὕτως διανεύοντες, καὶ τοὺς θεοὺς προσκυνοῦσιν ἐπὶ τὰ δεξιὰ στρεφόμενοι. ita videtur ſpatiata Dido lib. 4.

Aut ante ora deûm pingues ſpatiatur ad aras.

Sic Valerij illud accipio lib. 8.

—pariterq́ue precari
Incipiunt: ignem Pollux vndamq́ue iugalem
Prætulit; vt dextrum pariter vertantur in orbem.

Plin. lib. 28. cap. 2. In adorando, totum corpus circumagimus. 185, 31.

VERTERE, abſolutè, vt conuertere, reddere, præcipitare, vt alibi. Salluſt. Catilin. Poſt vbi regium imperium, quod initio conſeruandæ libertatis, atque augendæ reip. fuerat, in ſuperbiam, dominationéque conuertit. ita leg. ex vet. l. 167, 25. 174, 14. & f. 230, 30.

VERVTVM, genus pili. Feſt. & Non. Virg. verutum Sabellum nominat lib. 7. vide Chatis. lib. 1. 121, 2.

VESCI AVRIS VITALIBVS, SERMONE. id eſt, vti. imitatus eſt Virg. lib. 1. Æneid.

Quem ſi fata virum ſeruant, ſi veſcitur aura Æthetea.

Attius inclutis Achilli armis veſci dixit. Cic. veſci voluptatibus. 150, 26.

VESCVM SAL. Agell. lib. 16. cap. 5. Ve particula ficuti quædam alia, tum intenſionem ſignificat, tum minutionẽ &c. Veſcum autem quod ex ve particula, & eſca copulatum eſt, vtriuſque diuerſæ ſignificationis vim capit. aliter enim Lucret. veſcum ſalem dicit ex edendi intenſione: aliter Lucil. veſcum dicit ex edendi faſtidio. Lucilij verba adfert Nonius hæc: Quàm faſtidioſum ac veſcum eum faſtidio viuere. Agellio conſentit Feſtus. 11, 14.

VESTIGIA PONERE, à gladiatoribus ſumpta oratio. Cicer. de Antonio Philipp. 3. Ille autem ex Myrmillone dux, ex gladiatore imperator, quas fecit ſtrages vbicunque poſuit veſtigia. Virg. de equo cùm primùm ingredi diſcit compoſitis gradibus, lib. 3. georg.

—vix ſumma veſtigia ponat arena.

alibi de pugnantibus dicit: veſtigia nuda ſiniſtri Inſtituere pedis. Fixa autem dixit poëta vt & Cic. in Seſtiana: Cuius ego nuper in Macedonia vidi veſtigia non preſſa leuiter ad exigui prædicationem temporis; ſed fixa ad memoriã illius prouinciæ ſempiternam. Sic & Maro lib. 6. de Ænea:

—Sic effatus veſtigia preſſit.

73, 12.

VESTIS, lanugo, barba, tenera. hine ſnueſtes quidam dictos putant adoleſcẽtes, quaſi imberbos dicas. ego, qui veſtem virilem non ſumpſerant: vt veſticipes, qui ſumpſerant. Virg. etiam veſtis pro lanugine barbæ vſus eſt lib. 8. Æneid.

Aurea cæſaries ollis, atque aurea veſtis.

Veſtis, vt verbo dicam, videtur generaliter continere omne tegimentum, aut quidquid operit rem quamcumque. ita arbores, gramen, herbæ, ſegetes dici poſſunt veſtes terræ, capillus veſtis capitis, etſi hoc non tam rectè, quòd capita velentur alio integumẽto: barba genarũ; ſpolia & pelles animantium, plumæ auium. ita hîc veſtem araneæ dixit poëta, veſtem anguis, vt Virg. exuuias anguis: mira venuſtate. Prudentius autẽ non minore elegantia dicit in pſychomach.

Sed tamen & niueis tradit deus ipſe columbis
Pennatum tenera plumatum veſte colubrum. &c.

in quo Prudentij carmine lego ex v. c.

—nonne triumphos
Egimus ex Scariot.

Sic enim veteres loquutos eſſe certum eſt. & mox:

Haudquaquam ignarum, dextramq́ue parapſide iungit.

De parapſide Heſych. ibid.

Dum ſeſe oſtentat, clypeo dum, &c.

Sic interpungo. ibid.

Veſtis & vſque pedes deſcendens. &c.

Ita leg. ex v. c. vſque pro aduſq; veteres vſurpât. eius ignoratio credo mẽdũ pepe-

peperit.lego etiam:

Nec doleas, quia turpe tibi genuiſſe do-lore.

In prologo autem rectè vet.c. habent, bacis,aut quod idem eſt, bagis; vt doctè etiam monet Fabricius ibi:

Attrita bacis colla liber erigit.

nihil ergo mutand. De veſte porrò vide Veſtire,& Iuuentas. 85,11. 92,14. 169,17.

VESTIRE, tralatum ad primam barbæ lanuginem.ita ripas gramine veſtitas dixit Colum.Plin. Quæ pilo,inquit,veſtiuntur,animal pariunt,&c.mirè dixit Prudentius lib. 2.in Symmach.

Vnde ſeges latè crinitis fluctuet agris,
Denſiùs & grauidis ſe veſtiat æquor ariſtis.

Virgil.autem omnino hunc locum expreſſit lib.8.

Tum mihi prima genas veſtibat flore iuuentas.

Sic enim ex.q.v.ibi malim,cũ ſynepeia ſit certiſſima.In eodem autem lib.Prudentij ex vet.l.leg.aio:quodcunque ſacrorũ eſt, Exulat; externûmque inimicam venit in vrbé,pro externorũ.vulg. æternum ἀπροσδιονύσως. Sic in Hamartig.& nebuloſûm ſpirituum iuſſis ſeruire ferocibus optant.ita leg. ibi nebuloſos eleganter vocat ſpiritus lucifugas. vulg. nebulonũ,quod certè nequã eſt. Ibid. ex v.l.& q.vulg.omnino leg.Multiplici dux dæmô adeſt.dicimus Latinè ducem eſſe alicui & alicuius:vt præfectus vrbi & vrbis,&c.vulg. ferè Multiplicis dux dæmon at eſt, malè. quia at initio poni ſolet. & vet. l. aduerſatur ea ſcriptura.ibid. ex vet.lib.malim:caſtiſque choris alimenta negentur. cœtus Veſtalium ita vocat venuſtè. leg. etiam ſine controuerſia ex v. lib.

Aut veniat ſicco qui flumine nuntius adfert.&c.

Si, inquit, falſa commemoro,prodeat aliquis qui dicat ſicco iam Nilo Ægyptum fame perire,eleganter etiam ibidem: date, vincula demam Captiuis gregibus.date, concedite,finite. vulg. data.malè. In eod.lib. elegantiſſ. dicit glaciem aquilonis pro borea gelidiſſimo.hoc non malè accommodetur noſtri poëtæ phraſi glacies æris. ſed iam ferè Prudentium expoliuimus. 176,8.

VESTIS CIA MELITENSIS. dixi ſuprà veteres Romanos ει Græcorum in i, ſæpe in e cõmutaſſe. Sic πρυτανεῖον ſæpe prytaneum;ego etiam prytanium comperi.Cic.de ſignis:Nam Sappho quæ ſublata de prytanio eſt,&c. Sic in vet.cod. ſimiliter pocula θηρικλεῖα Cicer. ibidem dixit Thericlia. verba Tullij ſunt hæc: De hoc Verri dicitur habere perbona toreumata,in his pocula quædam,quæ Thericlia nominantur, Mentoris manu ſummo artificio facta. Sic enim eũ locum ex vet.cod.legen.adſero, in quo eſt Theridia:namque multis locis d pro cl.ſcriptum inueni. Sic Androclum lego in Agell. lib.5.cap.14. vt in annotationibus in noct.Attic.docui.vulg.Androdus.De poculis autem Thericlijs eruditè & copioſè Athenęus lib.11.Nepos in vita Thymoleontis: Neque ita multo pòſt Seleucus à Ptolemæo Ceraun o dolo interfectus eſt,quem ille à patre expulſum,Alexandrea alienarum opum indigentem receperat.Hęc iterum hîc monere volui, vt ne deleantur hæc antiquitatis veſtigia etiamnũ in vet.lib.expreſſa.Vnum eſt antiquioris dictum in eodem Cic. lib. in Verr. 6.ſed vulg.eraſum,quod hîc etiam adſcribam, vt cum alijs deinde communicari poſſit:Poſtridie ſacerdotes Cereris atque illius fani antiſtitæ maiores natu,probatæ ac nobiles mulieres ad magiſtratus ſuos deferunt. ſic leg. etiã ex Priſciano lib.5.& Agellio lib.13.cap. 19.vulg. antiſtites maiores ſuos. De Melitenſi autem veſte Cicer. lib.4. in in Verr. Dico te maximum pôdus auri,argenti,eboris,purpuræ, plurimam veſtem Melitenſem,plurimam ſtragulam,&c.Syracuſis exportaſſe. & lib.6. Inſula eſt Melita iudices, ſatis lato ab Sicilia mari,periculoſoque diſiuncta:in qua eſt eodẽ nomine oppidũ;quò iſte (Verres) nunquam acceſſit:quod tamẽ

iſti

iſti textrinum per trienniuum ad muliebrem veſtem conficiendam fuit. Vide Melitenſis ſuprà.

VESVVS mons eſt Campaniæ ab æſtu & igne nobiliſſimus. dicebatur Veſæuus. Veſuuus, & Veſuuius, vt vulturus, vulturius, &c. quidã Veſuius ſcribunt, fortaſſe non rectè. itaque in Valer. argon. lib. 3. ſcribendum:

Veſuu⁹, attonitas ater cùm ſuſcitat vrbes.

vbi tamen Veſulus eſt in v.c.q. quaſi olim fuerit Veſuius, vt ſæpe i in l. & cõtrà mutatum ſcimus. in quo Valerij libro legendum exiſtimo:

Et te iam medio flauentem Rhundace ponto,
Spumoſumque legunt fracta Scyllaceon (vnda.

ſic enim eſt in vet. cod. Rhundacus, ſeu vt Græci, ῥύνδακος, vrbs eſt inter Phrygiam & Helleſpontum ſita, teſte Stephano. Scyllaceõ vocat quam σκυλάκην alij, quod Cyzico vicinum eſt oppidũ, eodem teſt. In Valerio porrò Maximo vbi nomina propria mirè ſunt contaminata l. 4. cap. de abſtinentia leg. Atq. huic animi eius iudicio Q. Fabius Gurges, N. Pictor, Q. Ogolnius ſe ſubſcripſerũt, quæ legati ad Ptolomæũ, &c. vulg. ibi peſſimè N. id eſt, Numerius. Pictorum eſt prænomen. Ogolnia gẽs in Romana hiſtoria nobilis. Reſtitutionem hanc id confirmat, quòd olim legati ferè mitterẽtur à Romanis tres; numquam quod equidem ſciam quatuor: vulg. tamen ibi commemorantur quatuor, & dicitur vnus C. Numerius, quaſi diceres C. Marcus. P. Aulus, quæ ſunt deridicula. Sic lib. 3. de patientia leg. ex vet. cod. In Theodoro quoque viro grauiſſimo. Theodori nomẽ vbiq. ferè deprauatũ in Theodori, cùm vtrumque apud Græcos celebretur: ſed permiſcenda non ſunt. Victorius quoque Theodori nomẽ reſtituit Ciceroni, vbi & antea ſemper Theodori erat ſubiectum. Ceterum vt ad Titum redeam, ſi Veſuuus, ſeu vt in q.c. antiquis Veſbius, b. pro u more peruulgato, & Veſuuius tantum recipimus, vti libri vet. volunt. haud ſcio an à mendo liber hîc ſit Lucretius. nam à Veſuuus fit patrius caſus Veſuui: à Veſuuius, Veſuuij; deinde τῶ Veſuuus prima apud alios poëtas eſt longa. Statius lib. 4. Siluar.

—tractas vbi Veſuuus egerit iras.

Sic ibi leg. vulg. Veſbius. ex quò etiam loco apparet veteres dixiſſe Veſuius, nã b. mutato in u, fit Veſuius. Si locus ergo mendò vacat, dicendum erit Veſuuus, Veſuuius, & Veſuius dixiſſe, vt à Veſuius in patrio caſu conformetur, Veſuij, & craſi Veſul, ſitque vox diſyllaba. verùm locus Lucretij de mendo maximè eſt ſuſpectus. eum vtinam cõſtituere aliquando poſſim. In v.q.l. eſt:

Is locus eſt Cumas apude triſui per mõtis
Oppleti calidis vbi fumãt fontibus aucti.

& in alio v.q. apud ecris ui per montis. Hinc Marullus fecit: apud Etruſcos & montis. & ita vulg. ferè, quod perabſurdum eſt: nam in Etruria nullus mons commemoratur eo ingenio. Ianus Parrhaſius item legebat:

Is locus eſt cùm apud Etruſcos per montes, &c. Lamb.
Qualis apud Cumas locus eſt, montemque Veſeuum.

Ego à doctiſſimo Hadriano Turnebo adiutus legerem libentiùs:

Is locus eſt Cumas apud ocris vi per montis
Oppleti calidis vbi fumant fontibus auctus.

id eſt: talis apud Cumas eſt locus, vbi auctus, id eſt aquarum ſcaturigines, oppleti calidis fontibus fumant, ac vapores exhalant magna vi & impetu per ocres montes, id eſt, alios. Ocris epitheton montium explicatur diligenter à Sex. Pompeio. 217, 24.

VETERINVM SEMEN. veterinæ animantes ſunt equi, boues, aſini, &c. Feſt. Veterinam beſtiam iumentum Cato appellauit à vehendo. Opilius veterinam dici putat, quaſi venterinam, vel vterinam, quod ad ventrem onus religatũ gerat. hinc veterinarij medici. 275, 16. 276, 9.

Vexare. vehementiam magnam continet hoc verbum,de quo in noctib. Atticis. 36,9.155,11.&c.

Vexamen mvndi. vexationem vocat Cicero.vide lateramen. 159,6.

Viae leti,vt ianua leti. 64,27.

Vias pro viæ.ſ.Ennius 7.Annal. dux ipſe vias.familias pro familiæ. Liuius:eſcas, & monetas pro eſcæ,&c.vide Priſcian. lib.6. ceterum ego malim ibi relliquias tetraſyll.vt vias acquirendi caſus ſit. 138,21.

Vibrante lingva. imitatus Maro lib. 2.Æneid.

Sibila lambebant linguis vibrātibus ora. 93,26.

Victvs. vtitur hoc verbo multis locis poëta pro labefactatus,fractus,conuulſus,violatus.ita vi,æſtu,fragore,vulnere,& ratione aliqua victus. Sic Arnob. lib.4.habitudinem fictilibus cōtribuit vaſculis,ne flammarum diſſiliant vi victa.ex cuius lib.3.Prudentij locum reſtituo. verba Arnobij ſunt hæc: Quid ergo dicemus? deos procreare? deos naſci?& idcirco his additas genitalium membrorum partes, vt ſufficere prolem poſſent,& noua quaque ſuboriente fetura,quidquid prior ætas abſtuliſſet,recidiua ſubſtitutio ſubrogaret?vnde liquet quid valeat recidiuum. & ſic apud Prudent.rectiſſ.legitur in v.l.lib. 2.in Symm.

—corpora tantum

Gignit, alit, reparat, recidiuaque ſemina ſeruat.

vulg.rediuiuaque peſſ.Virg.lib.12.donec vi victus, & ipſo Pondere defecit. & lib.1.georg.

Ne ſubeant herbæ, neu puluere victa fatiſcat. lib.3.extremo:

Aut vndis abolere poteſt,aut vincere flāma. Sic fortaſſe melius ex q.v.c.ſcribetur verſus ille Virg.è georg.

—tenuiſque Lagæos

Tentatura pedes olim,victuraque linguā. Sic etiam apud Donat.in Eunuch.ſcriptus eſt.& lib.7. Æneid.

Sed te victa ſitu veriq; effeta ſenectus, &c.ita etiam Cic.ferè: Hîc primum opes ipſius ciuitatis victæ, comminutæ, depreſſæque ſunt. Sic accipio victi pro abiecti,afflicti in illo Virg.ecloga 9.

Nunc victi triſtes (quoniam fors omnia verſat)&c.

Alibi quoque pulſus dicit noſter pro victus.ſic victus pro de ſententia motus eleganter Virg.Hîc verò victus genitor,&c. & alijs in locis. quæ omnia obſeruatione viſa ſunt non indigna. 27,31.99,5.151,31. 182,32.

Victvs & devictvs vvlnere. hoc genus eſt dicendi veteribus vſitatū, cuius origo & explicatio pendet ex ijs quæ modò ſunt dicta, quaſi fractus,impulſus,&c.Virg.lib.10.Æneid.

At Lauſum ſocij exanimum ſuper arma ferebant

Flentes ingentem, atque ingenti vulnere victum. & l.12.

Oppetere ingentem,atque ingenti vulnere victum.

Sic etiam certiſſimè ſcribend.eſt verſus Bibaculi poëtæ doctiſſimi è lib. 1.apud Macrob.lib.6.

Ille graui ſubito deuict⁹ volnere habenas Miſit equi.

vulg.deuinctus. 189.28.

Victvs,vinctvs,devictvs, & devinctvs amore,& vulnere amoris.hæ omnes loquendi formulæ ſunt bonæ.Virgil.lib.12. Æneid.

Victus amore tui, cognato ſanguine victus. idem lib.8.

Tum pater æterno fatur deuictus amore. Sic vulg.ferè omnes l.& q.v. atque ita Seruij verba exaudienda puto. in q.v. tamen & vulg.deuinctus.Ita variatum in codicibus Terentij Hec. act.1.ſc.2. Hic animus partim vxoris miſericordia deuinctus, partim victus huius iniuria. Sic v.q.fortaſſe rectiùs, quàm vulg.deuictus:etſi Donatus ita videatur legiſſe.idē Virg.alibi: Omnia vincit amor. & l.6.

Vincet amor patriæ,laudumque immenſa cupido.

Vincula amoris dixit Cic. & hîc com-

pāge

pages ac nodi Veneris. Eſt magna tamē inter victus & vinctus amore, differentia: nā victus ſeu deuictus amore cauſſam in ſe habet, vt vocant impulſiuā, id eſt, adductus, impulſus, coactus: vinctus amore & deuinctus nihil eſt aliud quàm amans, ſimpliciter. 2,10.

Victvs & vinctvs, devictvs & devinctvs somno. Et his omnibus vſi ſunt antiqui. Catul.

Aut vt eā dulci deuinctā lumina ſomno
Liquerit immemori diſcedens pectore coniux.

vbi tamen in q.l. deuictam. Theocritus de ſomno dixit: πεδάει μαλακῷ κατὰ φάεα δεσμῷ. At Hom. μαλακῷ δεδμημένον ὕπνῳ. Valer. Sopor alligat artus. Vinctus ſuauiorem & in tenellis ſomnum; victus altiorem & grauiorem videtur ſonare, ex laſſitudine puta, aut alia quā moleſtia. Oſtendi iam varios vſus horum verborū victus & vinctus, & magnoperè codicum in ijs variare ſcripturas. Libet nunc addere duo etiam paria de quibus etiam mirificè diſſentiunt libri: dirus, durus; & rapidus, rabidus. de abſcindere & abſcidere dixi alibi. Et primum quidem apud Cicer. lib. de ſenectute ex conſenſu omnium lib. vet. leg. adſero: idque cum in vita, tum in ſcęna intelligi poteſt ex his fratribus, qui in Adelphis ſunt. quanta in altero duritas, in altero comitas? nec multum Nonij auctoritas me mouet; multa ille & malè intellexit, & perperā deſcripſit. vt deuorare legit apud Att. Æneadis, & exponit abſumere. quod valde eſt abſurdum. leg. deuotare, vt admonuit Ioannes Caüchus vir doctiſſ. Sic malè ſcribit proſſerari (niſi cod. hîc vitiatum quis dicat) impetrari, cùm dicendum ſit propetrari, impetrari. Lucil. l. 26.

Nec minimo propetratur pax, quòd Caſſandram
Signo deripuit.

Etſi ergo Demea ille eſſet agreſtis, ſæuus, triſtis, parcus, truculentus, tenax: nihil ea tamen ad diritatem. Diritas complectitur peſtem quandam fatalē, & perniciem inſignem aliquam. durus potius erat Demea, duriter, vt ipſe ait Terent. ſe habebat, non ſectabatur clementem vitam. homo ergo erat ille vehemens, aſper atque durus: ſenex, vt ait Cic. pro Cælio durus ac agreſtis. Deinde in Virgil. 4. georg. Aut durum tinęgenus. ita v. ferè lib. q. v. & vulg. dirū: neutrum ſatis intelligo: ditum tamen hîc mallem. l. 12. Æneid.

Vimque deûm infernam, duri ſacraria Ditis.

ita o. l. v. ferè & Seruius. eaque eſt veriſſima ſcriptura. nam l. 7. ait: Sæui ſpiracula Ditis, quod idem omnino eſt, vide ſuprà, Sæuus. inexorabilem Plutonem intelligit. vulg. diri, malè. Sic quam Virg. 3. geor. ſæuam dixerat nouercam, Valerius duram dixit l. 3. vbi ait Herculem

—& duræ referentē monſtra nouercæ
Iunonis.

quam ſæuam etiam vocat Virg. 1. Æneid. Sic ergo in Valer. ex v. l. etiam. vul. diræ. peſſimè. Sic & l. 8. malim ex v. c. rupta cōdi tellure premiq́.

Iamdudū cupit, ac duras euadere voces.

vulg. diras. Hor. l. 2. od. 12. Nec durū Annibalem, nec Siculum mare. ita ver. noſter. vulg. dirus. vti Vlyxes & durus & dirus dicitur; item Annibal durus & dirus dici poteſt. dirus etiam alibi vocat, hîc magis conuenit durus, vt oſtendat poëta dura & ſæua bella non poſſe commodè aptari mollibus citharæ modis. In ea autem ode reſtituamus age poëtæ ſuam dominam, quæ vulgo ſcribitur ac vocatur Licinia; peſſime: nā & contra l. v. eſt & cū ratione interualli: ſiquidē Licinia ſecunda ſyllaba eſt breuis, vt alibi:

Heſterno Licini die otioſi.

leg. ergo Lycymnię ex vet. cod. noſtro. Virg, Horat. &c. perfamiliaris Lycymniam etiam amiculam quandam regis Mæonij operi ſuo (vbi non temerè ſolet etiam hominum & locorum vſurpare nomina) inſeruit. ait enim lib. 9.

Mæonio regi quē ſerua Lycymnia furtim
Suſtulerat.

Ælius etiam Feſtus lib. de carminum appellationibus Lycymnij cuiuſdam meminit, viri eruditi; ſic enim ait: Melos autem quod ex his naſcitur dictum putant à Meline Oceani filia, quam primùm quatuor chordis vſam adfirmat Lyſanias; ſiue, vt Lycymnius, ἀπὸ τοῦ μελίζειν, τουτέστι θρηνεῖν. Hæc adduxi, ne quis ſuam poetæ eripiat Lycymniam, ea de cauſſâ quòd nomen videatur inauditum. Apud Prudent. quoque dira editum eſt pro dura, hymn. 1. peri ſteph. ſic ait:

Quos nec catenæ, dura nec mors terruit.

ſic omnino leg. ex vet. l. nam de horrore mortis agitur, ideoq́ue durum dicit: non de genere mortis; id quod τὸ dirum poſtulat. De rabidus & rapidus paucula dicam: Apud Horat. de arte poëtica ex vet. cod. leg. putem:

Dictus ob hoc lenire tigres, rabidoſque leones.

vulg. rapidoſque. Prud. de Hippolyto:

Quos vbi ſuſceptos rabidum malè ſuta per æquor
Vexerit, & tumidis cæſa labarit aquis.

ita vet. l. rectè vti opinor. tralatio à re militari. nauis icta à tumidis vndis (tũ autem rabidum eſt mare) labat. vt Virgil. labat ariete crebro Ianua. labat ergo, deficit, diſſoluitur. Cæſa etiam tecta ibi conſimili ferè modo extulit. vulg. rapidum lauarit. Et quia hîc reſtrictiores fuimus; vnum præterea locum de verbo Afore (quod Latinum & egregium eſſe, ſed ignotum vulgo, & hinc illinc eiectum ſuprà diximus) proferam. Eo igitur verbo ipſum Virgiliũ vſum deprehendi lib. 7. Æneid. vbi de Aſcanio qui tela ad configendum ceruum conijceret, agit:

Nec dextræ erranti deus afuit, actaq́ue multo
Perq́ue vterum ſonitu, perq́ue ilia venit arundo.

Sic admonitus à vet. l. ibi leg. autumo. in q. l. eſt affuit, in alijs aliter perperam & malè. vulg: abfuit, etiam non rectè. quia contra v. l. & quod, vt & Cic. lib. de orat. ad Brutum monuit, a ferè iungunt verbo, ſi eam excipiat conſonans: ab, ſi vocalis. dicimus tamen abſum. 140, 5.

Videlicet, videre licet. hoc digniſſimũ quòd hiſce conlectaneis adſpergatur. Plautus Rudent. Videlicet parcum illum fuiſſe ſenem, qui, &c. &. Videlicet illum fuiſſe nequam adoleſcentem. vide & Scilicet. 7, 26.

Videre, pro vigilare mirè dictum. Virg. ecloga 6. —iamq́ue videnti

Sanguineis frontem moris & tempora pingit.

Sic enim Donat. explicat apud Terent. ibi: viuus videnſque pereo. 106, 12.

Vidvata manvvm. ibidem ait orba pedum. Græcus eſt hic ſermo. ſic Ouidius lib. 12. metamorph. nudus Arboris Othrys erat. Horat. viduus pharetra riſit Apollo. Feſt. viduertas. 143, 23.

Vietvs, mollis. Donat. in Eunuch. act. 4. ſc. 4. ad illa verba Terentij: Hic eſt vietus, vetus, veternoſus ſenex. Lucretius, inquit, araneæ dixit vietam veſtem, id eſt, putri mollitie præditam. In quo Terentij loco puto optimè legi poſſe ita: nam quem alium? habui neminem. τῷ nam ita vtebantur ſæpenumero veteres. vetuſto etiam more hoc ibidem dictum: & eam eſt indutus? ſic ex eodem cod. leg. opinor. 85, 10.

Vincere. argumentis docere, obtinere, confirmare, euincere. Sic M. Tullius cum alibi ſæpe, tum in paradox. 4. Sed (inquit) dementem & inſanum rebus te vincam neceſſarijs. ita enim locum eum quidam legunt contra omnes veteres libros. nos ita ex vet. lib.. Sed dementem & inſanum (vel, te inſanire) rebus aduincã neceſſarijs. rebus neceſſarijs venuſtè pro rationibus efficaciſſ. de Aduincere vide hîc ad opinari. poſſet tamen retineri vulg. addicam; nam in q. v. vidi addictam, ſi modò ita etiam accipiatur. Reſtituamus etiam proximi parad. locum perdifficilẽ, quiq́ue multos exercuit viros eruditos. ait ergo Cicero: Atque vt in magna familia ſunt

al

alij lautiores vt ſibi videntur, ſerui, ſed tamen ſerui. paris ſtultitiæ ſunt, quos, &c. ita v. l. niſi quòd pro pari fecerim paris, adſumpto s. quod ſine dubio perierat (vt ſæpe aliàs) quod ſtatim eadẽ exceperat id verbum, littera. Deindè illa quæ in vulg. & v. l. variè exſtant Atrienſes actu, ac tu, acto, abieci vt è gloſſa profecta. quò enim Atrienſes hîc; qui haud ſcio an fuerint honeſtiores, cùm Vlpianus ic. eos in mediaſtinis numeret. Et vt fuerint ex honeſtiorũ numero (ex quo certè erant columellæ, cancellarij ſeu tabelliones, actores, diſpenſatores, &c.) hinc tamen vt canes è balneo pellendi ſunt. Sentẽtia autem planiſſima nunc èſt: vt tales, inquam, ſerui ſunt ſtulti: paris ſtultitiæ ſunt, id eſt, item ſeu itidem ſeu conſimiliter ſtulti ſunt quos tabulæ pictæ, &c. nimium delectant. nam quia ſupellectilem habent lautiorem, quidam ſe efferunt in t. p. viti; vti ſerui in familia opera fingentes honeſtiore ſuperbiunt. Simili, hoc eſt, turpiſsima gloſſa contaminatus eſt Cic. locus, quidam lib. 1. offic. quem eadem opera nunc purgabo. Sed incidunt (inquit Cic.) ſæpe tempora, qũum ea quæ maximè videntur digna eſſe iuſto homine, eóque quem virum bonum dicimus, commutantur, fiuntque contraria: vt non reddere depoſitum, nec promiſſum facere, quæque pertinent ad veritatem & ad fidem, ea migrare interdum, & non ſeruare, ſit iuſtum. Hoc modo reſtituo à v. l. & ipſa veritate quaſi manu ductus, locum inſignem. vulg. & in v. l. aderat hæc gloſſula, etiam nec furioſo promiſſum, &c. quidam ita: depoſitum enſem furioſo, &c. ſed enſis vox eſt poëtica. In lib. quoque Cic. de legib. gloſſam eieci ſuprà in verbo Recreare. quæ omnia ita amicè conſpirant, vt mihi omnino perſuadeam, hác eſſe veram eorum trium locorum ſcripturã. 171,8. 209,30. 216,17. 217,17.

VINDICIT f. vt ſonit, verberit, tonit, dolit, &c. pro vindicat. verũ locus de mẽdo eſt vel maximè ſuſpect9. vide & Sedere. Et tamen vindicit prope omnino abeſt à veſtigijs vet. lib. Sic autem in 12. tab. locuti videntur decemuiri: *Ni iudicatum facit, aut quis endo iure em vindicit, ſecum ducito.* ita apud Agell. leg. puto ex v. l. 101,7.

VIRGINALES COMPTVS. Sic vocare videtur vittas, quas veteres dicunt virginales. nam inter nuptarum & virginũ comptus differentia erat etiam in ipſo capitis comptu & vittis. id quod etiam hodie Belgæ, & in his Propantij maximè ſeruant. Virg. lib. 2. Æneid.

—manibusque cruentis
Virgineas auſi diuæ contingere vittas.

Quòd autẽ ait infula redimitũ fuiſſe Iphigeniæ caput, eò pertinet quòd hoſtiæ ſoleant vitta ſeu infula cingi. Virgil. ibid.

—vos aræ, enſeſque nefandi
Quos fugi; vittæque deûm, quas hoſtia geſsi. 3,31.

VIRIDANS. Sic & Prudent. periſteph. vbi de Emerita vrbe Hiſpaniæ vbi ſepulcrũ Eulaliæ remanſiſſe ſcribit:

Quàm memorabilis amnis Ana
Præterit, & viridante rapax
Gurgite mœnia pulcra lauat.

In eo autem de fortiſsima illa puella eleganti carmine ex v. c. ſcribend. puto:

Quam cuperem tamen ante necem
Si potis eſt, reuocare tuam
Torua puellula nequitiam.

Si potis eſt, venuſtè. Terent. & antiqui, Si poteſt, Si poterit, &c. ferè dicunt. de quibus in Cæſarem. vulg. ſi potis es, minimè placet; ratio apparet vel cæco. reuocare autem nequitiam, ſatis ſordidè, vt ingenuè dicam, protulit. vtque totam eam oden illuſtremus, ait eam 12. ætatis anno proximam thalamo, & iã iam nubilem ſupplicio affectam iuſſu tyranni teterrimi Maximiani imper. eo enim & Diocletiano imperantibus miſerrimè in Chriſtianos eſt ſæuitum. Nórunt hoc omnes. Illud non æquè obuium eſt & promptũ omnibus, quòd cùm duo fuerint imperat. Maximiani,

alter Herculius, alter Galerius cognomine, huius iuſſu Eulalia potius ſit mortua. Male quidam tres Maximianos faciunt: nam in Oroſio lib. 7. cap. 28. omnino legend. contendo, & alias docebo latiùs: Ita nunc reſpub. ſub nouis quatuor principibus fuit Conſtantino & Maxentio filijs Auguſtorum, Licinio autem & Maximino, hominibus nouis. & mox: Maximinus perſecutionis, &c. vulg. Maximianus. peſſ. Sed iã ſatis euagati, receptui canamus. vide varians, &c. Participia.

VIRVS. ait Priſc. lib. 6. quoſdam eſſe qui dicerent non inflecti nomẽ iſtud, alios qui dicerent inflecti, fretos auctoritate Lucretij. nam & viri & viro à virus extulit. apud alios nondum inueni. 51, 2.62,27.

VIRVS IONIVM f. vocant virus id veteres quod aqua marina vetuſtate ſordidum ac tetrum deponit Plin. lib. 31. vt autẽ virus adſpergere, ita & Virgil. ſed alia in te dixit:

Peſtis acerba boum, pecorique adſpergere virus. 23,23.214,8,& 51,2.

VIS EPICVRI, id eſt, ſumma ingenij eius vis, & vt de Antonio oratore ait Cic. incredibilis quædam & prope ſingularis ac diuina vis ingenij, ſeu præſtantia. 74,5.

VIS EQVI, EQVORVM, pro equo, equis. Sæpe cum alijs, tum equo vis adiungitur. Cic. Arato:

Seriùs hæc obitus terraĩ viſit equi vis.

Sic reſtituo ex Priſc. manuſcripti lib. 7. vbi vulg. & in lib. Cicer. iuſsit equinis, & equinus. 44,15.73,16.

VIS ANIMI, animus. 6,26.97,13.

VIS CANVM, canes. ita Virg. 4. Æneid.

Maſſylique ruunt equites, & odora canũ vis.

VIS FLAMMEA, maximus ignis, aut flamma. 42,30.

VIS MAGNA. Sic vocat doctiſſ. poëta imperium & poteſtatem, qua in metallũ & ad opus metalli damnãtur quidam, ibique adſeruantur diligentiſsimè. Eodem ferè modo Prudent. in Pſychom:

—quoniam vis maior acerbam
Compellit tolerare fugam.

Eum poëtam Chriſtianum quia nunc, vt opinor, ferè totum vindicauimus à mendis innumerabilibus, addamus & aliquot vt ita dicam manticas, & hanc in primis è l. 2. in Symmach. vbi ſic leg. & interpung. ex vet. lib. adſero:

Non vt captus homo (in q. v. humo) ſtudijs & inaniter ardens
Duceret omne bonum poſitum in dulcedine rerum,
Et ſpecie tenui, quas currere tẽpore iuſsi &c. Vetat nos bonum omne collocare in voluptate quæ ex rebus, & earum tenui ſpecie, ſeu nitore capitur. vide hîc ſpecies. vulg. q. ſpecies tenues, nullo ſenſu. In iure porrò ciuili vis maior ponitur pro iniuria cæli, aut qua alia calamitate fatali & naturæ. 219,28.

VIS MORBI, morbus. 215,5.

VIS VENTI. 9,23.212,28.207,27.

VISERE AD ALIQVEM. hoc elegantiſsimum dicendi genus veteribus perfamiliare hodie vix notum eſt. Plaut. Captiuis: Poſtremò Hegio, ſi parua iuriiu rando eſt fides, Viſe ad portum. Terẽt. Adelph. hera, ego hinc ad hos prouiſã. & in Hecyra: noſtra ilico it viſere ad eam. ibid. act. 2. ſc. 1. Quòd heri nemo voluit viſentem ad eam te intro admittere. qui locus fœdè inquinatus eſt in vulg. q. l. Sic & alibi dixit: nunc ad eam viſam. Agell. lib. 13. cap. vlt. Cùm valebo ab oculis, reuiſe ad me. idem capite 26. lib. 2. Phauorinus philoſophus cùm ad M. Frontonem conſularem pedibus ægrum viſeret. vide & Reuiſere. 168,12.233,1.

VISV pro viſui. de his caſibus copioſè Nonius. apud Terent. Adelph. veſtitu nimio indulges, &c. leg. ex vet. lib. vulg. nimium. Sic & in Prudent. Diptychio ex v. c. omnino leg. puto:

Implentur nimio micarũ fragmine corbes. vulg. malè, minimo. 151,23.

VISVS pro oculis, vt ὄψις. ita Virg. I. 2

—quæ nunc obducta tuenti
Mortales hebetat viſus. 2,12.

VITALIA RERVM, res vitales, vitamque ruentes. ita ferè Valer. lib. 3.

Qua ſtomachi ſecreta ferit, Lætuſque profatur. vbi leg. paullo antè:

—& extrema ſonuit cita caſside cuſpis.

extrema rectè dicitur caſsis ſeu galea, id eſt, ſumma ἀκρωτάτη cuſpis ſeu haſta optimè, cita. volat ocior Euro, inquit Virgil. de haſta. vulg. inuerſo ſcribitur ordine cita cuſpide caſsis. tum quòd ſit contra veteres libros, tum quòd caſsis non rectè diceretur cita. Similis inuerſio putatur facta hîc pag. 61, 9. ſed malè: nam ibi de coloribus varijs plumarum columbæ agitur, vt exprimi debuerit rubra de ipſa pluma, non verò clara. In eodem porrò libro Valerij ex v.c. legendum aſſero:

Vidiſti roſeis hæc per loca Bacchus habenis:
Cùm domitas acies, & Eoi pocula regni
Duceret.

Ita eleganter doctiſsimus poëta. Baccho pocula & canthari tribuuntur, immò ex Orientali plaga & Aſia, vbi magna ſemper poculorum erat multitudo, teſte Athenæo: in Europam rediens victor triumpho quaſi duxit ſecum domitos populos & cantharos quaſi manubias. quò pertinet quod alter Valer. lib. 5 cap. 6. vbi de C. Mario: nam inquit, poſt Iugurthinum, Cimbricumque, & Theutonicum triumphum cantharo ſemper potauit, quòd Liber pater inclitum ex Aſia ducens triumphum, hoc vſus poculi genere ferebatur. vulg. ibi & Eoi pericula, ſpicula, malè, & ne dicam abſurdè. In eodem Valerio ex v. codice legendum eſt:

—ſocia ſed diſsicit agmina claua.

vulg. diſicit. vſus eſt eo verbo & Valerius Maximus lib. 3. cap. 5. vbi de Q. Fabio Q. F. dolenter enim homines ferebât pecuniam, quæ Fabiæ gentis ſplendori ſeruire debebat, flagitio diſsici. ſic ibi leg. ex veteri codice. vulg. diſiici. ita Virg. 7. Æneid.

Diſsice compoſitam pacem, &c.

Ita veterẽ librum habere monuit doctiſsimus Pierius. putat ille autem diſsice pro diſice ſcriptum duplici ſ. vt celeritas maior indicetur. malim ego fateri verbi originem & vim me ignorare, quàm talem adſuere explicationẽ, quæ certè Valerij loco minimè congruit. Sed de hoc verbo & alibi diximus. Quia autem Valerii Maximi facta eſt mentio, in eo etiam reſtituamus locum vnum & alterum lib. 3. vbi de cõſtantia Piſonis ſic leg. puto ex vet. c. In hoc miſerando pariter atque erubeſcendo ſtatu ciuitatis, tantùm non manibus tribunorum pro roſtris Piſo collocatus eſt. elegantiſſimè indicat vim et ardorem tribunorũ cupientium Paliganum renunciari conſulem. vulgò tantummodo. frigidè. τὸ tantùm non, malè acceptum errori dedit cauſſam. ibid. lego ex eodem codice tam abſciſo reſponſo. vulg. abſciſſo. obſciſo, id eſt, conciſo, præciſo. Vtitur ſæpe ea voce Valerius, ſed vbique ferè mutata in abſciſſo. Proferam nunc duo tantùm loca. lib. 6. vbi de Charonda: Sed aliquando Charondæ Tyrij præfractior & abſciſior iuſtitia: ſic v.c. rectè. vbi & mox: ſcribend. exiſtimo. Idem, inquit, ego illam curabo, qui ſauciaui. Sic venuſtè in vet. cod. legẽ. à ſe læſam curaturũ ſe dicit. & l. 2. cap. 2. vbi de L. Calpurnio Piſone: L. quoq; Calpurnius Piſo cõſul, cùm in Sicilia bellũ aduerſus fugitiuos gereret, Titium præfectum equitum, quòd fugitiuorum multitudine circumuentus, hoſtibus arma tradidiſſet, his ignominię generibus affecit: eum toga lacinijs abſciſis amictum, decinctaque tunica indutum, &c. Sic ibi legendum puto ex veteri cod. & mox: Magnum profectò dedecus patriæ horum dedecore vindicatum eſt. Et hæc res confirmat reſtitutionem noſtram Valerij Flac, cùm pro acciſa legeremus abciſa vel abſciſa. Idẽ in Pru. apoth. inutatũ: cum Chriſto abſcidere quidquam

Et reſecare deo partem.

Sic v.c. vulg. abſcidere. vbi etiã leg paulo antè, & innocui geſtatur corporis

vnus.Naturam,&c. vulgò aliter. & in Romano:

Neruos nec omnes vſquequaque abſcinderet. Sic tres vet. l. optimè. vulg.abſcinderet. Vt verbo dicam, verbum abſcido, abſciſum ferè exular à ciuitate Romana.ſed ita reſtituendũ paullatim. Multa ſunt in Valerio Maximo antiquitatis veſtigia,verùm oppreſſa pleraque omnia. Vnum prætereà hîc indicabo.l.2.vbi de Catonis cenſura:nec penſi duxerat,iiſdem imaginibus adſcribi,&c. ſic v.codex.ipenſi ducere, mira venuſta maiorum dictio. vt minoris ducere Salluſt. vulg. indignum penſi. quod inſulſum videtur. Sed omiſsis tandem Valerijs reuertamur ad Titũ. Vitales res intelligit motus, vt loquitur,genitales & auctificos, quibus opponit exitiales.

Vitigenvs liqvor, latex pro vino, venuſtè, Alij ſcriptores Vitigenius dicunt:ſic enim ſcribẽd. apud Catonem, Plinium, alioſque antiquos rerum ruſticarum commentatores exiſtimo.Eadem ratione primigenus dicit Titus;alij primigenius.Sic & cæcigenus terrigena,& ventigenus extulit idem poëta. 148,31.227,27.

Viva corpora, animalia,animata. Virgil.libro 6.

Corpora viua nefas Stygia vectare carina. 163,14.

Vivatvs,vegetus,vigens.Feſt.Viuatus & viuidus à poëtis dicuntur à vi magna. ita noſter dixit viuatum animum & corpus,quaſi in optima conſtitutione & ἕξει.90,23. 94,17.

Vivescere,augeri,creſcere.miræ & venuſtæ tralationes.Virg.3.georg.

Vlceris os alitur vitium, viuitque tegendo. & lib.4.Æneid.

—eſt mollis flamma medullas

Interea,& tacitum viuit ſub pectore vulnus. idem lib.5.

vdo ſub robore viuit

Stuppa vomens tardum fumum. 141,13.143,19.

Vivi à viuor in patiẽdi voce .Ouid. vixi Annos bis centũ,iam tertia viuitur ætas. 149,3.

Vividvs,idem ferè quod viuatus,vehemens,fortis,acris, impiger.Virg.lib.12. at viuidus Vmber Heret hians.vbi Seruius, acerrimus Tuſcus.l.5.

Exigui numero,ſed bello viuida virtus. idem lib.10. non viuida bello

Dextra viris,animuſque ferox,patienſque pericli.

vbi Seruius viuida, id eſt, fortis. in eo autem lib. 10. lego ex vet.c.& Soſip. —ocius enſem

Æneas viſo Tyrrheni ſanguine lætus Eripit à femine.

etſi Auſon.videatur legiſſe femore. Sic ex vet.codice. Apud Valer.lib.3.vbi de fortitudine M. Cæſij Scæuæ (ſic enim in vet. codice optimè dicitur fortiſſimus ille centurio)leg. cuius corpus capite,humero, femine ſaucium,oculo eruto,&c. 3,16.6,26.

Vivit ignis. Hæc tralatio celeberrima eſt apud veteres.Plaut.Aulul. 33,16. 143,19.

Vivit terra.mirè dictum,niſi mendoſus hîc eſt Titi codex,pro eſt,permanet. vt alibi ſæpe vigère. 165,12.

Vivvs pro viuido,id eſt,acris,vehemens. Sic Virg. lib.1.Æneid.

—& viuo tentat præuertere amore

Iampridem reſides animos.

& ſic ibi explicat Seruius. 222,4.

Vivvs videns se perire. prouerb.Cicero in Quinctiana: viuo videntique ducitur funus. 179,16.

Vllae pro illius.ita illæ, nullæ, &c.de quibus Priſc.lib. 6. ita totæ dixit Cic. ad Heren. & Nepos in Thymoleonte: Ex maximo bello tantum otium totæ inſulæ conciliauit. ita rectè vet.cod. in qua vita elegantius etiam ita idem codex:Et patriæ parère legibus quàm imperare ſatius duxerit.vtque aliud etiam antiquę elegantię inſigne reddamus illi ſcriptori caſtiſsimo;ita ibidem ſcribendum puto:Idem cùm quidam Lamyſtij ſimilis nomine Demænetus in concione populi de rebus geſtis eius detra-

here

here cœpiſſet, ac nonnulla inueheretur in Thymoleonta, dixit, nunc demum ſe voti eſſe damnatum: namque hoc à dijs immortalibus ſemper precatū,&c. ſic in veteri codic. exaratum erat perſpicuè. quid ſit voti damnatum eſſe, omnes norunt. vulg. ibi, voti eſſe compoté. quod certè gloſſam redolet. 22,23.

VLTIMA CAELI. ita vocat poëta occiduas cæli partes vbi ſol occidere putabatur & extingui, vt vulgus & philoſophi quidam putant. ita primæ partes cæli & quaſi ianua erit in orientali cæli plaga. 168,27.

VMBRAE FRIGORIS. ſic dicitur à poëta bruma, & tempus hibernum, admirabili venuſtate. de noctis vmbra & frigore manaſſe videtur hæc oratio. 168, 17.

VMBRA NOCTIS, pro nocte. Virg. eclog. 8.

Frigida vix cęlo noctis diſceſſerat vmbra.

ita Valer. lib. 2.

dapibus cœptis mox tempora fallunt
Noctis, & in ſeras ducant ſermonibus vmbras.

quod totum epulum Hypſipylæ & Iaſonis conformauit ad epulum Didonis & Æneæ. miror tam apertè veteres inter ſe imitatos eſſe. plurima ſumpſit Valerius à Marone. 125,2.221,13.

VMBRAE CALIGINIS. 81,25.

VMBRARE. alibi dixit inumbrare. 55,27.

VNAE f. De hac ratione Priſc. lib. 6. vide ſuprà vllę. Cœlius lib. 5. hiſtor. Nullius aliæ rei, niſi amicitiæ eorum cauſſa. ita leg. ex vet. cod. Cato in 1. orig. nam de omni Tuſculana ciuitate ſoli Lucij Mamilij beneficium gratum fuit. Sic leg. idem: Qui tantiſper nullæ rei es, dum nihil agis. ita leg. ex vet. Salluſt. Catilin. Aliter ſine populi iuſſu, nullæ earum rerum cōſuli ius eſt. ſic leg. puto. vulg. nulli, & ita q v:q. etiam v. nullius. Nepos in Eumene: Nouiſsimo tempore præfuit etiam alteræ equitum alæ, quę hetęrice appellabatur. vtrique autem in conſilio ſemper affuit. Sic totus ille locus legi debet, adſtipulante v.c. vulg. ibi perabſurdè. 60,17.

VNCVS VOMER, labrum, incuruus. Virg. 2. georg. & patientem vomeris vnci. 11,1.126,21.

VNDAE AEREAE. ſic vocat aërem liquidum. poſſet etiam accipi pro aëre multo & copioſo ſeu multitudine aërea. Vnda enim antiquis multitudinem & copiam ſonat. Sic Virgil. egregiè lib. 2. georg. vbi de varijs hominum ſtudijs agens, expreſſo loco Lucr. l. 2. initio:

Si non ingentem foribus domus alta ſuperbis
Mane ſalutantum totis vomit ædibus vndam, &c.

In quo Maronis libro non ita longè ante eos verſus ex vet. lib. quem inſpexi, lego:

—nec non etiam aſpera ruſti
Vimina per ſiluā, & ripis fluuialis arūdo
Cæditur, &c. & eclog. 7.
Horridior ruſto, proiecta vilior alga.

Ruſtū eſt, inquit Feſtus, rubus, ſeu rubi genus. rubus maximè horret & aſpera eſt, quæ duo epitheta doctiſſ. poëta ruſto attribuit. & hinc eſt quòd ex ruſto ſæpes muniri & implecti cōſuerint teſte Columella, vt & hodie fieri videmus. Eodem refero falculas ruſtarias, vt in vet. libris Catonis & Varronis exſtare monuit doctiſſimus Victorius, quibus ruſta ſcilicet excidantur. Ruſcum porrò aliud videtur fuiſſe, de quo idem Feſtus. Seruius autem ruſtum pro pedamine vitis accipit, nō rectè, vti puto. Vomere in eadem notione vſus eſt etiam Prudentius, Virgilium ſine dubio imitatus, Pſychom:

—animaſque
Viuentes liquido lux euomit alta profundo.

idemque vndam pro copia & affluētia dixit non inuenuſtè in Pſych.

Hic ad nocturnas epulas, vbi cantharus ingens
Deſpuit effuſi ſpumantia damna falerni,
Immenſam cyathis ſtillantibus vndam, vbi multo
Fulcra mero, veterique toreumata rore rigantur.

Sic enim v.l. ibi. rectiſſ. vbi doctus ille

poëta rorem etiam vocat vinum. vide hic ros.ſic & in Diptycho:

—vnde meri veteris defunditur vnda.

& Virgil. lib. 8. qua plurimus vndam Fumus agit.etſi vſitatè ibi poſſit accipi, quia fumus humidus eſt.idem in Hippolyto.

Vrbs auguſta ſuos vomit effunditque Quirites.

in Romano autem pro ſanguinis copia poſuit vndam, vbi de matre quæ filioli ſui ſecure percuſsi ſanguinem excipiebat, ait:

Talia retexens explicabat pallium,
Manuſque tendebat ſub ictu & ſanguine
Venarum vt vndam profluā manātium
Et palpitantis oris exciperet globum.

Non minus illud obſeruatione dignū quod idem dixit prodigus ignis pro multo & copioſo,largoque.ait enim in Apoth. quando eſt vt prodigus ignis Ignem diminuat.Sic v.c. eadem ratione videtur ferè dictum, quā luxuriantes ſegetes ipſe alibi ex Virgil. dixit. In eodē poëmate de diuinitate leg. ex v.c. niſi luminis almum Lumen. vt etiam in ſymbolo fidei Chriſtus dicitur lumen de lumine. & in ipſa Apoth. paullo antè:

Totus & ex toto deus eſt, de lumine lumen, vulg. illic numinis almum. crebro numen & lumen inter ſe commutarunt librarij perperam. Vt ad Titum redeam, prior explicatio videtur commodior. 40,30.

VNDIS OMNIBVS. Virgil. 1.geor. imitatus ad matrimonium tranſtulit:

Teque ſibi generum Tethys emat omnibus vndis. 227,32.

VNGVERE.ita ſcripſi ex vet. lib. vt ſuprà Tinguere,vbi omiſi hunc Virg.verſum lib. 1. Æneid. extremo:

Quid tantum Oceano properent ſe tinguere ſoles.

ita leg.ex vet.l. vide & Vrguere. 144, 28.

VNATER, coniunctiſsimè, elegans particula quam etiam obſeruauit Chariſius: ſic longiter dixit,&c. 99,28.

100, 3. 165, 11, & 32.

VNO f.pro vni. Priſc. lib. 6. Vetuſtiſſimi ſolebant, inquit, omnium genitiuum in ius terminantium,& in i datiuū, & etiam in i genitiuum, & in o datiuum in genere maſculino,& in neutro;in feminino verò ſecundum primam declinationem in æ diphthongon proferre, &c. vide hîc vllæ, vnæ, illæ, &c.86, 14.

VOCI f.pro voce,vt colli,luci,&c. 130,4.

VOCIFERARI. tralatū ad inanima.vt Cicer. clamat veritas.& pro Roſcio:Nonne ipſum caput, & ſupercilia illa penitus abraſa olere malitiam, & clamitare calliditatem videntur? Græci item βοᾶν vſurpant.& Nemeſius; vel ſola, inquit, colorum varietas τὴν στρέφουσαν κέκραγεν.24, 4.68,32.

VOCAMEN, idem quod nomen, vocabulum,appellatio. Vtitur interdum Solinus.vide & hîc Lateramen. 56,23.

VOLATILE TELVM.ita Sueuius lib. 5.

—volucrumque volatile ferrum.

imitatus & Virg.lib.4.Æneid.

Paſtor agens telis, liquitque volatile ferrum. & lib.8.

Stuppea flamma manu, teliſque volatile ferrum
Spargitur. 31,16.

VOLANT TELA.ita Virgil.l. 10. Æneid.

telumque intorſit in hoſtem
Inde aliud ſuper atque aliud figitque,volatque
Ingenti gyro. & lib.9.
Cōiecto ſternit iaculo: volat Itala cornus
Aëra per tenerum.

& lib. 12.de haſta Æneæ:

volat atri turbinis inſtar
Exitium dirum haſta ferens.

vide & Curſus veruti. 134,19.

VOLARE VELIS.ita Virg.2.georg.

pelagoque volans da vela petenti.

vide Veliuolæ. 120,14

VOLGVS, multitudo animantium. Sic de ouibus Virg. lib. 3.georg.

prius,quàm
Dira per incautum ſerpant contagia vulgus. & de ceruis lib.1. Æneid.

tum

—tum vulgus, & omnem
Miſcer agens telis nemora inter frondea turbam. 1t,3.64.30.

VOLGATA, agendi vim habere videtur, vt alibi conſulta; περιϊόντα, id eſt, quæ peragrarint, luſtrauerint mundum. Ita autem volgandi verbo hîc vſus eſt, vt alibi Peruolgandi, & Concelebrandi. ſic autem ὑπεργηπικῶς apud Ciceronem epiſtola ad Pætum antiquus poeta quidã:
Vſurpata duplex cubile.
Sic locutus videtur Prudent. pſychom.
—mediumq́ue ferit vibrata cerebrum.
Sic v. cod. rectiùs vti puto, quàm vulg. librata. vibrantur gladij, librantur miſſilia. t6t,29.

VOLGIVAGA VENVS, mixtio meretricia & cum ſcortis. Sic vulgaris mulier dicitur in iure ciuili quæ quæſtum corpore facit vulgò. Voluiuagus autem conformatum eſt, vt Soliuagus apud Cic. quæ duo planè repugnant. Voluiuaga deniq; Venus priuatæ Veneri (ſic enim loquitur 180.) aduerſatur. 14t,t6.177,19.

VOLGO, paſſim. Virg. eclog. 4. vulgò Aſſyrium naſcetur amomum. 8,22.29,16.

VOLIT, pro velit. vide Peruolit.

VOLNVS AMORIS. Virg. imitatus eſt lib. 4. vbi de amore quo incenſa erat Dido:
—eſt mollis flamma medullas
Interea, & tacitum viuit ſub pectore vulnus. Theocrit.
κύκλωπι, ἔχθιστον ἔχων ὑποκάρδιον ἕλκος
Κύπριδος ἐκ μεγάλας. 2,10.

VOLNERA VITAE, eleganter pro moleſtijs, anxietatibus, & pro vitijs. 75,7. t85,29.

VOLTVM i, pro voltus us. Ennius:
Auerſabantur ſemper vos, veſtraq. volta.
apud Nonium. Sic rictum pro rictus, expoſitum eſt ſuprà. Multa conſimiliter efferebant, de quibus Nonius. Vide & Concurſo hîc. Sic & nexo dixit M. Tullius parad. 5. nexo dixit pro nexu. verba ſunt hæc: Non enim ita dicunt eos eſſe ſeruos, vt mancipia quæ ſunt dominorum facta nexo, aut aliquo iure ciuili. Sic ibi v. meus liber optimus, quod certè mutari non debet.

VOLTVRIVS. vide Verſus Miurus. 129,17.

VOLVCREM SOMNVM dicit, ad Homeri rhapſodiam adluſione facta, vti puto. Virg. vt omnia ferè imitatus lib. 2.
Par leuibus ventis, volucriq́ue ſimillima ſomno.

VOLVENDA AETAS, GLANS, ſeu TELVM. Habet illud voluendus hîc vim inſtantis, quod obſeruatu dignum eſt. valet ergo volubilis, ſeu qui & quod voluitur, teſte etiam Seruio. Ennius apud Varron. lib. 6.
Clamor (ſeu clamos) ad cælum voluendus per æthera vagit.
Virg. lib. 1. Æneid.
Triginta magnos voluendis menſibus orbes.
hoc expreſſit ex Lucretij verſu iſto, pagina 158,20.
Quæ voluunt magnos in magnis orbibus annos.
idem Virgil. lib. 9. initio:
Turne quod optanti diuûm promittere nemo
Auderet; voluenda dies en attulit vltro.
t88,15.t99,3t.

VOLVCRES FLAMMAE. alibi celeres vocat. 35,13.42,7.

VOLVENTIA LVSTRA, volubilia; κυλινδόμενα, abſolutè poſitum participium pro nomine. vide Participia. Seruius lib. 2. Æneid. ibi: ſubiectiſque vrere flammis. Poetarum, inquit, eſt partem pro parte ponere; vt toruum pro toruè, voluentibus, pro volubilibus. Sic glomerans dixiſſe videtur Cic. l. 2. de conſul.
Omina fixa tuus glomerans determinat annus. Sic eum verſum leg. puto.
Virgil. imitatus eſt georg. lib. 1.
Tardaq́ue Eleuſinæ matris voluẽtia plauſtra. & l. 1. Æneid,
Certè hinc Romanos olim voluentibus annis.
Similiter dixit idem: genibuſque voluitans Herebat. 200,2.

QVOQVO VORSVM. particula rarior, eaque re obſeruanda. 69,2.

VOMER. ſic appellat τὸ μόριον virile. nouè profectò & mirè tralata dictio. ſed quo loco hac tralatione vſus eſt poëta, non tam abſurda eſt. vide ſulcus & atuum. 147, 20.

VRGIT f. pro vrget, vt ridit, ſtridit, &c. 211,26.

VRGVERE. ſic è veteribus libris ſcripſi. ita ninguo, tinguo, vnguo etiam dicebant veteres teſte Priſciano, de quibus etiam ſuprà explicauimus. Vrguẽdi autem verbum ita ſcriptum repperi etiã apud Horat. in libr. vet. vt lib. 1. od. penè vltima:

Remis adurguens: accipiter velut, &c.

& lib. 2. od. 9.

Tu ſemper vrgues flebilibus modis.

& apud Virgil. in vet. lib. vt lib. 5. Æn.

Quem petit & ſummis adniſus viribus vrguet.

Sic & libro 1.

In breuia & ſyrtes vrguet (miſerabile viſu.) 200,12.

VSVRPARE valet crebro aliquid agere aut dicere. & ſæpiſſimè à Cic. vſurpare pro appellare poſitum video, quod hodie ſatis tritum non eſt. Noſter verò dicit vſurpare oculis, vſurpare ſenſibus, id eſt, videre, ſentire. quæ multo minus ſunt nota. 10,21. 138,20.

VSVS pro opus. Virg. lib. 8.

Arma acri faciunda viro; nunc viribus vſus,

Nunc manibus rapidis.

Dicebant vſus eſt hac re, & interdum hanc rem. Terent. Heautont. Mihi ſic eſt vſus, tibi vt opus eſt facto, face. vbi paullo pòſt elegantiſſimè ſcriptum eſt in vet. lib. Scite hoc vis? C. hac equidem cauſſa, qua dixi tibi. MEN. Dicetur. at. CH. iſtos raſtros interea tamen Adpone. ne labora. ita vt dixi elegantiſſ. erat in veteri codice. Plaut. Pſeud. Vſus eſt hominem ad eam rem, ferè dixit.

VTI, vbi. ſic vt pro vbi Terent. Catullus, Virgilius; multi alij. Virgil. 1. Æneid.

Sæuus vbi Æacidæ telo iacet Hector, vt ingens

Sarpedon. Sic ibi f. leg. eſt. nam in vet. q. cod. eſt, & ingens. &, in vt, cõtràque vt in & ſæpe commutantur. Sic egregiè locum Ouidij ex 4. vet. lib. reſtituendum aſſèro, initio libri 1. metam.

Vtque erat & tellus, illic & pontus & aër.

vulg. Quáque. quod penitus eſt barbarum, vt mirer tam fœdo mendo adhuc contaminatum iacere initium operis eius quod in omnium manibus eſſè ſolet. Quis vmquam diceret, Quà ſita eſt Ægyptus, quà iſtæ ſunt nubes, quà erat olim tellus, & nõ potius, vbi. nam quà motum valet per locum; deinde τὸ illic requirit ſimilem quietis particulam: vt, id eſt, vbi erat tellus, illic etiam pontus erat & aër. Poſtremò confirmat hanc reſtitutionem noſtram perſpicuè Porphyrion, cuius verba omnia adſcribã. Horat. lib. 3. od. 4.

Vtcumque mecum vos eritis.

Vtcumque pro vbicumque accipe. vt enim veteres non numquam pro tali particula ponebant. vt Virgil. in quincto: Cæſis vt fortè iuuencis. pro, vbi cæſis. & Ouid.

Quàque fuit tellus, illic & pontus, & aër.

Ex quibus verbis liquidò conſtat Porphyrionem legiſſe, Vtque: etſi perabſurdè & rei propoſitæ minimè conuenienter etiam in verbis aut commentario Porphyrij ſcriptum exſtet, Quàque fuit tellus. quod procul dubio etiam mendoſum eſt. 198,29.

VTOR QVARTO CASVI IVNCTVM, hac conſecutionis ratione ſunt vſi maiores. Lucilius:

Quem metuas ſæpe, interdum quem vtare libenter.

vide Nonium, apud quem paullo antè vbi ictum docet eſſè non feratum, ſed etiam hominum, leg. Varronis verba mihi videntur hoc pacto: Ante inauris nodo crobyli paruuli intorti dimittebantur ex cincinnis. Oculi ſuppetuli nigellis pupillis, quam (id eſt, aliquam) hilaritatem ſignificantes animi: rictus paruiſſumus, vt refrænatus riſu roſeo. & mox vbi de Catulis, lego: Cõcuſſare

ægro

ægros catulos. Sic & Prudent. vſus eſt hoc verbo in Romano:

Siquod carendum eſt, perdere extimeſcimus. Sic enim leg. non dubito, etſi etiam in libris vet. hic locus in litura partim eſſet demerſus. 229,27.

VTRAQVE. Ex Marcello didici veteres τῷ vtrâque vſos eſſe pro vtrinque. itemque poëta noſter eſt locutus. quod ab quibuſdam tamen non animaduerſum ſuo etiam permotum loco fuit contra libros vet. Hemina hiſtor. lib. 4. In Hiſpania pugnatum bis: vtrâque noſtri loco moti, &c. 117,11. 164,18.

VVESCERE, humeſcere, humidum & vuidum fieri. verbum eſt rarum, & haud ſcio an vſquam præterea lectum. tale eſt & Sereſco, de quo alibi latiùs. Sereſco autem & vueſco nonone & vi penitus repugnant. Origo verbi videtur ab vus eſſe: ex vus enim conformetur vuidus, vt à torus toridus, &c. qua de re copioſè in Sereſco. 10,26.

APPENDIX.

A

Appone numerum hunc 109, 24. initio, vbi de A longa. & vide infrà E.& de verſuum interuallis rarioribus.

Acheruns.add.Sic etiam inueni ſcriptũ in vet.libro apud Nepotem in Dione: vt eum ſuo ſanguine ab Acherunte ſi poſſent,cuperent redimere.

Aderunt, pro erunt. id obſeruatu non indignum. Sic adſtare pro ſtare ſæpe dicunt veteres,coniici maximè.Sic Ennius Medea: Aſta, atque Athenas antiquũ opulentũ oppidũ Cõtempla; apud Nonium, Contempla.quamuis ibi legendum potius putem Aſty. quid ſit aſty pueri ſciunt. Sic & apud Attium Oenomao: vt omnes qui arcem,aſtúque accolunt ciues, &c. legend.exiſtimo,etſi de Athenis ibi nõ agatur. nam Aſtu communiter vſurpant veteres. apud Nonium Obſcænum. 196,19.

Adheret corpus. adde. ita & Cicero Arato:

Hydra tenet flexu, Craterã Coruus adheret. quamuis aliter videatur ille verſus interpungendus. vide & Aduertere.Nepos in Timotheo: Omneſque eas gentes,quæ mare illud adiacẽt. ita vet.lib.de quo in Cæſarem.

Advertere animum haec. Virgil.ita ferè lib.4. Æneid.

—magicas inuitam accingier artes.

& lib.4.georg.

Frigidus vt quondam ſiluas immurmurat auſter.

Sic vet.lib.q. vti Ennius apud Noniũ: Sed ſonitus aures meas pedum pulſu increpat. vide & hîc Impendere ſaxa. & Adheret corpus. 40,3.

Aera.add. 50,9.

Altum pro aere etiam poſuiſſe veteres animaduerti; vt & cælum. Virgilius lib.1.georg.

Et fœdam glomerant tempeſtatem imbribus atris

Collectæ ex alto nubes. 112,16.163,3. 203,1.

Aqua. adde hæc verba Bedæ è lib. de metris capite 18. vbi de antiquorum libertate in numeris verſuum agit: Qui, inquit,& alijs in metrico opere regulis multum liberè vtebantur, quas moderni poëtæ diſtinctiùs ad certæ normam definitionis obſeruare maluerunt.nam & vocalem breuem, quæ q. & u.& vocali qualibet exciperetur, voluere eſſe communem. vt Lucretius:

Quæ calidum faciunt aquæ tactum, atque vaporem. &c.

Vt autem apertè hîc quod ſentio dicam,puto Bedam non rectè adduxiſſe è Tito illum locum, ſed alium cùm vellet,ac poſſet, in eum falſò incidiſſe. Debuerat verò hunc verſum laudare ex eodem libro:

Fit quoque vbi in magnas aquæ vaſtaſq. lacunas.

Huius meæ opinionis & coniecturæ hæc eſt ratio, quòd & ibidem Bedas hunc etiam verſum quaſi Virgilij verũ adducat:

At tuba terribilem ſonitum procul excitat horrida.

cùm in Virg. codicibus omnibus ſit:

At tuba terribilem ſonitum procul ære canoro Increpuit.

& adferre potius vellet ac deberet hũc è georg.

Inſeritur verò ex fetu nucis arbutus horrida.

Deinde imprimis libri vet. Titi noſtri me commouent, qui in eo quem modò protuli verſu ita productè, aquæ ſcribunt,vel certè cum litura, vt facilè ad veram ſcripturam inueſtigandam quis excitari poſſit.In altero verò verſu quem Bedas adducit,omnes libri conſtanter,& ſine mendi ſuſpicione ac litura habent: faciunt laticis tactum. Quare iam veter. ſcripturam retinendam, & Bedam ita corrigendum aut certè eius lectorem ſic admonendum omnino credo, atque ita nunc ſentio, etſi nuper aliud. Siquis autem putet in his litteris quæ ab humanitate ſunt appellatæ, variare non licere; næ ille ſæuus eſt,& rerũ imperitus, & ab omni ipſe

ipſe humanitate alienus.

AVDERE.ad res inanimas tralatum.vide & dubitare. 227,27.

B

BVCERIAE.adde numerũ hunc.175,17.

C

CAECVM. adde, 58,16.

CERTAMINA PVGNAE. adde & hîc belli. 16,3.

COITV.adde 64,23.

COLLIGERE SE. phraſis omnibus nota. 102,19.

COMPLEXVM.adde 177,9. vbi idem vocat mixtum & compactum.

CONSCINDERE curæ dicuntur, vexare, exercere. 149,31.

CONSVESCERE.adde 206,25.

CONSVLTA. add. vide Volgata.

CONTIO,pro multitudine. de quo in noctibus Att. 216,19.

CONTREMERE, vndique tremere.99,24.

CONVERTERE. add.Siſenna lib.4.Protinus agros populabundus ad Nuceriam conuertit.Sic leg.apud Non.popular.

CONVESTIRE LVMINE.add. ita Virgilius 6. Æneid.

Largior hîc cãpos æther & lumine veſtit Purpureo. Lucanus:

—illic poſtquam ſe lumine vero Induit.

CVRSVS.adde. 121,2.

D

DARE verbum eſt differentium pro concedere.Cicer. Quis enim tibi dederit aut deum omnia poſſe, &c. Sic ſæpe aliâs idem Cicer. vide Sumere. 71,14.

DARE DISCESSVM, pro diſcedere. mirè dictum. 109,21.

DECESSE pro deceſſiſſe. Hæc verbi deminutio non eſt poëtarum ſua. immò ſunt verba quædam quibus vtebantur etiam oratores ſæpe ita conciſis. vide Cõſueuunt Cic. lib.5.epiſt. quòd iam depoſitis rationibus ex prouincia deceſſemus.ita rectè ibi Aldus. vulg. aliter contra vet.lib.Sic decreſſet lib.4.ad Att.Cùm pontifices decreſſent ita.

DECVRSVS AQVAE. egregia tralatio. Virgil. imitatus lib.11.Æneid.

Aut vbi decurſu rapido de mõtibus altis Dant ſonitum ſpumoſi amnes, &c. 10,3.178,1.

DICTA.add.ita Ennius dixiſſe mihi videtur apud Cic.

Verſibus, quos olim Fauni vateſque canebant,
Quum neque muſarum ſcopulos quiſquam ſuperarat,
Nec dicti ſtudioſus erat.

DEFENDERE,de veſtibus defendentibus iniurias cæli. 193,8.

DIREMPTA. add. Valer.lib. 8. vbi de A. Calatino. Si in eo crimine ſontem illũ ipſe comperiſſet,dirempturum ſe fuiſſe adfinitatem. ita lego ibi ex vet. etiam codice.vulg.direpi.

DISCESSVS us,diſceſſio,abitus.vide Coniectus. 109,21.

DISCIDIVM. adde, Sic leg.apud Plaut. initio Pſeudoli:

Diſtractio,diſcidium, vaſtities venit.

DISIECTVS us.vide Coniectus. 102,22.

DISPANDERE, valde & latè patefacere. 111,3.

DISSILVI.add. 127,6.

DITESCERE PARTV. ſuauiſſima tralatione pro augeri liberis.

DIVITIOR.add. ſic Cornelius Nepos in vita Phocionis: Fuit enim perpetuò pauper,cùm diuitiſſimus eſſe poſſet.ita vet.cod. rectiſſ.

DISTRINGERE RICTA, id eſt, diducere. hoc iratos ait facere canes. Plaut.ait reſtringere dentes. vide reſtringere. 181, 25.

DONICVM.adde,ſic Nepos in Hamilcare: Romanoſque armis perſequi,donicum aut virtute viciſſet,aut victi manus dediſſent.Sic ex vet.cod.reſtituo.

E

De E breui vide etiam infrà. de interuallis ſyllabarum in verſibus & pag.328, 30.ſic ob ſp,adde hũc numerũ. 13,13.

EADEM VNA adde idem. Lucil. apud A-gell.lib.3.cap.14. Tempeſtate ſua atque eodem vno tempore, &c.

EFFERRE.de fructibus terræ,hoc vtebantur verbo maiores ſæpe.Cicer.in Verr. lib.

. lib. 5. medimnum autem ex iugero decumano dari poterat, cũ ager id quod perrarò euenit, cum decumo extuliſſet. idem de clar. orator. Ager qui multos annos quieuiſſet, vberiores efferre fructus ſolet.

Effetvs. add. alibi vocat terram fetam.

Eii. adde. 172,2.

Emissvs us, emiſſio. vide Coniectus. Sic amiſſus apud Nepotem in Alcibiad. Itaque (inquit) & Siciliæ amiſſum, & Lacędemoniorum victorias culpæ ſuæ tribuebant. 114, 21.

Etiam atqve etiam, omnino, certiſſimè, nauiter. 10,15.

Evolvere arbores dicitur vetus quaſi extrahere & extirpare. Plaut. Pſeud. Ego in hoc triduo Aut terra, aut mari alicunde euoluam id argentum tibi. ita & oculos euoluere dixit Lucan. lib. 2. 198,25.

Exos animantivm tvrba, vt ſunt vermes.

Explicare in flammas. ita Virgil. Ætna: —quæ cauſſa perennis Explicet in denſum flammas.

F

Fac. adde. 51.11.86,14.211,4.

Fax irae, ira, ardor venuſtè. vt incenſus ira vulgò dicitur. Virg. de Iunone:
His accenſa ſuper, iactatos æquore toto, &c. Rationem huius metaphoræ ipſe poëta indicat. 82,24.

Fax solis, vt alibi lampas. Ennius de ſole occaſo lib. 3. interea fax Occidit, &c. 84,24. 178,31.

Faces caeli noctvrnae.

Firme, conſtanter, aſsiduè, &c. ſic accipiendum videtur, etſi plurimum dubitem. 43,1.

In ipsis Floribvs, quaſi prouerbialiter dictum pro in voluptate ipſa. 143,15.

Fines ivris transcendere. ita Cic. fines honeſti. 75,4.

Flvctvs irarvm. imitatus Virgil. libro 12. Æneid.
Irarum tãtos voluis ſub pectore fluctus. eodem lib. dixit habenas irarum: iraruMque Omnes effũdit habenas. quod mirè profectò dictum. eò pertinet illud Horat. de ira:
—qui niſi paret,
Imperat. hunc frenis, hunc tu compeſce catena. idem Virg. 4.
—magnoque irarum fluctuat æſtu. 82,19. 196, 22.

Flvmina nili. add. 229,5.

Foedvs. add. vide & 45,21.

Frenat glacies flvvios. Virg. imitatus 4. georg.
—& glacie curſus frenaret aquarum. vide & Neruus. 210,31.

Fvlmen belli. add. Sic eleganriſſ. vocat ardentiſsimum, & nauum imperatorẽ. ita Græci Antiochum vocabãt Ceraunum ob audaciam inquit Pauſanias. & hoc ſumſit Virgil. lib. 6. duo fulmina belli Scipiadæ. & lib. 4. georg extremo, vbi de Octauiano:
Cæſar dum magnus ad altum
Fulminat Euphratem bello.
Fulmina Pericli erant in actionibus maximè vrbanis. 105, 32.

Fvnis avrea. ait poëta ridiculum eſſe ſi quis dicat primos homines è cælo quaſi fune demiſſos. aureum verò potius funem quàm ex qua alia materia confectum dixit: quia ad Homeri figmentum reſpiciebat, id quod etiam notare voluit, de quo Iliad. β. Nonius porrò vt rarum in feminino genere verbum hoc obſeruauit. 72,8.

Fvgit se. add. 107,2.

Fvlgere locvs. add. Plaut. Amph. Totæ ædes conſulgebant tuæ, quaſi eſſent aureæ.

Fvlgor. add. Sic & Virg. lib. 8.
Fulgores nunc horrificos, ſonitumque, metumque
Miſcebant operi.

Fvror venti. ita Ennius dixerat: furentibus ventis. Virg. 1. Æneid. furentibus auſtris. 9,27.

G

Geminationes. add. Propert. laus in amore mori. Virg. 2. Æneid. fit via vi. & lib. 11. Æneid.
Telum immane manu validum, &c.

Quid.

Ouid. Solus amor morbi non amat artificem.

GENERIS MVTATIO. add. ſic & pag. 164, 8. Nec liquidum corpus turbantibus aëris auris
Comiſcet: ſinit hæc violentis omnia verti
Turbinibus.

& Prudent. lib. 2. in Symmac.
—& creditum iſtis
Numinibus, qui transfugio meruere ſacrari.

Sic ibi enim vet. lib. apertè. vulg. quæ. quod vnde manarit, perſpicuum eſt.

GERVNDIA in do. adde. 17,29. 118,19.

GERVNDIA in dum. add. Afranius Emancipato: Optandum vxorem, quæ non vereatur viri. Cic. in lib. de ſenectute: Sed notandum putaui libidinem. ſic ibi vet. c. optimus; vbi etiam certiſſimè legi ex eodem c. debet: quemadmodum noſtro more malè rem gerentibus patrijs bonis interdici ſolet. Valer. lib. 3. cap. 5. de filio Q. Fabij prodigo: quòd ei Q. Pompeius prætor vrbanus paternis bonis interdixit. Ea ſunt verba formulæ interdictionis: *Quando tua bona paterna auitáque nequitia diſperdis.* &c. vt eſt apud Paullum lib. 3. ſentent. tit. 4. hinc bona patria Cicer. paterna dixit Valerius. vulg. apud Cic. eſt patribus, abſurdè. ſi patribusfam. eſſet, defendi poſſet: aliter non. ſed veteres etiã libros ſequendum eſt.

GVTTA DVLCEDINIS VENEREAE. ita guttam conſilij dixit elegãtiſſ. Plaut. Pſeud. 141,4.

H

HAC RE. add. Agell. lib. 4. cap. 1. Etſi ignoro an hordeum ex penu ſit, aut quibus verbis penus definiatur, non ea te litteras quoque alias neſcio.

HAVRIRE. add. ſic & Virg. lib. 10.
Per tunicam ſqualentem auro latus haurit apertum.
Vide Nonium. 6,20.

HAVRIBANT. vide ſcibant. 189,25.

Hoc. adde. 87,20, &c.

HIS REBVS, ob has res, propterea. vide Hac re. ſic omnino leg. puto, ſed coniectura tantum non vet. lib. fretus, in formula interdictionis qua commercio bonorum priuabantur prodigi: *Liberóſque tuos ad egeſtatem perducis, ea re commercio tibi interdico.* vulg. ob eam rẽ tibi ea re commercióque interdico. videant eruditi viri, quorum iudicio, vt alia pleraque omnia, id totum permitto. 74,4.

I

IGNIFER AETHER. add. ita cælum vocat ſtellis ardentibus aptum, vt ait Ennius. Sic Virgil. Vos æterni ignes, lib. 2. de ſideribus. ex quorundam ſapiẽtum ſcholis. ita & Cic. Arato:
Igniferum mulgens tremebundis æthera pennis. vide & Signifer.

IMPENDENT SAXA MARE, pro mari, in mare. Terent. Phorm. Ita nunc imparatum tanta te impẽdent mala. vide Adheret. 11,14.

IMMVTARE. abſolutè. vide & Mutare, & Conuertere. 229,13.

IMPETIBVS. rariſſ. hoc eſt. impete ferè inueniur tantùm. 10,13.

IN, hunc articulum, &c. adde. Nepos item in Miltiad. Hoc in tempore nulla ciuitas Athenienſibus auxilio fuit præter Platenſes. ſic lego ex v. c. nam vulg. hoc tempore. Sic minutiſſima etiam ſunt deprauata.

INANE MAGNVM. ita Virg.
Namque canebat vti magnum per inane, &c. 35,14. &c.

INDE-LOCI. add. Cic. prognoſt.
Humidus inde-loci colluſtrat Aquarius orbem. ita Plaut. vbi loci.

INHIANS, mirificè appetens, & deditus, cupidúſque. Virg. 7. Æneid. & proſpectat euntem Attonitis inhians animis. 2,12.

IVVENTAS, pro molli & tenera barba ſeu lanugine. mirè elegãter expreſſit Græc. ἥβην, qua & ætas, & pili indicantur, etſi inhoneſtiores. ſic Virgil. lib. 8. Æneid. hunc locum prorſus eſt imitatus,
Tum mihi prima genas veſtibat flore iuuentas. Sic leg. ex vet. codic. & ſuadet ſynepeia perſpicua. 176,7.

LAETA.

L

Laeta. adde. 67,7.

Laetificvs. vt alibi triſtificus. 7,9.

Lampas solis. add. 167,18.

Largiflvvs, largus, copioſus. antiq. poëta apud Cic. 2. de oratore: Grando mixta imbri largifluo ſubita præcipitans cadit. Virg. largum dixit imbrē. 167,6.

Largificvs. 55,26.

Largvs. hoc verbum hodie vix notum eſt, immò ſordidum penè habetur etiā apud quoſdam qui elegantiùs loqui volunt. multus, copioſus, &c. perſonāt vbique, largus nuſquam ferè: quod maioribus tamen celeberrimum eſt nomen. eoque noſter poëta, Virgil. Cic. ſæpiſſimè vtuntur. Sic dixit Virg. largam manum, ſermonem, ſanguinem, fletus, voces, flumen, imbrem, æthera, ver, fetum. Hinc de inopia linguæ Romanæ exiſtunt querelæ, quòd nomina optima ignorentur. Larga luce terras complet ſol, inquit Cic. vt & noſter:

Liqvidvs ignis. Cùr ignis ab doctiſſimo poëta dictus ſit liquidus, non omnibus certè liquet. Seruius ad illa Virgilij ex Bucolicis:

Namque canebat vti magnum per inane coacta
Semina terrarumque, animæque, mariſque fuiſſent
Et liquidi ſimul ignis.

Liquidi, inquit, ignis, id eſt, puri, quod eſt ætherei. Macrob. autem lib. 6. cap. 5. ait: Et liquidi ſimul ignis, pro puro vel lucido, ſeu pro effuſo & abundanti. niſi prior hoc epitheto Lucret. vſus fuiſſet in vi. &c. Breui vt præcidam, liquidum meo quidem iudicio vocauit ignem poëta, quaſi dicas diffuſilem, & qui ſpargi facilè poſſit in omnes vndiquaque partes, & diffluat facilè per omnia, nec contineri poſſit. immò nihil eſt, quod minus coërceri & cohiberi poſſit, ſuaque tenuitate & leuitate peruolat omnia. Hoc autē ita fluens inquietum, diſcurrens, liquidum propriè dicitur, quod ſcilicet facilimè diffunditur. iam verò quia diffuſione res percolantur paullatim, hinc factum eſt vt liquidus pro limpido, claro, & ſplendido ponatur; quamquam liquidus pro claro videatur à liquet potiùs, id eſt, claret, paret, &c. manate. Liquidus ergo ignis dictus poëtæ, quia vt alibi loquitur, eſt diffuſilis. Atque ita Græcis ὑγρὸς lubricus, fluxus etiam ſonat, & ὑγρὸς dicitur etiam ille qui omnium moribus; ac rebus omnibus ſe adcommodat. ita ignis & lumen omnia penetrat & colluſtrat, in omnes partes ſe inſinuat. Aratus quoque ignē vocauit ὑγρὸν in Phænom. vbi certè Macrobij aut aliorum explicatio locum habere nequit: nam ὑγρὸν apud Græcos pro puro non inuenitur. Deinde fundere ardorem, profundere lumen, lucē, ſpargere, rigare lumine, fontem luminis ſolem, flumen luminis, multaque alia conſimilia cùm dicit poëta; ea certè ad puritatem vel candorem aut etiā copiam omnia reduci nequeunt. Immò Titus ea explicat ipſe perſpicuè pagina 164. vbi docet mare, aëra, & æthera eſſe liquida corpora, & pura ſecreta ab omni limo mundi. & elegantiſſ. pag. 167. huc omnino ſpectat quòd Feſtus his verbis teſtatum reliquit: Manare, inquit, ſolem antiqui dicebant, cùm ſolis orientis radij ſplendorem iacere cœpiſſent, à quo dictum putabāt mane. Et hæc quidem de liquido igne & liquido lumine, locisque ac dictionibus ſimilibus noſtra eſt opinio. Vnū addam præterea Virg. locum ex Ætna:

—quæ cauſſa perennis
Explicet in denſum flammas, & ructet ab imo
Ingenti ſonitu moles, & proxima quæque
Ignibus irriguis vrat.

Liqvidvs. Sæpe Lucret. primam huius nominis longam fecit. ideo canone, quem ſuprà vbi de Aqua diximus, facilè excuſari poteſt. aut certè vt ſit quaſi liquidus. 86,20. &c.

Efferre, &c. add. Cicer. in Arato dixit lumina cæli:

Hic vbi ſe pariter cū ſole in lumina cæli
Extulit.

Extulit. ita ibi legendum puto.

M

M non extrit.add. 79,13.153,20.224,8.

Macerare ttalatè ad animum. Terent. noli te macerare. 99,15.

Mage. add. 110,23.

Manere aliqvem, id eſt, paratum eſſe, impendere. Cic. Philip. 2. cuius quidem tibi fatum, ſicut C. Curioni, manet. Plaut. meum bonum me, te tuum maneat malum. Horat. epod. 13.

Te manet Aſſàraci tellus. 70,5.

Mare magnvm. adde, Virgil. lib. 5. dum per mare magnum Italiam ſequimur, id eſt, procelloſum inquit Seruius. & add. 210,5.

Mens animae. add. 153,7.

Montes alti. montes magni & montes alti epitheta ferè apud veteres ſunt propria & perpetua.

Montes nimborvm. add. ſic Plaut. in Pſeud. montes frumenti dixit.

Media regio diei. ita venuſtè vocat meridiem, ſeu plagam orbis meridionalem. 217,9.

N

Natare dicuntur campi, qui aqua ſunt oppreſſi. ita Cic. in Anton. natabant pauimenta vino. 202, 23.

Natvra bovm, boues. 82,23.

Nictari, micare. 200,2.

Nimbi arenae. vt alibi montes. ita Virgil. nimbum peditum, & alibi nubem cygnorum. vt Hom. νέφος σηρῶν καὶ κολοιῶν. 216,9.

Ningvis. add. 217,13.224,17.

Nisvs. add. ita & Valer. lib. 2. vbi de Metello: Omnibus imperij neruis ad reuocandam priſtinæ militiæ diſciplinam cõniſus eſt. ita diſertè vet. c. optimè. ſic & Oppium locutum inueni, de quo aliâs.

Nitidae fruges. add. 67,7.

Nitor pro colore, ſpecie, facie, ἐπιφανεία ponitur eleganter. Cic. Arato. 60,15, & 20.

O

Obita morte. elegantiſſ. hæc eſt particula. Cic. pro Seſtio: Nec verò illorũ quiſquam quos à maioribus noſtris morte obita poſitos in illo loco, atque in roſtris collocatos videtis. Virg.

Morte obita quales fama eſt volitare figuras. Seruius accipit obita pro ſumpta, ſuſcepta, & completa. vt obire munus dicitur.

Obcvrrere. Virg. 3.

Vittis & ſacro redimitus tempora lauro

Obcurrit. &c. ita vet. l. ibi. 5,15.

P

Partibvs mvltis inferior, mobilior, id eſt multo mobilior, &c. elegans hoc eſt dicendi genus, omnibus antiquis ſcriptoribus vſitatum. Cæſar lib. 3. de bello ciuili: numero multis partibus inferior. Cœlius ad Cic. Turpe tibi erit Patiſcum Curioni decem pantheras miſiſſe, te non multis partibus plures. 24,8.118,30.

Pascere ocvlos. hoc vulgare, elegans tamen. Virg. lib. 1. inſolẽtiùs, paſcit animum, dixit. 2,12.49,10.

Perdelirvm, vt deridiculum. 22,28.

Petere terram. add. Sic Enn. lib. 7. de nautis ſe inclinantibus:

Ponè petunt, exin referunt ad pectora tonſas.

Poenicevs, &c. add. mirè autem dixit Pœniceus pro Pœnicus ſeu Punicus, interiecto e. ſic variatum in primigenus, &c.

Praeterita in ervnt, &c. add. Virg. 3. Æneid.

—quales cùm vertete celſo

Aereæ quercus, aut coniferæ cypariſſi

Conſtiterunt, &c.

ita v. ſerẽ. vulg. Conſtiterant.

Pro ponderibvs, ratione ponderis & grauitatis. 43,14.

Profvndae silvae. imitatus Virg. l. 7.

—qua protinus omne

Contremuit nemus, & ſiluæ intonuere profundæ.

Proverb. add. Viuus videns ſe perire. vide Chil. Eraſmi de omnibus. 179,16.

Q

Qvasi. add. & f. 40,30.

Qvip-

QVIPPE ITA. particula quædam, cuius ſententiam & vim commodè verbis exprimere non potui. 5,31.
QVIPPE VBI.add. 6,15.121,27.129,1.

T

TELA DIEI.add. item Prud. in Hamart
Oppoſitus quoties radiorum ſpicula nimbus, &c.
TENER AER.cur tener dicatur aër, digladiantur multi. 7,23.40,24.

V

VALLVM EBVRNVM. ſic appellare videtur dentes elefanti. 53,1.

ANIMADVERSA.

Lib.1.pag 2.num.24.6. ratione. ita v.l.& Seneca ep. 96. vulg. regione. malè.& num.27. *Quóue.* in Senec. Quoque eadem rurſus.

5,4.*Semper-florentis.* Sic olim hîc ſcriptũ didici.vide indic.29,10.hinc cuius.10. q.c.cuius hinc.

7,25. in marg.barbarè.adde hæc. 43,2. 109, 27.110,14.134, 26.146,27.

8,15. *vnde.*in marg. poſt numeros,add. aut potiùs vt infr.164,30, & 17. *debet *f.debeat,vt infrà. 64,11.66,27.103,9. & 27.*corpore*, 9 *quorum* 9. ita o.l. ferè. Lamb.eorum. ſequor vet.

10,7. *incurrens.* v.c. amnis Dat.*ita v. q.rectiùs,& preſsius. in al. veter.& o. vulg.incurrit. amnis:Dat,&c.

12,8. 3.*totas vſque ab.* 3. Sic reſtitui ex v.l.q.Marull.totos vt vulg. v.q.vel ab. malè.vide ind.Generis mutatio.

13,8. 3. *concurſo.*.ita leg. puto ex vet. l. vide ind.

14,2. *Conſiſtit*,in marg.ita ex vet.q.ſcripſi vide infrà 33,10. vulg. & alij vet. lib. Conſtitit in rebus . non malè.vide ind. Conſtitit. & 22. in marg. dicere poſsit v.q f.dicier vel dici poſsit.vt ſuprà. 7,25.

15. [illegible]. mox.2. Saxi.non placet. & in marg.ibid.pone *De tempore.*

16,14. *demum.*& 20.*Conlabefact.*ſic optimè v.q.in q. Cùm lab.q.vulg.Tum Marull.vt vulg. Quin lab.malè.

19,15. 4.*corpori ineſſe* 4 corpore. f. etiam eſſe vt ſuprà.12,22.& infr. 21,25.ibid. 24,in marg. *De minimo.*

20,1. ita v.l.q. *vnde queant vlla.* f.vt nequeant vlla.& ita Lamb. 12. q.vet.c. quod eſcit.21.*Denique ſi minimas.*ſic omnes l.rectè.i.Si omnia porrò ſemper ſecantur, nihil regigni poterit:quia omnia ſegmenta ſemper habebant aliquas partes , cùm rerum principia non habeant, vt hîc.18. ibid. quia quæ vllis. nos ita.in omnibus lib. nullis.ex hiatu mendũ.ſic & variatũ hac pag.verſu 1.

21,30. 5.*raptum.*ita v.q.in al. vet.raptis; non rectè,vt opinor; vulg. raptum,& natum.

22,1. *vlla *quidam lib. vna. q.dicent. & 4.*Reparcent.* *ita ex vet.o. reſtitui. quidam reporcent malint teſte Pio.Marull.& vulg.recepten.pararent q.vulg. malè.16.*quædam deſcedere.*ita ex vet.legend.puto,in quibus omnibus eſt deſcendere. hinc Marull.diſcedere; Lamb. decedere.vide Ind.vide & ſimile infrà. 75.6.ibidem 18.* *Si tamen*. pl.vet.& omnes vulg.tantùm.

23,4. *qui vera.* *ſic ex v. l. malim.Marull.quo.& ita vulg. 15. *longéque err.* *q.vet·cod. longè deerraſſe. haud ſcio an vetiùs hîc.25.4*terrarum oras.*4ita o. libri veter. Lamb:terrai; bene quidem, ſed libros poſco.28. *sterum vis.* *ita v. l.elegantiſſ. vulg.vt vis.

24,2. *carum'que*,23. *quæ cernere.* ita omnes vet.ferè, quod omnino rectum eſt. q.vet.Marull.& vulg.quod.30. 5*habebas.*5q.v. noſter. & Lamb.q.l.habebis. & ita q.vulg.

25,1. *tempeſtate coacta.* ſic rectè omnes l. malè ergo Lamb. coorta. 10.in marg. v.ferè lib. liquoris.14. *in*cætu.* *q.vet. cœtum.

26,13: *vt tabe.*n. a. vacillent.in margine adde.

addde q.v.Marull. & vulg. focillant.q. v. vacillant,malè.vide & infrà. 211, 22.ibid.21.

quia multimodis.ſic o. vet.ferè & o.vulg. rectè vt infr. 29,5.q. v. tamen multa modis,non malè.

27,25.*neque ab exitio res*.28. *Sanguis an'ne os*.in margin. quæ ſunt ſanguis o-nos, ſanguis an os, ὁμοίως. ſanguinis an'ne os,&c.

28,10.*& neruis*, *venis que*. *q.v.ſanisq;. hinc Marull.ſanieque.f. non malè.26. *cruorem.*ita o.l. malè ergo Lamb.calorem.

30,12.*contingens*.16,contingunt.15.muſæo dulci cõtingere.31.*ſummai quenã*. in marg.*infinitum eſſe*.

31,3.*pateat vaſtéque profundum*. ita v. q. rectè:in al.v.pateat ad vſque prof.nõ malè, vt opinor Lamb. vel aduſque. 15.q.l.v.& vulg. percurtat, rectiùs f. 25.ita q.Ioh. Auratus vir doctiſſ. & rectè,&c.

32,26.*aut etiam alterutrum* n.*terminat. ſic v.l.rectè.vulg.terminet.verſũ proxim.Simplice, &c. omnino adulterinum & inducendum puto. minimè neceſſarius eſt;& corrumpit cum elegantia ſententiam.

33,4.**Se quaque*.*ita:Lamb.v.q. ſe ſuo quęq; atq. q.v.ſe ſuo neq; ſag.Marul. ordine quęque ſuo atque ſag.fortaſſe, Ordine ſe ſuo atque ſagaci. vide ind. & infr.161,21.ibid.23.**aliqua regione*. Sic o l.Lamb.tamen recta.

34,11.**ſubtus*.*Lamb.ita egregiè vt opinor.nam in lib.ſuapta, ſuapte, cuncta, ſupra itaque omnes vulg.

15.*Illi*.26.**Aeque ponderibus mota*.ſic v. l.vulg.& q.v.Æquis,non tã rectè.ſcripſi mota, & ſi l.ferè motus. vide ind. A.32 q.l. conciliũ.Hermolaus in Plin. malit cappedine, malè, vt puto.

35,18.**permixtas rerum cæli que*. *ita o. l.Lamb.terræ cælique.ego ſi quid mutem, ita legam: Inter mixtas terratũ. Sæpe iungit illa duo, terrarum cęliq;, poëta.158,23.159,10. &c.ibid.**Hæc ſi pern*.*q.v.hæc ſic pern. cui conueniret nec tibi cæca,vt in q.v.eſt.

Lib.II.36,13.in marg.2.ſic o.v.manu præloque deſcripti, optimè. vide ind. Tua,&c.vulg.ferè tui.

37,4.in marg.adde:vulg.cum.18.*His tibi cum*.in marg.add.&,tum.ſic ſuprà, 23,2.ibid 20.add. in marg.q.v.meus, linquit.24. potentes.

38,6.**quane*.q.v.meus,quęq.vt ſupr.2, 27.ibid.13.**incolumis*.*q.l. incolomis

39,11.*connecta*. in marg.ex q.v.l.connecta ſcripſi.q.l.cõiecta.cõuecta Marull. connexa Lamb. malè. vide ind.39,7. vide & infr.119,31.166, 12.& 273.

40,22.**primum*.*in Macr. l.6,c.1.Cùm primum aurora reſpergit,malè vti puto,contra omnes libr.26.**perfundens*. v.q.profundens.

41,22.aut leg.*cùm fingunt*.

42,12.*quo magis vrſimus*.ita v.o.& vulg. Lamb.tamen,quàm magis merſimus, non rectè.

43,3.f.*mutatus*,vt Turnebus, pro mutationis.

44,1.vide ind. *Declinare*.6.*Fatũ non eſſe*. 13.apud Salluſt.& ſup.16,10.ibid.16. q. vet.& in Non.habet. vide ind.28, 8. *vis extera*.ita omnino leg. puto ex v.l.vt mox,Externa quaſi vi. Marull. extima,& ita vulg malè.

45,32. Lamb,*illa*.v.q.ipſum: q. illum. Marull. ipſam.

46,20.*Figuris*.

47,31.Non.etiam legit,*lauit*;retineri ergo poterit percommodè.

48,4.**eſt animi*.*ita o.l.Lamb.tamen,eſt iam animi.mox q.v.& vulg.ferè o.penetraliùs,vt iungatur τῷ fluat.& mox q.v.cæleſtis, nón malè vtrumque.15. *at contrà*.29.q.v.reſtringere.vide ind.

49,12.*latet quid*.f.leg.*cæli*. *Specie cæli*,1.cærulei.aut f. leg. cæſî. qui duo colores turpes & feri habentur.

50,28.*minimè mirabile* **cuiquam* *ita v. l haud ſcio an rectè. Marull. & vulg. habendum.

51,11.4.*Fac enim*.4.ita v. Marul.& vulg. face.vide ind.16.**corporis eius*;*ita interpung. vide ind.quod supereſt.

30,8.*odor Smyrnæ.*8.veteres libri ita rectiſſimè;vulg.myrrhæ.

52,6.*certa'que.* *ita lego omnino;in libris omnibus ferè certa. Lamb. certa &c.vide verſ.dactyl.in ind.

53,15.*mare tranſtra.*

54,14. 1.*Nihil eſſe, in promptu quorum.* 1.Sic interpunxi & ſcripſi;vulg.aliter, &c,videtur. 17.**Et quàm*.ita ex veteri libro:vulg.quo. & mox, plurima in Priſciano.6. quàm multarum rerum vis,malè,vti puto.

55,6.1.*Eximiis munita.*1.ſic in veteri quodam rectiſſimè. vide ind.Lamb. Eximijs;vulg.eximis,malè.29.ita in veteri quodam:in pleriſque tamen veteribus caterua. f. optimè, vt ſit caterua ſexti caſus, poſitum pro cateruatim, turbatim, &c.

56,25.*dum ne ſit.*

57,7. 1.*hæc in corpora.* 1.ita vetus liber; vt in pro intus ſeu ἔνδον accipiatur, quod equidem nunquam legi.f.etiam exin pro ἔνδον Lamb. ex ſe corpora, nimis remotè. vulg. hæc in corpore, id eſt, in illorum corporibus hoc eſt inſitum,hanc habent vim ingenitam, inquit Pius,malè;.quia & contra veteres libros, & ſententiam ac elegantiam eſt.ſententia eſt,omnis quæ crematur materies, corpora & figuras continet etiam varias, tam vnde eliciatur ignis,quàm vnde lumen, ſcintillæ,ac fauillæ:quæ ſunt diuerſa omnia:ſi nihil aliud certè tradunt, id eſt, edunt,proiciunt talia intus corpora, vnde &c. in ſcriptura hereo. ibidem. 8.*Vnde ignem*lacere.* *ita ſcripſi coniectura ductus in lib.iacere. vide ind. ibid.11. *Inuenies igitur.*

59,1.**hæc albis ex alba.** veteres libri ita Marullus & vulg. ex albis. anaſtrophas amat Titus noſter. vide 126, 29.200, 4. ibid. 5. *Propterea.* 21. **quiddam.* *veteres quidam, quoddam.30.5.Propterea,magni quòd refert. 5.ita omnino lego. ea quæ alia ſunt in margine, inducenda.

60,17. **una'que figura.**ita veteres omnes rectè. Similem ſyntaxin explica Macrobius libro 6.capite 8.Lamb.v næque figuræ,rectè quidem: ſed libro ſequi malim. vulg. figuraſt,malè. 2 * *Sed varijs de.* *ſic lego cum Lamb vel,è.nam vetus codex ea,ad.

62,22.6. *Et nardi florem*, n.q.n.halat.i ex veteri codice,& Feſto reſtitui,vu gò ex Marullo florum, halant; peſſ mè.in Feſto qui floribus halet, mal vide ind. flos. 32. *tepidum'que vape rem,*Cetera.* ita vetus liber rectè.vi Cetera in ind.

63,6.*Ne tibi res red.*28.*percutit ipſum.*

64,11.f.*debeant* vide.8,16.103,12. & ind.*Reſpondeamus.*14. Lamb. tum. etiam cōfaciunt.13.**Suëtis*.ita Lam rectè vt opinor:in libris omnibus t men ſuëtu. 19.*Aut*ſimilia*; omn veteres libri, ſimilis.Marullus ſimil rectè vt puto. vide & 58,21. ibide 29.ab coitu.

65,5. 3. *vermis'que efferuere terram, I tempeſtiuos quam.* Sic reſtitui ex ve ribus libris. vide ind. efferuere. vu efferuere, terram intempeſtiuos cù ſeu vt Lamb.quom, malè omnia.2 **animantem.* *quidam veteres anim tum.32. *Relliqui,motus vitales.* ita ſtitui;in veteribus libris ferè Relliq motus vitales.vulg. Relliquiæ mot vitalis.vide ind.Reliqui.

66,27. 6.quidam libri veteres aude non malè. vide 8,16.

67,20.**eadem.* *veteres quidam codi catum,non malè.

68,28. *peruolit.*

71,1.2 *perfice.*2.ſic lego ex quodam v teri;ita & P. Victor inuenit in ve libro, & in Nonio; quidam vete perfica.vulg perſpice,peſsimè. vide in ind.

72,1.f.cibus.4. *Tellus vix*, &c.in mar ne perducenda ſunt illa extrema;q dam veteres facta eſt ætas. 10.*Tellu*

73,12. **Ficta.* *ſic oēs vet. libri optim Marullus & vulg. fixa. vide & in 14.**imitare.* *ita rectè libri veteres; quodam veteri etiam habeo.23. *

haud abeſt ab omnibus veteribus libris & vulg. pl. 29. ita quidam veteres codices; in alijs veteribus, ſemper ſine nubibus f. ſemper innubilus..

30. **ridit.* *ſic veteres libri; Marullus & vulg. ridet.

74,4. *Hu*ubi me.* *ita veteres omnes; Marullus tibi, & ſic vulg. alij malè. vide ind. 8 *parte retorta eſt.* ſic ex quodam veteri malim; in aliis vt in vulgatis retecta eſt. 26. *viuunt.* 31. *hominem. *ſic omnes veter. libri rectè, vt ſit mutatio numeri: quidam veteres tamen mox quid ſit.

76,21 3. *vbi contra.* 3. ſic veteres libri omnes. & vulg. rectè. Lamb vti.

77,15.1. *Tranſtulerunt.* 1. quidam vet. Tranſtulere, & mox vet. quidam conuncta vt 86,9.27. 2. *vlla.* quidam codices vna.

78. *vementi.* ſic veteres libri rectè; Marullus & alij vehementi. 10. *Animum eſſe cerporeum.*

80,16. *putanda eſt.*

81,7.2. *deſit*; & mox, *Diffugiant.* 2. ſic veteres omnes & quidam vulgati; in al vulg. deſit, & mox diffugiunt, mendoſè Lamb. vt deſit. tu vide Vt.

82,12 **in membris.** τὸ in alijs quibuſdã veteribus abeſt. 14. *ſit qui.* ita veteres libri more Lucret. Marullus & vulgati qui fit. vide 59,1.

83,10. *depellere,* **doctu.* *Sic legendum puto ex libris veteribus, in quibus eſt noctis. Marullus, & vulgati noctis, malè, vt alibi. 66,32, &c. vide & 82,26.

85,10. *Nec*ſupera.* *ita veteres libri. 19. *animas,* **Et quantis interuallis tud.* *ſic rectè omnes veter. Marullus, Et quam interuallis tantis tud. & ita vulgati. vide 91,1:25. **Sed cumes.* *ita veteres omnes. vide ind. vulg. comes. interpung ibidem: ſed cumes inſequitur, *facile & diſc.* mox, *remanſit*, & membris: &, remotus; viuit, & &c. auras.

86,4. *Et circumcidas, aciem ſolam que & mox nen fiet.* Sic reſtitui hunc locum ex veteribus libris; Marullus & omnes vulgati, Sed circumc. Lamb. etiam conſiet, malè omnia. ait poëta acie nõ læſa, viſum manere; non tamen ſi ita oculum vndecumque corrumpas & circumcidas, vt præter aciem ſeu pupulam nihil relinquas.

87,5. *am* 17. *ceu fumum.* ſic legendum aſſero. & ſi in lib. fumus τὸ m non extritum mendi origo. vide 91,16. & 50,15.

89,14. **traferri.* *ſic veteres libri rectè, Marullus & vulgat. transferri.

90,21. *connectius.*

92,3. **dubitas, tandem quin.* *ſic interpung. 6. *nequeat.* 38. **omnis heret.* *ſic reſtitui ratione ductus in libris omnibus, nullo ſenſu.

93,1. *anima.*

96,6. *vitijs*adſine laborat.* *ita coniectura ductus reſtitui. vulg & fine. 11. tamen 3. *eſt qui.* 3. hæc veriſsima ſcriptura in quodam veteri. vt quod è gloſſa τὸ qui.

97,8. *Confingent.* malim nunc confugiẽt. vide ind. 17. *Sunt iam imm.*

98,26. *Sicuti.*

99,13. in margine. f. etiam morbis cùm corporis ægret.

101.7. in margine f. *Se vidit hilum.* 102, 16. Turneb. *adlicit vllum*

103,3. **Offenſo.* *ſic omnes veteres rectè 16. f, etiam barathre. vide ind.

105,14. **tactus deoſum.* *ita nos; Lamb. ex libro quodam, in quo erat deorum, fecit deorſum. ſæpe r pro ſ. vt 182, 21, &c.

106,10. *Praſtrinxit.*

LIB. 4. 108,17. *Contingens.* & mox, *Contingunt,* &, *contingere melle.*

109,10. *eſſe, ea qua,* &c.

111,11. 2. *Eſſe imaginibus.* 2. Sic legendum omnino iam puto. hiatus mendi cauſſa. in veteri libro Ex quod de Eſs' factum; vulg. eſſê &, Eſſe in. vide de hiatu verſuum in ind. reliqua inducantur in margine. 28,6. *Harum inteſtinum.* 6. Sic reſtitui ex omnibus veteribus. vide ind. Generis mutat. vulg. horum.

112,9. *vagare.*

113,14 *quodcunque obuertimus oris*. ſic veteres libri;q.tamen quo: q. æris, non malè. vide ind. Speculum.q. illuc. q. aduertimus. vide in ind. obuertere.

114,10.2 *Eſt, procul à tergo*. 2.ita veteres libri; Marullus & vulgati, ſatis. vide ind.eſt. 32.*minima* in margine f.etiam mina, vel potiùs, vt in veteri libro, mira.

115,14.in margine *De viſu.*

117,9. *mirari par eſt*. 11.*conſit vtrâque*. in margine add. Marullus vtrinque, vt læua.

119,8.*contecta moueri*.Sic lego ex omnibus veteribus;contrà modò, adaperta.Marullus & vulgati coniecta. 13. perlabitur.

121,21. *Longè tamen*.ſic reſtitui coniectura ductus vt ſuprà.119,9. procul. & 11.longè,vt hîc. vulgati longa,nullo ſenſu.vide & ind.E.30. **vndu.**veteres quidam vndas,etiam rectè.

125,25. 4.*neque illa*. 4.ſic omnino lego ex veteribus; quidam veteres & vulgati,illam, non malè. perducantur alia.

129,17.*Volturÿque*.25. 6.*Permitti*. 6.ita ex omnibus veteribus lego, non promitti,&c.

130,4. *Principÿs* 2.*quam vox*. 2.Egregia Lamb. coniectura leg. voci. in libro autem quam vox.vide ind. Cóparat.

133,1. 1.*arte madent*. 1. ſic lego ex veteribus libris, Marullus fecit,valent, contra libros veteres;& ita vulg.vide ind.Mad. 19.fuerit.

135,3. multis modis docui.

141,4. 3.*Hinc illa*. 3.Sic omnino lego ex veter.a long. ob pr. vulgati illata. Lamb.illæ, contra veteres libros:quidam veteres illam,malè.20.*puta*.

143,11.*Cia'que*.

144,2.*Nam*.9.*Nigra*, *Melichrus*.17. *maliæ nunc gemina*.vide ind. 18.*Satura*.

145,6.*anquire niſus*. ſic reſtitui in veter. lib. riſus,r pro n, vt 114,32, &c. vel etiam vſus.vide ind.Niſus; vulgat.in vſus.

146,27.*adfigi adheſum*.ſic reſtitui coniectura ductus.vide ſuprà 7,25. & ind. Adfigere,vti hîc vulg.

148,2.*culto* in marg.ſcrib.ita nos ex,&c.

LIB.5. 149,10. *obeſſet*,& 13. *Geryonai*; 16.*nobis*;20. *ſtirpem*, *quid denique obeſſet*;30.*pericula* 2.*eſt*.2.ſic ſcripſi in omnibus veteribus,ſunt. Marullus,& vulgat. tunc.vide verſuum hiatum.

153,16.quidam veteres diûm. 20.**vllum ex ſedibus*. *ita veteres libri rectè. vide M.in ind.21. 1.*Summa*.1.ſic omnes veteres & vulgati optimè. Summa, id eſt, cælum reſpondet τῷ imo. quidam veteres ſummam. 30. *inant… acto*.ſic puto legendum ex meo quodam:vulgat. in anteacto.

154,13.**multimodis multis*. ita optimè veteres libri, vt & alibi; vulgat. mult… modis.

156,29. 5.*Dimminuunt*. 5. ita ex quod… veteri ſcripſi.

160,5.*exſpargi*.

161,3.*Sol'que*. 8.*vera nimis eſt ration…* ſic veteres libri;Marullus,vera eſt ani… mi;& ita vulg.vide ſuprà 56,11.

18. *coniectus*.20. 3.*Solis lunai*; ſcrib. i… margine ita.3.ſic veter. quidam:plu… res vet. Solis lunæ. hinc Marullus & vulgat. Soliſque & lunæ. f.leg. Soli… & lunæ.vide verſum de Is.

162,20. 3.*coibant In medio*; *imas*. 3.… nos; Marullus, atque imas. in lib.fe… que.malè etiam interpunctum vul… vide 163,24. & de verſuum hiatu.

164,13.*Ponto mare*.ſic legendum nu… puto ex o.v.ſubaud. in põto.18.3. … *vtrâque tenere*,*& claud*.ita omnes v… ter.rectiſſ.Marul. & Lamb.ex vtrac…

166,10.*Nihil viſus interualla de*. ſic reſ… tui à v.l.adiutus;in q.vet. viſi niſi i… teruallis.vulg.Nilque niſi ex interua… lis,peſſimè omnia.11 .*nihilo*;13. *lo… fulgent*.ita veteres libri omnes & vu… gati.malè ergo Lambin. tinguunt. v… de ind. & 96,15. 14. *debet illimq…* ſic reſtitui ex vet.lib.in quibus erat, lumque, illincque. vulg. lumenq… Lambin.ſublime; peſſimè omnia.vi… ind.29.*videntur*.30.*abſit*.

167,8. *& ſic coniectus*. quæ ſunt in margine cancellentur.

168,27. *Sol vltima cæli*. ſic ex v.l. ſcripſi, in q.cod. vet.vctima, vetima. hinc Marullus extima procudit, vt & vulg.

169,32.q.veter. *Malus nocturnas*.

171,13. *aboriſci quæque*. 19. *præſpargens*. 22. *poluerulenta*.

172,6. *dimittere*. ita vetus cod.

175,4. *poſſit, habere & mox, vterque*. ſic o. v. ſubaud. debet vel neceſſe eſt. conciſus videtur ſermo vulg. Marul. Lamb. & vulg. habendum, vtriſque. 32. *non ſic eſſe*. ita legendum puto.

177,10.1. *Sed ſic quicque*, &c. & omnia ita reſtitui in vet. quæque. omnes. vide 58,21. 180,15. 64,19. induc alia.

178,17. *in ſiluis inciebat*. ſic reſtitui. veter. quidam lucebat, lugebat, &c. vulgati iungebat. 25. *ſilueſtribus*, & mox, *nudabant*. ita ex veter. l. & partim coniectura reſtitui; vulg. ſilueſtria ex Marullo, & Nudabant.

180,15. *omnium*. Sic leg. cũ vulg. & in v. o. ſed ita deprauari conſuerunt verſus dactylici.

182,5. 2. *Et cum ſic alias*. 2. Lamb. ſic acutè, ſed contra veteres libros.

189,28.9. *victos*. 9. ſic leg. ex o. vulg. & vet. ferè: q.v. vinctos. vide ind.

193,20. *deſcriptaque*. ita reſtituimus adiuti à veteribus codicibus, in quibus ferè diſtrictaque, vulg. diſcretaque. vide ind.

21. *veliuolis*. & mox, *ponti*. ſic omnino legendum puto ex v.l. & Seruio ad lib. 1. Æneid.

Lib. 5. 204,27.2. *deorſum*. 2. ſic v. l. rectè, vulgat. deorſum: quidam v. deorſũ. ſic & alibi.

211,18. Nec *minus exſultantes, quàm vbi fortis equûm vis*. ita proximè accedens ad vet. lib. ſcripturam acceſſi. numeri congruenter exultans. vulgata lectio eſt Marulli.

212,9. *recellit*.

216,10. *ſunt ventigeni*. ita ex q. vet. lego cum Adriano Turnebo. vide ind. in q. v. vertice erat. Marull. vertice item. & ita vulg. 23. *per ſæpe*.

217,32 8. *ſuapte*. 8. ita omnes libri: Lambin. tamen ſua vi.

220,18. *in terris*. ſic lego ex v. lib. Marul. & vulgat. in terram.

221,17. *ſurcunt latices tactum*. ita omnes veteres. Bedas, aquæ tectum. vide Aqua in ind. 18. *obortis*. ita veteres omnes; Marull. obortus vt vulg. cui bono? 27. 9. *neruosque relaxat*. 9. ita reſtitui ex veſtigijs veterum codicum; vulg. nodos.

224,8. *quæcum extrinſecus*. 10. *in cælo terraque remota mire ſuceſſunt*, ſic reſtitui partim coniectura, partim v.l. adductus; vulg. iure.

231,17. *neruis trahier*, ſeu trahi. 22. *in ore iacens rictu* f.t, manebat. ita v.l. ferè & Nonius tenta.

232,7. *inuaſerat acer* ſic reſtitui cùm in vet.l. ſit vel incuſſerat, inenſerat. vide ind. vulg. incuſſerat, vt v. q. Lamb. inceſſerat. 15. *nec noctis ſæcla*. ita reſtitui; in vet. ferè noctis. Lamb. noctibus. Marull. & vulg. nec triſtia ſæcla.

FINIS.

THVCYDIDIS VERBA E LIB. II

De peſtilentia Athen. ad verbum ferè à Poëta de Græco expreſſa.

ΚΑΙ' διελθόντος αὐτοῦ, πρῶτον ἔτος τοῦ πολέμου τοῦδε ἐτε
λεύτα. τοῦ δὲ θέρους εὐθὺς ἀρχομένου πελοποννήσιοι καὶ ο
ξύμμαχοι τὰ δύο μέρη ὥσπερ καὶ τὸ πρῶτον ἐσέβαλον ἐ
τὴν ἀττικήν. ἡγεῖτο δὲ Αρχίδαμος ὁ Ζευξιδάμου, λακεδαιμονι
βασιλεύς. καὶ καθεζόμενοι, ἐδῄουν τὴν γῆν. καὶ ὄντων αὐτῶν
πολλάς πω ἡμέρας ἐν τῇ ἀττικῇ, ἡ νόσος πρῶτον ἤρξατο γενέσθα
τοῖς ἀθηναίοις, λεγόμενον μὲν καὶ πρότερον πολλαχόσε ἐγκα
τασκῆψαι καὶ περὶ λῆμνον, καὶ ἐν ἄλλοις χωρίοις. οὐ μέντοι τοσο
τός τε λοιμὸς, οὐδὲ φθορὰ οὕτως ἀνθρώπων οὐδαμοῦ ἐμνημονεύετ
γενέσθαι. οὔτε γὰρ ἰατροὶ ἤρκουν τὸ πρῶτον θεραπεύοντες ἀγνοίᾳ, ἀλ
αὐτοὶ μάλιστα ἔθνησκον. ὅσῳ καὶ μάλιστα προσῄεσαν, οὔτε ἄλλ
ἀνθρωπεία τέχνη οὐδεμία. ὅσα τε πρὸς ἱεροῖς ἱκέτευσαν, ἢ μα
τείοις, καὶ τοῖς τοιούτοις ἐχρήσαντο, πάντα ἀνωφελῆ ἦν. τελευτῶ
τές τε, αὐτῶν ἀπέστησαν ὑπὸ τοῦ κακοῦ νικώμενοι. ἤρξατο δὲ τὸ μ
229.32 πρῶτον, ὡς λέγεται, ἐξ αἰθιοπίας τῆς ὑπὲρ αἰγύπτου. ἔπειτα
καὶ ἐς αἴγυπτον, καὶ λιβύην κατέβη, καὶ ἐς τὴν βασιλέως γ
τὴν πολλήν. ἐς δὲ τὴν ἀθηναίων πόλιν ἐξαπιναίως ἐνέπεσε. κα
τὸ πρῶτον ἐν τῷ πειραιεῖ ἥψατο τῶν ἀνθρώπων, ὥστε καὶ ἐλέχ
ὑπ᾽ αὐτῶν, ὡς οἱ πελοποννήσιοι φάρμακα ἐσβεβλήκοιεν ἐς
φρέατα· κρῆναι γὰρ οὔπω ἦσαν αὐτόθι. ὕστερον δὲ καὶ ἐς τὴν ἄ
πόλιν ἀφίκετο. καὶ ἔθνησκον πολλῷ μᾶλλον ἤδη. λεγέτω μὲν
περὶ αὐτοῦ ὡς ἕκαστος γιγνώσκει, καὶ ἰατρὸς, καὶ ἰδιώτης, ἀφ᾽ ὅ
εἰκὸς ἦν γενέσθαι αὐτό· καὶ τὰς αἰτίας, ἅς τινας νομίζει, τοσά
της μεταβολῆς ἱκανὰς εἶναι δύναμιν ἐς τὸ μεταστῆσαι σχε
ἐγὼ δὲ οἷόν τε ἐγίγνετο, λέξω. καὶ ἀφ᾽ ὧν ἄν τις σκοπῶν, εἴπο
καὶ αὖθις ἐπιπέσοι, μάλιστ᾽ ἂν ἔχοι τι προειδὼς μὴ ἀγνοεῖν, ταῦ
δηλώσω αὐτός τε νοσήσας, καὶ αὐτὸς ἰδὼν ἄλλους πάσχοντας.
μὲν γὰρ ἔτος ὡς ὡμολογεῖτο, ἐκ πάντων μάλιστα δὴ ἐκεῖνο ἄ
σον ἐς τὰς ἄλλας ἀσθενείας ἐτύγχανεν ὄν. εἰ δέ τις καὶ προέκα
νέ τι, ἐς τοῦτο πάντα ἀπεκρίθη. τοὺς δ᾽ ἄλλους, ἀπ᾽ οὐδεμι
προφάσεως, ἀλλ᾽ ἐξαίφνης ὑγιεῖς ὄντας. Πρῶτον μὲν τῆς κεφ
230,4.&c. λῆς θέρμαι ἰσχυραὶ, καὶ τῶν ὀφθαλμῶν ἐρυθήματα, καὶ φλόγ
ἐλάμβανε. καὶ τὰ ἐντὸς, ἥ τε φάρυγξ καὶ ἡ γλῶσσα, εὐθὺς α
ματώδη ἦν. καὶ πνεῦμα ἄτοπον καὶ δυσῶδες ἠφίει. ἔπειτα ἐξ α
πταρμὸς καὶ βράγχος ἐπεγίγνετο. καὶ ἐν οὐ πολλῷ χρόνῳ κα

βαι

βαινεν ἐς τὰ στήθη ὁ πόνος μετὰ βηχὸς ἰσχυρῦ. καὶ ὁπότε ἐς τὴν 230, 1
καρδίαν στηρίξαι, ἀνέστρεφέ τε αὐτὴν, καὶ ἀποκαθάρσεις χολῆς
πᾶσαι ὅσαι ὑπὸ ἰατρῶν ὠνομασμέναι εἰσὶν, ἐπήεσαν καὶ αὗται
μετὰ ταλαιπωρίας μεγάλης. λύγξ τε τοῖς πλείοσιν ἐνέπιπτε
κενὴ, σπασμὸν ἐνδιδῦσα ἰσχυρόν. τοῖς μὲν, μεταταῦτα λωφή-
σαντα, τοῖς δὲ, καὶ πολλῷ ὕστερον. καὶ τὸ μὲν ἔξωθεν ἁπτομένῳ σῶ- 20.
μα, οὐκ ἄγαν θερμὸν ἦν, οὔτε χλωρὸν, ἀλλ' ὑπέρυθρον, πελι-
δνὸν, φλυκταίναις μικραῖς, καὶ ἕλκεσιν ἐξηνθηκός. τὰ δὲ ἐντὸς
οὕτως ἐκαίετο, ὥστε μήτε τῶν πάνυ λεπτῶν ἱματίων καὶ σιν- 27.
δόνων τὰς ἐπιβολὰς, μήτ' ἄλλο τι, ἢ γυμνὸν ἀνέχεσθαι. ἥδιστά τε
ἂν ἐς ὕδωρ ψυχρὸν σφᾶς αὐτοὺς ῥίπτειν. καὶ πολλοὶ τοῦτο τῶν
ἠμελημένων ἀνθρώπων καὶ ἔδρασαν ἐς φρέατα, τῇ δίψῃ ἀπαύ-
στῳ ξυνεχόμενοι. καὶ ἐν τῷ ὁμοίῳ καθειστήκει τό, τε πλέον, καὶ 21.
ἔλασσον ποτόν. καὶ ἡ ἀπορία, τοῦ μὴ ἡσυχάζειν, καὶ ἡ ἀγρυπνία
ἐπέκειτο διαπαντός. καὶ τὸ σῶμα ὅσον περ χρόνον καὶ ἡ νόσος 231, 26
ἀκμάζοι, οὐκ ἐμαραίνετο, ἀλλ' ἀντεῖχε παρὰ δόξαν τῇ ταλαι-
πωρίᾳ. ὥστε ἢ διεφθείροντο οἱ πλεῖστοι ἐναταῖοι καὶ ἑβδομαῖοι 24.
ὑπὸ τοῦ ἐντὸς καύματος ἔτι ἔχοντές τι δυνάμεως, ἢ εἰ δια-
φύγοιεν, ἐπικατιόντος τοῦ νοσήματος ἐς τὴν κοιλίαν, καὶ ἑλκώ-
σεώς τε αὐτῇ ἰσχυρᾶς ἐγγιγνομένης, καὶ διαῤῥοίας ἅμα ἀκράτου
ἐπιπιπτούσης, οἱ πολλοὶ ὕστερον διὰ τὴν ἀσθένειαν διεφθείροντο. καὶ 25.
διεξῄει γὰρ διαπαντὸς τοῦ σώματος ἄνωθεν ἀρξάμενον τὸ ἐν τῇ
κεφαλῇ πρῶτον ἱδρυθὲν κακόν. καὶ εἴ τις ἐκ τῶν μεγίστων περιγένοι-
το, τῶν γε ἀκρωτηρίων ἀντίληψις αὐτοῦ ἐπεσήμαινε. κατέσκηπτε 232.
γὰρ καὶ ἐς αἰδοῖα καὶ ἐς ἄκρας χεῖρας, καὶ πόδας. καὶ πολλοὶ στερισκό-
μενοι τούτων, διέφευγον. εἰσὶ δ' οἳ καὶ τῶν ὀφθαλμῶν. τοὺς δὲ,
καὶ λήθη ἐλάμβανε παραυτίκα ἀναστάντας τῶν πάντων ὁμοίως.
καὶ ἠγνόησαν σφᾶς τε αὐτοὺς, καὶ τοὺς ἐπιτηδείους. γενόμενον γὰρ
κρεῖσσον λόγου τὸ εἶδος τῆς νόσου, τά τε ἄλλα χαλεπωτέρως, 19.
ἢ κατὰ τὴν ἀνθρωπείαν φύσιν προσέπιπτεν ἑκάστῳ. καὶ ἐν τῷδε
ἐδήλωσε μάλιστα ἄλλο τι ὂν, ἢ τῶν ξυντρόφων τι. τὰ γὰρ ὄρνεα,
καὶ τετράποδα, ὅσα ἀνθρώπων ἅπτεται, πολλῶν ἀτάφων γιγνο-
μένων, ἢ οὐ προσῄει, ἢ γευσάμενα, διεφθείρετο. τεκμήριον δὲ, τῶν
μὲν τοιούτων ὀρνίθων ἐπίλειψις σαφὴς ἐγένετο, καὶ οὐχ ἑωρῶντο
οὔτε ἄλλως οὔτε περὶ τοιοῦτον οὐδέν. οἱ δὲ κύνες μᾶλλον αἴσθησιν 18.
παρεῖχον τοῦ ἀποβαίνοντος, διὰ τὸ ξυνδιαιτᾶσθαι. Τὸ μὲν οὖν
νόσημα, πολλὰ καὶ ἄλλα παραλιπόντι ἀτοπίας, ὡς ἑκάστῳ ἐτύγ-
χανέ τι διαφερόντως ἑτέρῳ πρὸς ἕτερον γιγνόμενον, τοιοῦτον ἦν,
ἐπὶ πᾶν τὴν ἰδέαν. καὶ ἄλλο παρελύπει κατ' ἐκεῖνον τὸν χρό-

232 νον οὐδὲν τῶν εἰωθότων· ὃ δὲ καὶ γένοιτο, ἐς τοῦτο ἐτελεύτα. ἔθνησκον δὲ, οἱ μὲν, ἀμελείᾳ· οἱ δὲ, καὶ πάνυ θεραπευόμενοι. ἕν τε οὐδὲν κατέστη ἴαμα, ὡς εἰπεῖν, ὅ, τι χρῆν προσφέροντας ὠφελεῖν. τὸ γὰρ τῷ ξυνενεγκὸν, ἄλλον τοῦτο ἔβλαπτε. σῶμά τε αὔταρκες ὂν, οὐδὲν διεφάνη πρὸς αὐτὸ, ἰσχύος πέρι ἢ ἀσθενείας, ἀλλὰ πάντα ξυνῄρει, καὶ τὰ πάσῃ διαίτῃ θεραπευόμενα. δεινότατον δὲ παντὸς ἦν τοῦ κακοῦ, ἥ τε ἀθυμία ὁπότε τις αἴσθοιτο κάμνων· πρὸς γὰρ τὸ ἀνέλπιστον εὐθὺς τραπόμενοι τῇ γνώμῃ, πολλῷ μᾶλλον προΐεντο σφᾶς αὐτοὺς, καὶ οὐκ ἀντεῖχον, καὶ ὅτι ἕτερος ἀφ' ἑτέρου θεραπείας ἀναπιμπλάμενοι ὥσπερ τὰ πρόβατα, ἔθνησκον, καὶ τὸν πλεῖστον φθόρον τοῦτο ἐνεποίει. εἴτε γὰρ μὴ θέλοιεν δεδιότες ἀλλήλοις προσιέναι, ἀπώλλυντο ἐρῆμοι, καὶ οἰκίαι πολλαὶ ἐκενώθησαν, ἀπορίᾳ τοῦ θεραπεύσοντος. εἴτε προσίοιεν, διεφθείροντο. καὶ μάλιστα οἱ ἀρετῆς τι μεταποιούμενοι. αἰσχύνῃ γὰρ ἠφείδουν σφῶν αὐτῶν ἐσιόντες παρὰ τοὺς φίλους, ἐπεὶ καὶ τὰς ὀλοφύρσεις τῶν ἀπογιγνομένων τελευτῶντες καὶ οἱ οἰκεῖοι ἐξέκαμνον, ὑπὸ τοῦ πολλοῦ κακοῦ νικώμενοι. ἐπὶ πλέον δὲ ὅμως οἱ διαπεφευγότες τόν τε θνήσκοντα, καὶ τὸν πονούμενον ᾠκτίζοντο, διὰ τὸ προειδέναι τε καὶ αὐτοὶ ἤδη ἐν τῷ θαρσαλέῳ εἶναι. δὶς γὰρ τὸν αὐτὸν ὥστε καὶ κτείνειν οὐκ ἐπελάμβανε. καὶ ἐμακαρίζοντό τε ὑπὸ τῶν ἄλλων, καὶ αὐτοὶ τῷ παραχρῆμα περιχαρεῖ, καὶ ἐς τὸν ἔπειτα χρόνον ἐλπίδος τι εἶχον κούφης, μήδ' ἂν ὑπ' ἄλλου νοσήματός ποτε ἔτι διαφθαρῆναι. ἐπίεσε δ' αὐτοὺς μᾶλλον πρὸς τῷ ὑπάρχοντι πόνῳ καὶ ἡ ξυγκομιδὴ ἐκ τῶν ἀγρῶν ἐς τὸ ἄστυ, καὶ οὐχ ἧσσον τοὺς ἐπελθόντας. οἰκιῶν γὰρ οὐχ ὑπαρχουσῶν ἀλλ' ἐν καλύβαις πνιγηραῖς ὥρᾳ ἔτους διαιτωμένων, ὁ φθόρος ἐγίγνετο οὐδενὶ κόσμῳ, ἀλλὰ καὶ νεκροὶ ἐπ' ἀλλήλοις ἀποθνήσκοντες ἔκειντο, καὶ ἐν ταῖς ὁδοῖς ἐκαλινδοῦντο, καὶ περὶ τὰς κρήνας ἁπάσας ἡμιθνῆτες, τῇ τοῦ ὕδατος

233 ἐπιθυμίᾳ. τά τε ἱερὰ, ἐν οἷς ἐσκήνωντο, νεκρῶν πλέα ἦν, αὐτοῦ ἐναποθνησκόντων. ὑπερβιαζομένου γὰρ τοῦ κακοῦ, οἱ ἄνθρωποι οὐκ ἔχοντες ὅ, τι γένωνται, ἐς ὀλιγωρίαν ἐτράποντο, καὶ ἱερῶν, καὶ ὁσίων ὁμοίως. νόμοι τε πάντες συνεταράχθησαν, οἷς ἐχρῶντο πρότερον περὶ τὰς ταφάς. ἔθαπτον δὲ, ὡς ἕκαστος ἠδύνατο. καὶ πολλοὶ ἐς ἀναισχύντους θήκας ἐτράποντο σπάνει τῶν ἐπιτηδείων, διὰ τὸ συχνοὺς ἤδη προτεθνάναι σφίσιν. ἐπὶ πυρὰς γὰρ ἀλλοτρίας, φθάσαντες τοὺς νήσαντας· οἱ μὲν, ἐπιθέντες τὸν ἑαυτῶν νεκρὸν, ὑφῆπτον· οἱ δὲ, καιομένου ἄλλου, ἄνωθεν ἐπιβαλόντες, ὃν φέροιεν, ἀπῄεσαν. πρῶτόν τε ἦρξε, καὶ ἐς τἆλλα τῇ πόλει ἐπὶ

πλέον

πλέον ἀνομίας τὸ νόσημα. ῥᾷον γὰρ ἐτόλμα τις ἃ πρότερον ἀπεκρύπτετο, μὴ καθ' ἡδονὴν ποιεῖν, ἀγχίστροφον τὴν μεταβολὴν ὁρῶντες, τῶν τ' εὐδαιμόνων, καὶ αἰφνιδίως θνησκόντων, καὶ τῶν οὐδὲν πρότερον κεκτημένων. εὐθὺς δὲ τἀκείνων ἐχόντων, ὥστε ταχείας τὰς ἐπαυρέσεις καὶ πρὸς τὸ τερπνὸν ἠξίουν ποιεῖσθαι, ἐφήμερα τά τε σώματα καὶ τὰ χρήματα ὁμοίως ἡγούμενοι. καὶ τὸ μὲν προσταλαιπωρεῖν τῷ δόξαντι καλῷ, οὐδεὶς πρόθυμος ἦν, ἄδηλον νομίζων εἰ πρὶν ἐπ' αὐτὸ ἐλθεῖν, διαφθαρήσεται, ὅ,τι δὲ ἤδη τε ἡδὺ, καὶ πανταχόθεν τὸ ἐς αὐτὸ κερδαλέον, τοῦτο καὶ καλὸν καὶ χρήσιμον κατέστη, θεῶν δὲ φόβος, ἢ ἀνθρώπων νόμος, οὐδεὶς ἀπεῖργε. τὸ μὲν κρίνοντες ἐν ὁμοίῳ καὶ σέβειν, καὶ μὴ, ἐκ τοῦ πάντας ὁρᾶν ἐν ἴσῳ ἀπολλυμένους. τῶν δὲ ἁμαρτημάτων οὐδεὶς ἐλπίζων μέχρι τοῦ δίκην γενέσθαι βιοὺς ἂν, τὴν τιμωρίαν ἀντιδοῦναι. πολὺ δὲ μείζω τὴν ἤδη κατεψηφισμένην σφῶν ἐπικρεμασθῆναι, ἣν πρὶν ἐμπεσεῖν, εἰκὸς εἶναι τοῦ βίου τι ἀπολαῦσαι. 233.12.

SVMMA PRIVILEGII.

REGIS Priuilegio cautum eſt, ne quis *Titi Lucretij de rerum natura libros* VI. *mendis innumerabilibus ab Oberto Giſanio Burano Iuris ſtudioſo liberatos, ac in priſtinum reſtitutos,* citra Chriſtophori Plantini volũtatem imprimat, aut alicubi impreſſos importet, venalesúe habeat à die impreſſionis abſolutæ intra ſexennium. Qui ſecus faxit, confiſcationis librorum, & quinquaginta florenorum pœna, fiſco Regio exſoluenda, multabitur: vt latiùs in Regio diplomate expreſſũ eſt. Dato Bruxellę XVII. Martij, Anno Domini M. D. LXIIII.

Sign. I. Fabri.

MAXIMILIANVS II. Diuina fauente clementia electus Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, & Sclauoniæ, &c. Rex: Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Styriæ, Carnithiæ, Carniolæ, & VVirtembergæ, Comes Tyrolis, &c. Recognoſcimus & notum facimus tenore præſentium vniuerſis. inter alia maiorum noſtrorũ conſilia, illud haud poſtremum fuiſſe comperimus, vt ad Imperij Romani decus & dignitatem plurimum facere arbitrarentur, non minus rem litterariam, quàm militarem diſciplinam propagare: quòd litterarum monumẽtis quidquid fortiter & præclarè geſtum eſſet, illuſtrari cognoſcerent, & æternæ memoriæ conſecratum ad poſteros ita tranſmitti, vt tam exteris quàm domeſticis populis, exemplo ad virtutem eſſe poſſet: quódq; optimarum artium ſtudia, & quidquid ad humanæ vitæ cultum atque vtilitatem in quaq; arte fuiſſet excogitatum, litteris & contineri & conſeruari optimè didiciſſent. Illorum nos laudatis veſtigijs inſiſtere ſummo ſtudio cupientes, dignum imprimis duximus prudenter & accuratè cauere, vt ſi quis ad eam rem quidquam vel induſtria vel laboribus & impenſis ſuis contulerit, ne huic fraudi beneficium publicum ſit. CVM itaque ſincerè nobis dilectus Chriſtophorus Plantinus ciuis & typographus Antuerpienſis nobis humiliter exponi curarit; ſe veteres nonnullos auctores, vel nunquã antea viſos & raros, vel emẽdatiores, aliaque opera

magni

magni momenti, imprimis verò Biblia Hebraica, Nouum Teſtamentum, Eunapium de vitis Philoſophorum, Illuſtrium de Poetis, Nonium Marcellum, Petronium Arbitrum, omnes veteres Poëtas correctos vel commentarijs illuſtratos, Emblemata Sambuci, Dictionarium Hebraicũ, Dictionarium Græcum, & ſiquæ huius generis alia vel antea non edita, vel emendatiora, locupletiora, auctiora, & illuſtriora facta ſunt, quacunque in lingua imprimere conſtituiſſe: vereri autem, ne quod ſæpenumero vſu venire conſueuerit, alij nonnulli, qui alieno labore & induſtria partis, fucorum more inhiare, & frui ſoleant, ea quæ ille magnis ſumptibus & impenſis collegerit, & typis procuderit, mox ad ſuum compendium, minore ſumptu & labore imitentur, atque effingant, illique labor omnis, ſumptus & impenſæ, omne quoque lucrum & laboris præmium, atque adeò (quod dici ſolet) oleum & opera pereat: ideoque ſuppliciter à nobis petierit, vt cõtra huiuſmodi improbos quorundam lucri cupidorum conatus, fraudem & iniurias, Priuilegij noſtri prærogatiua munire illum dignaremur: Nos huiuſmodi illius precibus æquis & iuſtis benignè annuentes, & prædicti Chriſtophori Plantini honeſtos conatus promouere, atq; indemnitati illius quàm maximè conſultum cupientes, hoc publico edicto cautum volumus, & ſancimus, ne quis cuiuſcunq; ſtatus, gradus, ordinis, aut conditionis fuerit, quacunque ſacri Romani Imperij & ditionis noſtræ fines patent, deinceps prædicta, aut alia quæcunque probatorum auctorum opêra, quotquot vel hactenus nõdum impreſſa, vel ab alijs quidem impreſſa,

nouis

nouis autem deinceps ſcholijs, annotationibus, aut commentarijs aucta & illuſtrata, præfatus Plantinus primus typis procuderit, intra proximū ſexennium à prima cuiuſque operis aut voluminis editione, vllo pacto eiuſdē vel diuerſi characteris forma excudat, aut excuſa ab alijs intra noſtros & Imperij fines vēdenda importet, ſeu quouis modo diſtrahat manifeſtè vel occultè, ſub pœna decem Marcharum auri puri, quarum dimidia fiſco noſtro Imperiali fraudis vindici, reſidua verò pars prænominato Plantino cedat, præter librorum, ſicut præmittitur, ad imitationem impreſſorum amiſſionē, quos idem Plātinus, vbicumque locorum nactus fuerit, per ſe, vel ſuos, adiumento Magiſtratus loci, vel citrà, propria auctoritate ſibi vendicare, inque ſuam poteſtatem redigere poteſt. In cuius rei fidem præſenti edicto manu noſtra ſubſcripſimus, & ſigillum noſtrum apponi iuſſimus. Datum in ciuitate noſtra Vienna Auſtrię, die vigeſima prima menſis Februarij, Anno Domini milleſimo quingenteſimo ſexageſimo quinto: Regnorum noſtrorum, Romani, tertio: Hungarici, ſecundo: Bohemici verò, decimo ſeptimo.

Maximilianus

Ad mandatum ſacræ Cæſar. M. proprium

Haller.

EXCVDEBAT ANTVERPIÆ CHRISTO-
PHORVS PLANTINVS ANNO M. D.
LXVI.